

M. TULLII CICERONIS
OPERA
QUAE SUPERSUNT
OMNIA
AC DEPERDITORUM FRAGMENTA.

RECOGNOVIT
ET
POTIOREM LECTIONIS DIVERSITATEM
ADNOTAVIT
CHRISTIANUS GODOFR. SCHÜTZ.

TOMI XIX PARS I.
INDEX LATINITATIS
G — M.

LIPSIAE
APUD GERHARDUM FLEISCHERUM IUN.
CIↃIↃCCCXIX.

CHR. GODOFR. SCHÜTZII

L E X I C O N

CICERONIANUM.

TOMI III PARS I.

INDEX LATINITATIS

G — M.

LIPSIAE

APUD GERHARDUM FLEISCHERUM IUN.

CIƆIƆCCCXIX.

G.

GALEA. Verr. IV. 44. *In fano Matris magnae apud Enguinos P. Scipio loricas galeasque aeneas caelatas opere Corinthio posuerat*, quas Verres abstulit.

GALEATUS. N. D. I. 36. galeata *Minerva.*

GALLICAE. Phil. II 30. calceamenta quae imas tantum plantas tegebant. Notatur ibi Antonius, quod, quum urbem ingressus esset, non calceis et toga, sed Gallicis et lacerna usus esset. Gellius N. A. XIII. 21. „Omnia ferme id genus quibus plantarum calces tantum infimae teguntur, cetera prope nuda et teretibus habenis vincta sunt, soleas dixerunt; nonnunquam voce Graeca crepidulas. Gallicas autem verbum esse opinor novum, non diu ante aetatem M. Ciceronis usurpari coeptum. Itaque ab eo ipso positum est in secunda Antonianarum, *Cum* Gallicis *et lacerna cucurristi.*"

GALLINA. Ac. pr. II. 18. *Accepimus Deli fuisse complures, qui* gallinas *alere permultas quaestus causa solerent. Hi quum ovum inspexerant, quae id* gallina *peperisset dicere solebant.* Sen. 16. Villa — *abundat* — *agno*, gallina, *lacte.* cf. N. D. II. 48. Div. II. 46.

GALLINACEUS gallus. Div. I. 34. Narratum est, *quum* tempore Leuctricae pugnae *apud Lebadiam Trophonio res divina fieret,* gallos gallinaceos *in eo loco sic assidue canere coepisse, ut nihil intermitterent, tum augures dixisse Boeotios, Thebanorum esse victoriam, propterea quod avis illa victa silere soleret, canere si vicisset* (cf Div. II. 26) Muren 29. Stoicorum erat sententia: *omnia peccata esse paria, nec minus delinquere eum qui* gallum gallinaceum *quum opus non fuerit, quam eum qui patrem suffocaverit.* Div. II. 12. gallinaceum *fel.*

mo relevari videntur, deinde multo gravius — afflictantur N. D. II. 39. *adde huc fontium* gelidas *perennitates.*

GEMERE. Att. II. 19. *hic status una omnium voce* gemitur. Pison. 11. *Nemo te aspexit, qui non* gemeret *desiderio mei.*

GEMINARE. Arat. fr. 402. *ut parvum tranans* geminaverit *orbem*, scil. eadem nocte ortus et occidens. N. D. II. 5. *Sol* geminatus. Partit. 6. *verba* geminata *atque duplicata.*

GEMINATIO. Orat. III. 53. geminatio *verborum habet interdum vim, leporem alias.* Est figura quae graece ἐπαναδίπλωσις vocatur; Her. IV. 28. *conduplicatio.*

GEMINUS. 1 Duplex. Sext. 38. quum Clodiani Numerium Quintium (quem irridendi causa Gracchum vocabant,) occidere cogitarent *ille se messoria corbe contexit. Quum quaererent alii Numerium, alii Quintium,* gemini *nominis errore servatus est.* Div. II. 58. gemino *lucernae lumine declarari dissensionem ac seditionem moveri.* Orat III. 47. *aliis* (pedibus) *sunt* geminae (*percussiones*). 2. *Gemini fratres* sunt duo eodem partu editi. Cluent. 16. 2. Geminus est etiam, i. q. similis. Rosc Am. 40 *par est avaritia, similis improbitas, eadem impudentia*, gemina *audacia.* Rosc. Com. 18. *Simillima et maxime* gemina *societas hereditatis est.* Phil. XI. 1. geminum *in scelere par* (Antonius et Dolabella).

GEMITUS. Rosc. Am. 9. *urbe tota fletus* gemitusque. Phil. II. 34. gemitus *toto foro.* Red. in Sen. 7. *lamentatio et* gemitus *urbis.* Tusc. II. 24. gemitus *lamentabilis, imbecillus, abiectus, flebilis.*

GEMMA. 1. Lapis pretiosus. Verr. IV 27. *vas vinarium, ex una* gemma *pergrandi trulla excavata.* Her. IV. 47. *corona aurea magnis fulgentibus* gemmis *illuminata.* 2. In vite (*das Auge am Weinstock*). Sen. 15. *In vitibus ineunte vere exsistit tanquam ad articulos sarmentorum ea quae* gemma *dicitur.*

GEMMARE. Orat. 24. *Translatione — sermo omnis utitur — etiam rusticorum; siquidem est eorum* gemmare *vites;* scil. quum gemmae incipiunt exsistere,

GEMMEUS. Verr. IV. 27. *trulla* gemmea. Vid. *Gemma.*

familia, est pars *gentis.* Ceterum *gens* et *familia* saepe permutantur. cf. *Gentilis. Sigon. ad Liv.* N. 1. Fam. X. 21. *patricii minorum* gentium: h. e. earum, quas Tarquinius Priscus in senatum legit: maiores autem gentes sunt, quae a Romulo lectae sunt. Liv. I, 35. Hinc ad alia transfertur loquendi ratio, ut *minorum gentium* dicantur *inferiores.* Acad. N. 41. *Cleanthes quasi* minorum gentium *Stoicus.* Tusc. I. 13. *Dii minorum gentium. Ern.*

GENTILIS. Top. 6. Gentiles *sunt qui eodem inter se sunt nomine* (scil. proprie sic dicto, a praenomine et cognomine diverso) *ab ingenuis oriundi, quorum maiorum nemo servitutem servivit, qui capite non sunt deminuti.* Brut. 28. *tuus etiam* gentilis *Brute, M. Pennus*, nempe M. Iunius Brutus et M. Iunius Pennus uterque erant e gente Iunia. Tusc. I, 16. *fuit enim meo regnante* gentili, i. e. Servio Tullio, quem Cicero gentilem suum appellat ob commune Tullii nomen. Verr. II. 76. *Responde mihi nunc Verres quem esse hunc tuum paene* gentilem *Verrutium putes.* Nempe *Verrutii* nomen Verres in tabulis pro suo subiecerat; ideoque festive Cicero ob similitudinem nominis Verrutium Verris non *gentilem*, sed *paene gentilem* appellat. Univ. 11. *Homines deorum quasi* gentiles *sunt.*

GENTILITAS. Orat. I. 39. *ius* gentilitatis

GENTILITIUS. Harusp. 15. *sacrificia* gentilitia, *i. e.* ab eadem gente communiter celebranda.

GENU. Tusc. II. 24. Genu *M. Antonium vidi, quum contente pro se ipse lege Varia diceret, terram tangere;* exemplum oratoris toto corpore contentioni vocis asservientis.

GENUINE, aufrichtig. Q. Fr. II. 15. *ad te nihil occultans, nihil dissimulans, nihil tibi indulgens* genuine *fraterneque rescribam.*

GENUINUS N. D. II. 54. *dentium adversi acuti morsu dividunt escas, intimi autem conficiunt, qui* genuini *vocantur.*

GENUS. Orat. I. 42. Genus *est quod sui similes communione quadam specie autem differentes duas aut plures partes complectitur.* Inv. I. 28. Genus *est, quod partes aliquas amplectitur,* ut cupiditas; pars *est; quae subest generi*, ut amor. cf. Top. 7. Tusc. III. 11. *perturbationes* genere *quatuor sunt, partibus plures.* Orat. II. 31. *constituunt* (magistri artis rhetoricae) *in partien-*

dis orationum modis duo genera *causarum. Unum appellant in quo sine personis atque temporibus* (*ohne persönliche und Zeitverhaltnisse*) *de universo* genere *quaeratur; alterum quod personis certis et temporibus definiatur; ignari omnes controversias ad universi* generis *vim et naturam referri.* Ibid. 15. *alterum* genus, *quod appellant omnes fere scriptores, explicat nemo, infinitam* generis *sine tempore et sine persona quaestionem.* 2. Inprimis de certis rerum generibus Oec. 1. genus *humanum.* Leg. I. 7. *homo solum est* (animal) *ex tot animantium* generibus *atque naturis particeps rationis et cogitationis.* N. D. II. 59. *varia* genera *bestiarum vel cicurum vel ferarum.* 3. Gens, familia. Verr. V. 70. nobili genere nati. Phil. II. 5. *virtus quae propria est Romani* generis *atque seminis.* Caecin. 20. *servi tuae familiae et* genere *et nomine continebuntur.* Pis. fragm. 1. *colore ipso patriam aspernaris, oratione* genus. Phil. IV. 3. *Semper eum duo* genera *lenonum et latronum tenuerunt.* 4. Tusc. V. 19 *Divitiae* genere *non numero cernuntur.* Orat. 27. *Genus hoc Graeci appellant ἀλληγορίαν, nomine recte,* genere *melius ille, qui ista omnia translationes vocat.*

GEOGRAPHIA. Att. II. 4. *de* geographia *dabo operam ut tibi satisfaciam.* cf. Att. II. 6.

GEOMETRES. Ac. pr. II. 7.

GEOMETRIA. Div. II. 3. *qui divini* (i. e. artis divinandi periti) *habentur, non profitentur se dicturos — eorum quae in* geometria *describuntur, quae vera, quae falsa sint; sunt enim ea mathematicorum, non hariolorum.* Orat. I. 42. *in* geometria *lineamenta, formae, intervalla, magnitudines.*

GEOMETRICA. Tusc. I. 24. *ita faciles interrogationes sunt, ut gradatim respondens eodem perveniat, quo si* geometrica *didicisset.*

GEOMETRICUS. Acad. pr. II. 36. *quod si* geometricis *rationibus non est crediturus, quae vim afferunt in docendo, — nae ille longe aberit ut argumentis credat philosophorum.*

GERMANITAS, de fratrum aut sororum coniunctione Ligar. *Moveat te horum pietas, moveat* germanitas Harusp. 20. *Clodius in domesticis est* germanitatis *stupris volutatus* (respicit incestuosam cum sorore consuetudinem).

GERMANUS. 1. De fratre et sorore iisdem parentibus nata. Verr. I. 49. *frater* germanus. Mil. 27. *Clodius quem cum sorore* germana *nefarium stuprum fecisse L. Lucullus iuratus se dixit comperisse.* Fin. V. 1. *Cicero frater noster cognatione patruelis, amore* germanus. 2. Metaphorice verus, sincerus. Off. III. 17. *veri iuris* germanaeque *iustitiae solidam — effigiem nullam tenemus.* Brut. 86. *haec* germana *ironia est.* Att. I. 13. *sub lustrum censeri* germani *negotiatoris est.* Ac. pr. II. 43. *Antiochus erat, si perpauca mutavisset* germanissimus *Stoicus.* Orat. II. 38. *inter Aristotelem — et hos* germanos *huius artis* (rhetoricae) *magistros, hoc interest.* Orat. 9. *quum mutila quaedam et hiantia locuti sunt* — germanos *se putant esse Thucydidas.*

GERERE. 1. Administrare. Fam. XIII. 5. gerere *negotium.* Off. I. 4. gerere *rem*, scil. *domesticam.* Ibid. II. 11. *iis etiam qui vendunt — contrahendisque negotiis implicantur iustitia ad rem* gerendam *necessaria est.* Sext. 8. *duumviratum.* Verr. II. 55. *potestatem, i. e.* magistratum. Fam. XV. 12. *rem publicam.* Rosc. Am. 38. *qui rem mandatam malitiosius* gessisset. 2. Repraesentare, sustinere. Off. I. 34. *Est proprium magistratus intelligere, se* gerere *personam civitatis* 3. Habere, ostendere. Off. III. 4. *similitudinem quandam* gerebant *speciemque sapientum.* Parad. V. 2. gerere *animum laude dignum.* Off. III. 20. *quid interest utrum ex homine se quis conferat in beluam, an in hominis figura immanitatem* gerat *beluae?* 4. Sext. 2. gerere *bellum cum aliquo.* Fam. III. 8. gerere *amicitiam.* Caecil. 20. graves *inimicitias cum aliquo.* Att. XIV. 13. *simultatem* c. a. 5. Tusc. II. 21. gerere *se turpissime.* Off. I. 26. *quanto superiores sumus, tanto summissius nos* geramus. Arch. 5. gerere *se pro cive.* Fam. IV. 5. *ut cum aliquo adolescente primario coniuncta aetatem* gereret. Hanc lectionem recte defendit Graevius coll. Sueton. Domitian. 1. Vespas. 1. ult. Nonnulli *ageret.* Inv. II. 9. *prae se* gerere, *i. q.* prae se ferre.

GESTARE, portare. Phil. XI. 2. *caput fixum* gestari *iussit in pilo.*

GESTIRE. Att. IV. 10. gestio *scire ista omnia.* Fin. II. 4. *Laetitia* gestire. Off. I. 29. *nimia voluptate* gestire. Orat. II. 7. *animo forensibus negotiis atque urbano opere defessi* gestiunt, *ac volitare cupiunt vacui cura atque labore.* Tusc. IV. 6. *quum et inaniter et*

ipse sui generis initium ac nominis ab se gigni et propagari vellet 5. Universe de aliis rebus efficere, proferre. Her. IV. 3. gignis *nobis novas praeceptiones.* Tusc. IV. 10. *morbus et aegrotatio ex totius valitudinis conquassatione et perturbatione* gignuntur. Univ. 8. *opiniones assensionesque firmae veraeque* gignuntur. Orat. III. 30. *permotionem* gignere, i. q. affectus movere.

GLADIATOR. proprie *gladiatores* sunt servi, quos lanistae artem armorum eum in finem docebant, ut certaminibus gladiatoriis populum delectarent. Orat. II. 20. *ars ipsa ludicra armorum et* gladiatori *et militi prodest aliquid.* Orat. 68. *ut athletas, nec multo secus* gladiatores *videmus nihil nec vitando facere caute, nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palaestram quandam.* Plura de gladiatorum spectaculis leguntur. Tusc. II. 17. Inde absolute *gladiatoribus* dicitur pro *muneribus gladiatoriis.* Att. II. 1. *quaerit num consuessem Siculis locum* gladiatoribus *dare.* Sic Phil. IX. 7. Eodem modo Att. II. 24. ubi vulgo legitur: dixerat adolescentium consilium ut in foro cum gladiatoribus Gabinii Pompeium adorirentur; Manutius egendum putabat *ut in foro gladiatoribus Gabinii*, i. e. eo tempore, quo Gabinius munus gladiatorium populo edebat. Sic Att. II. 19. gladiatoribus *qua dominus qua advocati sibilis conscissi.* Et quoniam ut ibid. Cicero dicit gladiatores illi fere *aut perditi homines erant aut barbari* illud gladiatoris nomen transfertur convicii causa, ad homines audaces, seditiosos et scelestos. Pis. I. 9. Phil. VII 6. Phil. II. 29.

GLADIATORIUS. Orat. II. 77. gladiatorium *vitae certamen.* Catil. II. 3. *ludus* gladiatorius, i. e. schola in qua gladiatores a lanista artem armorum discunt. Fragm. lib. de gloria: gladiatorii *sibili*, i. e. ii quibus quum munus gladiatorum editur, certi homines explodunitur. Mur. 35. locus *gladiatorius, h. e.* in ludis gladiatoriis, unde ludi spectari possunt.

GLADIUS. Tusc. V. 21. *fulgentem* gladium *e lacunari seta equina aptum demitti iussit.* Catil. III. 1. de coniuratione Catilinae patefacta: gladios *in remp. destrictos retudimus.* Att. . 16. *Hortensius non vidit illud satius esse illum* (Clodium) *in infamia* (ob sacra Bonae deae polluta) *relinqui ac sordibus, quam infirmo iudicio* (iudicibus turpibus nec satis firmis et se-

ditas. Fam. VIII. 15. *si scias quam sollicitus sim, tum hanc meam* gloriam *derideas*. Fam. VII. 13. *moriar, ni quae tua* gloria *est, puto te malle a Caesare consuli, quam inaurari.*

GLORIARI. N. D. III. 36. *in virtute recte* gloriamur. Fin. III. 8. *de misera vita* gloriari. Orat. 50 *nominibus veterum* gloriantur. Tusc. V. 17. *beata vita* glorianda *et praedicanda*. Ibid. *nec in misera vita quidquam est praedicabile aut* gloriandum. Orat. II. 64 *quum Asellus omnes provincias stipendia merentem se peragrasse* gloriaretur Scipio inquit, *Agas asellum* etc. nempe proverbium fuit *agas asellum si bovem agere non queas.*

GLORIATIO. Fin. IV. 18. *illud — in primis habes illorum*, gloriatione *dignam esse beatam vitam, quod non possit sine honestate contingere, ut iure quicquam* glorietur.

GLORIOLA. Fam. VII. 5. *etiam hisce eum ornes* gloriolae *insignibus*, scil. ut tribunatu, praefectura etc. Fam. VII. 12. *ut nosmet ipsi viri* gloriola *nostra perfruamur.*

GLORIOSE. 1. Iactanter. Orat. II. 8. *exorsus es non* gloriose, *magis — a veritate quam a nescio qua dignitate.* Mil. 27. *mentiri* gloriose. 2. Cum laudaret gloria. Att. XIV. 4. *nostri* ἥρωες, *quod per se ipsos confici potuit* gloriosissime *et magnificentissime confecerunt.*

GLORIOSUS. 1. Gloriae plenus, illustris. Div. II. 2. *Magnificum illud Romanisque hominibus* gloriosum. Fin. I. 10. *de clarorum virorum factis illustribus et* gloriosis. 2, Ostentator. Lael. 26. *milites* gloriosi. Off. I. 38. *deforme de se ipso praedicare, falsa praesertim et cum irrisione audientium imitari militem* gloriosum. Flacc. 22. *ubi illa magnifica et* gloriosa *ostentatio civitatis?* Orat. I. 43. *praepotens et* gloriosa *philosophia.*

GLUTINATOR, qui glutine membranulas ex quibus indices librorum fiant, applicabat simul ipsas chartas membranasque in quibus libri erant scripti conglutinabat ut volumina fierent. Att. IV. 4.

GNARUS. Brut. 64. gnarus *rei publicae* (*ein Staatskundiger*). Orat. 4. *Periclem ab Anaxagora doctum fuisse dixit Socrates, —* gnarumque *— quibus orationis modis quaeque animorum partes pellerentur.*

et tardior, habet tamen stabilem quendam et non expertem dignitatis gradum. 4. Inde significat progressum. Verr. II. 1. gradus *imperii factus est a Romanis e Sicilia in Africam.* 5. *De* gradu *deiici* dupliciter accipitur. Significat enim *a*) de gradu dignitatis dimoveri ut quum dicuntur ii qui stationis munus reliquerunt *de gradu militiae deiici. b*) Comparatione a gladiatoribus ducta, in quibus *gradus* est positus firmus ac stabilis; significat, *aus der Fassung gebracht werden.* Sic Off. I. 23. *Fortis et constantis est, non perturbari in rebus asperis nec tumultuantum de* gradu *deiici.* Att. XVI. 15. *videtur στρατύλλαξ ille deiectus de* gradu.

GRAECULUS, cum contemptu dicitur pro Graeco. Orat. I. 1. *verbi controversia torquet* Graeculis *homines contentionis cupidiores, quam veritatis.* Flacc. 10. *motus temerarius* graeculae *concionis.* Orat. I. 22. *quid mihi — tamquam alicui* Graeculo *otioso et loquaci, quaestiunculam de qua meo arbitratu loquar ponitis.*

GRAECUS. Orat. II. 36. *dare significationem* Graecarum *rerum*, h. e. Graecae eruditionis. Att. XVI. 5. VII. 1. Graeci *ludi* sunt scenici, in quibus fabulae Graeci argumenti more Graeco aguntur. Vid. Dodwell de Cyclis IV. 16. *Ern.*

GRAMINEUS, Verr. IV. 56. *etiamne* gramineas *hastas? — in quibus neque manu factum quidquam, neque pulchritudo erat ulla, sed tantum magnitudo incredibilis.* Ex ipso loco patet, hastas has fuisse opus naturae. Credo fuisse graminis culmos inusitatae magnitudinis, ut hastam aequarent, eamque ab causam servatos et spectatos. Olivetus autem Turnebum sequitur qui putabat, hastas fuisse quibus in gramineo campo se exercentes uterentur, ut Virgilius *gramineam palaestram* dixit, Aen. VI. 42. Cui opinioni repugnat locus Ciceronis, in quo mox sequitur, in illis hastis *nihil manu factum* fuisse. Fuerunt ergo naturae opus mirabile et visendum. Poetica loquendi forma non dat ius ad eius normam interpretandae narrationis; alioqui posset aliquis ex Ovidii *pampinea hasta*, Heroid. XIII. 33. efficere hastas gramine circumdatas. Nostram sententiam probant etiam Verburgius, Gesnerus et alii. *Ern.*

GRAMMATICUS. Div. I. 18. Grammatici *poetarum interpretes.* Tusc. II. 4. *Si* grammaticum *se professus quispiam barbare loquatur — hoc turpior sit, quod*

satisfacere potuerim, *at* praedicanda *et* habenda *certe satis esse facturum*. Fam. X. 11. *immortales ego tibi* gratias ago, *agamque dum vivam; nam* relaturum *me affirmare non possum; tantis enim tuis officiis non videor mihi respondere posse, nisi forte, — ita sensurus es ut me referre* gratiam *putes, quum memoria tenebo*. Planc. 28. *Dissimilis est pecuniae debitio et* gratiae. *Nam qui pecuniam dissolvit statim non habet id, quod reddidit; qui autem debet, aes retinet alienum;* gratiam *autem et qui* refert, habet; *et qui* habet, *in eo ipso, quod habet*, refert. Off. II. 20. *inops si bonus est vir, etiam si* referre gratiam *non potest*, habere *certe potest. Commode autem quicumque dixit, pecuniam qui habeat, non reddidisse; qui reddiderit non habere*, gratiam *autem et qui* retulerit, *habere, et qui* habeat *retulisse*. Fam. I. 8. *nullam partem tuorum meritorum non modo* referenda, *sed ne* cogitanda *quidem* gratia *consequi possum*. Fam. X. 19. gratiarum *actionem a te non desiderabam, quum re ipsa et animo scirem esse* gratum. 3. Favor, *Gunst, Gefälligkeit*. Verr. III. 82. *petivit in beneficii loco et* gratiae *ut sibi pro frumento, quanti frumentum esset dare liceret*. Ibid. 49. *beneficii* gratiaeque *causa concessit*. 4. *Zufriedenheit mit jemanden; Beyfall*. Mil. 16. *quem eum omnium* gratia *noluit, hunc voluit cum aliquorum querela occidere?* Att. I. 1. *vides quam omnes* gratias *non modo retinendas, sed etiam acquirendas putemus*. 5. Passivo sensu gratia est, conditio hominis, qua ab aliis amatur, apud eos gratiosus est, (*Beliebtheit.*) Att. V. 20. *erat nostrum nomen in* gratia. Att. V. 11. VI. 1. *ponere aliquem in* gratia *vel* ingratiam, i. e. efficere aliquem apud alterum gratiosum. Manil 24. *tantum abest, ut aliquam bonam* gratiam *mihi quaesisse videar*, ut multas etiam simultates — intelligam suscepisse. Fam. I. 1. gratiam *nostram extinguit hominum suspicio*. 6. *Gutes Vernehmen, Freundschaft*. Att. I. 3. *Sallustium praesentem restituere in eius veterem* gratiam *non potui*. Prov. Cons. 9. *hic me meus animus in remp. cum Caesare reducit, reconciliat, restituit in* gratiam.

GRATIFICARI, bene facere. Off. II. 13. gratificandi *liberalis voluntas*. N. D. I. 44. *neque tam desipiens fuisset* (Epicurus) *ut homunculi similem deum fingerat — nihil cuiquam tribuentem, nihil* gratificantem. 2. *Einem etwas zu Gefallen thun, sich gefällig*

machen. Fam. I. 1. *Pompeio* gratificari *probant.* 3. *Nachgeben, etwas gefällig einraumen.* Balb. 5. Gratificatur *mihi gestu accusator, inscientem Pompeium fecisse significat,* Fragm. orat. Cornel. 1. *L. Sisenna nimis in* gratificando *iure libero.*

GRATIFICATIO. Rull. III. 2. *Corneliis legibus eripitur, quum datur; coniungitur impudens* gratificatio *cum acerba iniuria;* nempe civibus proscriptis eripiebantur possessiones iisque qui a partibus Sullanis steterant dabantur. Muren. 20. *Sullana* gratificatio *reprehensa.* N. D. I. 44. *in imbecillitate* gratificationem *et benivolentiam ponitis*

GRATIOSUS, *beliebt.* Pet. cons 6. *homines in suis municipiis et civitatibus* gratiosi. Ibid. *vir ad ambitionem* gratiosus Brut. 84. gratiosi *scribae sunt in dando et cedendo loco,* scil. ut possit aliquis oratorem in foro dicentem commodius audire. Off. III. 14. *argentarius apud omnes ordines* gratiosus.

GRATIS. Rosc. Com. 10. *questus est Saturius communem factum esse* (servum) gratis *cum Roscio, qui pretio proprius fuisset Fannii.* Verr. V. 19. *sit argumento tibi* gratis *constare navem.* Off. II. 23. *habitant* gratis *in alieno.*

GRATUITO, i. q. gratis. Arch. 5. *mediocribus multis* — gratuito *civitatem in Graecia homines impertiebantur.* Off. II. 19. *diserti hominis — multorum causas et non gravate et* gratuito *defendentis beneficia — late patent.*

GRATUITUS. Leg I. 18. *quid? liberalitas* gratuitane *est an mercenaria? si sine praemio benigna est,* gratuita; *si cum mercede, conducta.* Fin. II. 51. *summorum officiorum in extremo spiritu conservatio indicat, innatam esse homini probitatem* gratuitam, *non invitatam voluptatibus, nec praemiorum mercedibus evocatam.* Q. Fr. II. 14. *comitia si* gratuita *fuerint;* i. e. si nulla in iis largitio versata sit.

GRATULARI. Att. XIV. 1. *ut tibi de reditu nostro* gratularer. Fam. VIII. 13. gratulor *tibi affinitate viri optimi.* Fam. III. 11. *ipse mihi* gratulatus *sum.* Phil. II. 12. *Brutus — Ciceronem nominatim exclamavit, atque ei recuperatam libertatem est* gratulatus. Fam. XV. 14. tibi *quum pro rerum magnitudine, quas gessisti,* *tum pro opportunitate temporis gratulor, — quod te de* *provin-*

provincia decedentem summa laus et summa gratia provinciae prosecuta est.

GRATULATIO. 1. Laetitiae ob laudem et fortunam alterius declaratio vel publica vel privata. Milon. 35. *omni in hominum coetu, gratiis agendis, et* gratulationibus *habendis, et omni sermone celebramur.* Verr. IV. 34. *summa cum* gratulatione *civium et laetitia reponitur statua.* Muren. 41. *quo se miser vertet?* (Murena) *domumne? ut eam imaginem clarissimi viri parentis sui, quam paucis ante diebus* (quum ipse Consul designatus esset, domum deductus) *laudatam in sua* gratulatione (i. e. stipatus hominum ei gratulantium comitatu) *conspexit, eandem deformatam ignominia — videat.* Ibid. *hic* (Murena) *parenti suo magno adiumento in periculis, solatio in laboribus,* gratulationi *in victoria fuit.* Att. IX. 5. *Video ut se huic* (Caesari) *dent, ut daturi sint. Quidquam tu illa putas fuisse de valitudine* (Pompeii) *decreta municipiorum, prae his de victoria* (Caesaris) gratulationibus. cf. Att. VIII. 16. 2. Supplicatio diis publice pro laeto quodam eventu decreta. Fam XI. 18. *hac tam recenti* gratulatione, *quam diis ad omnia templa fecimus.* Catil. IV 5 *Caesar — supplicationem mihi decurrit — tam hoc nemini dubium est qui — quaesitori* gratulationem *— decrevit, quid de tota re et causa iudicarit.* Ibid. 10. *ceteris semper bene gestae, mihi uni conservatae reip.* gratulationem *decrevistis.*

GRATUS. 1. *Dankbar.* Leg. I. 18. *ubi* gratus, *si non eum ipsum cernunt* grati, *cui referunt gratiam.* Planc. 38. *si bene de me meritis* gratum *me praebeo, non desino incurrere in crimen hominis nimium memoris nimiumque* grati. Respicit Laterensem, qui Ciceronem nimis gratum esse in Plancium calumniatus huius in Ciceronem merita extenuaverat. 2. *Dankenswerth.* Fam. I. 9. *te agente de reliqua nostra dignitate aut occulta nonnullorum odia aut obscura in me studia cernebam — Quae quum viderem, non tamen tam acerba mihi haec accidebant, quam erant illa* grata *quae fecerant;* scil. quum Lentulum in Cicerone revocando adiuvissent. Fam. IV. 6. *cuius* (Servii Sulpicii filii) *officia* iucundiora *scilicet saepe mihi fuerunt, numquam tamen* gratiora. Fam. V. 15. *omnis amor tuus se ostendit — non ille quidem mihi ignotus, sed tamen* gratus *et optatus. Dicerem* iucundus, *nisi id verbum in omne tempus per-*

didissem; scil. quia mortem filiae et reip. tempora lugebat. Att. III. 24. *Tota res quo loco sit, velim ad me scribas et ita ut instituisti. Nam ista veritas* (literarum tuarum) *etiamsi* iucunda *non est, mihi tamen* grata *est.* 3. *Beyfallswerth, annehmlich.* Leg. II. 16. *diis immortalibus* gratum *potius quam grave.*

GRAVARI, gravate aliquid facere, detrectare. Orat. II. 90. *non essem tam inhumanus, ut eo* gravarer, *quod vos cupere sentirem.* Orat. I. 23. *ego vero istis obsequi studeo, neque* gravabor, *breviter meo more quid quaque de re sentiam dicere.*

GRAVATE. Orat. I. 48. *meam facilitatem laudatote, quum vobis — non* gravate *respondero.* Off. III. 14. gravate *ille primo.* (*Er ging anfänglich ungern dran, machte Schwierigkeiten.*) Balb. 16. *qui erranti comiter monstrat viam* id est *benigne et non* gravate.

GRAVEDINOSUS. Tusc. IV. 12. *Sunt alii ad alios morbos procliviores; itaque dicimus quosdam* gravedinosos, (*zum Schnupfen geneigt*) *quosdam torminosos, non quia iam sint, sed quia saepe sint.*

GRAVEDO. (Schnupfen, Katarrh.) Att. X. 16. *quoniam quartana cares, et nedum morbum removisti, sed etiam* gravedinem. Ibid. XVI. 11. gravedo *tua mihi molesta est.*

GRAVIDATUS. N. D. 33. *terra* gravidata (befruchtet) *seminibus.*

GRAVIDITAS. N. D. II. 46. *tantus est* (stellarum) *concentus ex dissimillimis motibus, ut — Sol mundum omnem sua luce compleat, ab eoque Luna illuminata* graviditates *et partus afferat maturitatesque gignendi.*

GRAVIDUS. 1. Sensu proprio de feminis. Verr. Act. I. 18. *Proditum memoriae Latonam ex longo errore et via* gravidam *et iam ad partum vicinam confugisse Delum.* Cluent. 11. *quum esset* gravida *Auria et iam appropinquare partus videretur.* 2. Metaphorice. Div. II. 12. *uberibus* gravidis *vitali voce rigabat*, i. e. lactabat pueros. Ibid. 11. *s.* gravido *tremefecit corpore tellus.*

GRAVIS. 1. Proprie ponderosus. N. D. III. 34. *Dionysius quum in fanum venisset Iovis Olympii, aureum ei detraxit amiculum grandi pondere, — cavillatus aestate* grave *esse aureum amiculum, hieme frigidum.* 2. Sen. post. red. 6. graves *oculi* eorum *qui nondum* edormivere crapulam. 3. Molestus. N. D. II. 9.

negat Cleanthes *ullum cibum esse tam* gravem, *quin is die et nocte concoquatur.* Q. Fr. II. 15. *anni tempore* gravissimo *et caloribus maximis.* Fam. V. 16. *hoc* gravissimo *et pestilentissimo anno* (ubi scil. plurima mala reip. impendebant.) Leg. II. 16. *velim hoc quod loquar diis immortalibus gratum potius videri quam* grave. Sen. 2. *admirari soleo tum ceterarum rerum tuam — sapientiam, tum vel maxime quod numquam senectutem tibi gravem esse senserim, quae plerisque senibus sic odiosa est, ut onus se Aetna* gravius *dicant sustinere.* 4 Difficilis. Fam. II. 6. grave *est homini pudenti, petere aliquid magnum ab eo de quo se bene meritum putet.* 5. Magnam vim habens. Fam. X. 12. *literae* graves, ibid. XIII. 29. *quod per se est* grave. 6. Severus. Verr. III. 58. *tu Apronium — in tanto tuo dedecore non profecto ne verbo quidem* graviore *appellasses.* Orat. II. 56. *quum omnium sis venustissimus et urbanissimus omnium* gravissimum *et severissimum et esse et videri.* 7. Auctoritate pollens. Orat. I. 9. *homo prudens et* gravis. Rull. II. 7. *multos homines excellenti animo ac virtute — per se ipsos et moderatos et* graves *exstitisse fateor.* Verr. II. 6. *quo reliquae tot et tantae et tam* graves *civitates tota denique Sicilia plus* auctoritatis *apud vos haberet.* Rosc. Com. 2. *quod apud omnes leve et infirmum est, id apud iudicem* grave *et sanctum esse ducetur?* 8. Venerabilis. Vatin. 13. *quis sermo alius in illo epulo fuit nisi hanc tantam et tam* gravem *civitatem* subiectam esse *non modo furori, verum etiam irrisioni tuae;* Rull. II. 17. grave *est nomen imperii.* 9. De oratione, magnificus, severus. Orat. III. 45. graves *simus.* Ibid. II. 55. *nec concio maior umquam fuit, nec apud populum* gravior *oratio.* Brut. 95. *sententiis non tam* gravibus *et severis, quam concinnis et venustis.* 10. De voce, ubi gravis sonus (Bafston,) acuto (hoher Ton) opponitur. Orat. I. 59. *tragoedi vocem, quum egerunt, sedentes ab acutissimo sono usque ad* gravissimum *sonum recipiunt.* Orat. 17. *Mira est natura vocis, cuius quidem e tribus omnino sonis inflexo, acuto,* gravi *tanta sit et tam suavis varietas perfecta in cantibus.* Aliud vero est Orat. III. 61. *quoddam in remissione* gravissimum; hoc enim est quod musici nostri Italorum vocabulo vocant *pianissimo.* 11. Singularis usus est vocabuli. Rull. II. 26. *ubi* gravis *pro* gravatus, oppressus *dicitur. Habet* (Rullus) *socerum — qui tantum agri in illis reip.*

tenebris occupavit, quantum concupivit. Huic subvenire vult succumbenti iam, oppresso Sullanis oneribus gravi (h. e. invidia ex agris illis valde laboranti) *sua lege, ut liceat illi invidiam deponere, pecuniam* (ex venditione illorum agrorum collectam) *condere.*

GRAVITAS. 1. Sensu proprio, *Schwere der Körper.* N. D. II. 45. *tanta contentio* gravitatis *et ponderum.* Fat. 11. *dicendum ipsius individui* (atomi) *hanc esse naturam, ut pondere et* gravitate *moveatur.* 2. Molesta et pestilens aëris temperatio. Att. XI. 25. *corpore vix sustineo* gravitatem *caeli huius.* 3. Debilitas. Fin. IV. 12. gravitas *membrorum.* Tusc. III. 1. gravitas *et dolor corporis.* Acad. pr. II. 17. gravitas sensus. 4. Orat. III. 11. gravitas *linguae,* i. e. sonus vocis rudior et agrestior. 5. Vehementia. N. D. III. 31. *si medicus* gravitatem *morbi, gubernator vim tempestatis accuses.* 6. Auctoritas, dignitas. Inv. I. 56. *in quo* gravitas *et auctoritas est, plus proficit ad misericordiam commovendam.* Off. I. 31. *Catoni q. incredibilem tribuisset natura* gravitatem. Rull. II. 32. gravitatem *imperii ac nomen sustinet.* 7. Severitas. Caecil. 3. gravitas *iudiciorum.* 8. Constantia; aequabilitas in ratione vivendi. Off. I. 21. *haud scio an magis etiam — adhibenda sit tranquillitas animi atque securitas, si quidem nec anxii futuri sunt, et cum* gravitate *constantiaque victuri.* 7. Or. I. 13. gravitas *sermonis* opponitur *tenuitati.* Inv. I. 18. exordium sententiarum gravitatis plurimum debet habere. Orat. II. 17. *sententiarum* gravitate, *verborum ponderibus est utendum.* 10. Fragm. lib. de suis consiliis ap. Boëth. *quum vinolenti adolescentes tibiarum etiam cantu, ut fit, instincti, mulieris pudicae fores frangerent, admonuisse tibicinam, ut spondeum caneret, Pythagoras dicitur. Quod quum illa fecisset tarditate malorum et* gravitate *cantus (durch den langsamen Tact und die Würde oder Feyerlichkeit der Musik) illorum furentem petulantiam resedisse.*

GRAVITER. 1. Vehementer. Catil. I. 7. graviter *suspectus atque offensus.* Fam. I. 9. graviter *inimicus.* Att. XIII. 2. graviter *queri.* Fam. V. 15. graviter *accusare.* Phil. XII. 11. *cives* gravissime *dissentientes.* Off. I. 10. graviter *aegrotare.* 2. Moleste. Orat. II. 52. *singuli casus humanarum miseriarum* graviter *accipiuntur, si dicuntur dolenter.* Fam. X. 17. graviter *se habere,* i. e. aegrotare. 3. Severe, haud leniter. Cael. 14.

quaeram; utrum me secum severe et graviter, *et prisce agere malit, an remisse, ac leniter et urbane.* 4. Cum dignitate. Orat. 9. *Thucydides res gestas — narrat* graviter *sane et probe.* 5. De sono gravi. Somn. 5. *natura fert, ut extrema ex altera parte* graviter, *ex altera autem* acute *sonent.*

GREGALIS, sodalis. Orat. II. 62. gregales, *quum in campum non venisset, requirebant.* Fam. VII. 33. *nos nobis quidem ipsi displicemus* gregalibus *illis, quibus, te plaudente, vigebamus, amissis.* Dom. 28. gregales *Catilinae.* Harusp. 25. *neque Clodius neque quisquam de* gregalibus *eius aut consiliariis.*

GREGARIUS. Planc. 30. gregarii *milites; gemeine Soldaten.*

GREGATIM. Verr. V. 57. *Videtis cives Romanos* gregatim (*haufenweise*) *coniectos in lautumias.*

GREMIUM. 1. Sensu proprio. Div. II. 4. *Iupiter puer lactens cum Iunone Fortunae in* gremio *sedens, mammam appetens.* Brut. 58. *apparet filios* (Corneliae) *non tam in* gremio *educatos, quam in sermone matris.* Phil. XIII. 11. *quum in* gremiis *mimarum mentum mentemque deponeres.* 2. Pro complexu. Her. IV. 39. *liberi e* gremiis *parentum diripiuntur.* Cluent. 5. *filia in amantissimi sui fratris manibus et* gremio *maerore et lacrimis consenescebat.* 3. Metaphorice. Cael. 24. *quum Q. Metellus abstraheretur e sinu* gremioque *patriae* (quum suspicio esset eum veneno ab uxore Clodia dato mortuum esse.) Pison. 37. *Aetolia, quae procul a barbaris disiuncta gentibus* in sinu *pacis posita medio fere Graeciae* gremio *continetur.* Sen. 15. *terra* gremio *mollito et subacto semen sparsum excipit.* Leg. II. 25. *terram quum proximi iniecerant, obductaque terra erat, frugibus obserebatur, ut sinus et* gremium *quasi matris mortuo tribueretur.*

GREX. 1. De armentis et pecudibus. Phil. III. 12. Antonius *caedit* greges *armentorum reliquique pecoris.* Att. VII. 7. *pecudes, quae dispulsae sui generis sequuntur* greges. 2. Metaphorice de coetu aut multitudine hominum. Fin. I. 20. *Epicurus magnos — tenuit amicorum* greges. Orat. I. 10. *philosophorum* greges. Sull. 28. *in hunc* gregem *vos nunc P. Sullam ex his — honestissimorum hominum* gregibus *reiicietis.* Rosc. Am. 32. *ego forsitan propter multitudinem patronorum in*

grege *annumerer* (*werde unter dem Haufen so mitgezählt*).

GRUNNITUS. Tusc. V. 40. *surdi non audiunt* grunnitum *quum iugulatur* sus.

GRUS. N D II. 49. Grues (animadversum est) *quum loca calidiora petentes maria transmittant, trianguli efficere formam.*

GUBERNACULUM. 1. Sensu proprio. Inv. II. 51. *ille naufragus ad* gubernaculum *accessit, et navi quoad potuit est opitulatus.* 2 Metaphorice. Rosc. Am. 18. *homines clarissimi, qui omni tempore ad* gubernacula *reip. sedere debebant.* Sext. 9. *quis clarum tanti imperii tenere, et* gubernacula *reip. tractare in maximo cursu ac fructibus posse arbitraretur hominem* – — Orat. I. 11. *repelli a* gubernaculis *civitatum* Att. II. 7. *iam pridem gubernare me* (remp.) *taedebat etiam quum licebat. Nunc vero quum cogar exire de navi, non abiectis sed ereptis* gubernaculis, *cupio illorum naufragia ex terra intueri.*

GUBERNARE. 1. De navibus. Off. I. 25. *si nautae certarent, quis eorum potissimum* gubernaret. Ac. pr. II. 20. *Phoenices Cynosura duce fidunt, eoque directius* gubernant. 2. De re publica. Rosc. Am. 45. *quum* (L. Sulla) *solus remp. regeret orbemque terrarum* gubernaret. 3. De aliis negotiis. Fam II. 7. *te hortor ut omnia* gubernes *ac moderere prudentia tua.* Ibid. II. 7. *iter meum resp. et rerum urbanarum ratio* gubernabit. Att XIV 11. *sed haec fortuna viderit, quoniam ratio non* gubernat. Rosc. Am. 38. *iccirco amicitiae comparantur, ut commune commodum mutuis officiis* gubernetur. Sull. 28. *tormenta* (in quaestionibus) gubernat *dolor, moderatur natura cuiusque tum animi, tum corporis.*

GUBERNATIO. 1. De navibus. Fin. III. 7. *nec enim* gubernationi (*Steuermannskunst*) *aut medicinae similem sapientiam esse arbitramur.* 2. De re publica. Orat. III. 32. *orbis terrae procuratione ac summi imperii* gubernatione *districtus* Catil. III. 8. *vix videtur humani consilii tantarum rerum* gubernatio *esse potuisse.* Vatin. 15. *numquam haec a summi consilii* (*i. e.* senatus) gubernatione (populus) *auferre conatus est.* Fam. XVI. 27. *consules designati — nisi a* gubernaculis (*scil.* reip.) *recesserint, maximum.* 3. De animo. Inv. II. 54. *continentia est per quam cupiditas consilii* gubernatione *regitur* (*durch die Regierung der Vernunft gelenkt wird*).

GUBERNATOR. 1. Navis. Sen. 6. *qui in re gerenda versari senectutem negant, similes sunt iis, qui* gubernatorem *in navigando agere nihil dicant, quum — clavum tenens sedeat in puppi quietus.* Phil. VII. 8. *etiam summi* gubernatores *in magnis tempestatibus a vectoribus admoneri solent.* 2. Rei publicae. Rab. Perd. 9. *custodes* gubernatoresque *reip.*

GUBERNATRIX. Orat. I. 9. (Ti. et C. Sempronii) *diserti — ista praeclara* gubernatrice *civitatum, eloquentia, remp. dissipaverunt.*

GULA. Verr. IV. 10. (Verres Cominium) *obtorta* gula *de convivio in vincula atque in tenebras abripi iussit.* Scaur. fr. *duobus digitulis* gulam *oblisit.* 2. De gulae luxuria. Att. XIII. 31. *o* gulam Q. (Ciceronis ex fratre nepotis) *insulsam!*

GUMIA, heluo s. gulae mancipium. Fin. II. 8. *compellans* gumias *ex ordine nostros;* e Lucilio.

GURGES. 1. Proprie de mari aut fluvio. Harusp. 27. *quam tam immanem Charybdim poetae fingendo exprimere potuerunt, quae tantos exhaurire* gurgites *posset.* Pison. 33. *non Rheni fossam* gurgitibus *illis redundantem — oppono.* 2. Metaphorice homo gulosus, helluo. Pison. 17. *ille* gurges *atque helluo, natus abdomini suo.* Sext. 52. *utrum ego tibi, Gelli, patrimonium eripui, an tu comedisti? quid? tu meo periculo* gurges *ac vorago patrimonii helluabare.* Hortens. fr. *quis tantus est* gurges, *qui dies et noctes sine ulla minimi temporis intermissione velit ita moveri suos sensus.* 3. De hominibus vitiorum plenis, inprimis rapacibus. Verr. III. 19. *vorago et* gurges *vitiorum.* Phil. XI. 5. Antonius secum habet L. fratrem — *quem* gurgitem, *quem voraginem.* Dom. 47. *ille* gurges *simul tecum helluatus est sanguinem reip.*

GURGUSTIUM, taberna s. habitatio obscura et angusta. Pis. 6. *e* gurgustio *prodire.* N. D. I. 9. quid erat, quod concupisceret deus mundum signis *et luminibus ornare? Si ut ipse melius habitaret; antea videlicet tempore infinito in tenebris tamquam in* gurgustio *habitaverat.*

GUSTARE. 1. Kosten. Fam. VIII. 26. *quum biduum ita ieiunus fuissem, ut ne aquam quidem* gustarim. N. D. II. 50. *auditum est, capras in Creta feras, quum essent confixae venenatis sagittis herbam quaerere quae dictamnus vocaretur, quam quum* gustavissent, *sa-*

olim tantum corporis exercitiis inserviebant, post a philosophis frequentari docendi causa coepta sunt. Orat. II, 5. *saeculis multis ante* gymnasia *inventa sunt, quam in his philosophi garrire coeperunt, et hoc ipso tempore; quum omnia* gymnasia *philosophi teneant, tamen eorum auditores discum audire quam philosophum malunt.* Orat. I. 13. *clamabunt, credo, omnia* gymnasia (*i. e.* philosophi in gymnasiis disputantes) *atque omnes philosophorum scholae sua haec esse omnia propria.* 2. *Gymnasia* etiam dicuntur in praediis Romanorum quorundam, aedificia ad similitudinem Graecorum gymnasiorum exstructa. Ita Cicero in Tusculano duo habebat Gymnasia, alterum inferius, quod *Academiam*, Tusc. II. 3. alterum superius, quod *Lyceum* vocaverat. Div. I. 5.

GYMNICUS. Tusc. II. 26. *videmus, apud quos eorum, ludorum, qui* gymnici *nominantur* (ut luctae, pugilatus) *magnus honos sit, nullum ab iis, qui in id certamen descendant devitari dolorem.* Inv. II. 2. *Crotoniatae — honestissimas ex* gymnico *certamine victorias domum — retulerunt.*

GYNAECEUM, conclave in aedibus mulieribus proprium. Phil. II. 37. *syngrapha — facta in* gynaeceo, scil. Fulviae, uxoris M. Antonii.

GYPSATUS. Fam. VII. 6. *hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quam ignoverunt Medeae — matronae opulentae optimates, quibus illa* manibus gypsatissimis *persuasit ne sibi vitio illae verterent, quod ab esset a patria.* Recte Nicol. Loëns. Epiphyll. II. 10. gypsatas *manus* de histrionica Medea, s. de histrione, qui Medeae personam in fabula Ennii ageret, interpretatur, qui scil. de more manus gypso candoris causa illitas habuerit. In quo ipse verba *manibus gypsatissimis* cum verbo *persuasit* coniungenda putabat, relata scilicet ad gestum manuum quo utebatur Medea scenica; Burmannus vero mavult verba: quibus illa manibus gypsatissimis, coniungere, ut significetur Medea, quae erat manibus gypsatissimis usa. Ceterum Sam. Petitus ad leg. Att. p. 67. corrigebat: *quibus illa Manibus gypsatissimis,* ut referretur ad matronas illas optimates, cuius sententiam, quamvis a Gesnero probatam, veram esse mihi non possum persuadere.

GYRUS. Off. I. 26. *homines secundis rebus effrenatos, et sibi praefidentes tamquam in* gyrum *rationis*

et doctrinae duci oportere. „Gyrus proprie dicitur in quem equi circumaguntur. Vid. Cerdam ad Virgil. lib. III. Georg. v. 191. Significat homines assuefaciendos esse, ut rationi et doctrinae obtemperent, nec viribus, opibus et fortuna freti latius evagentur, sed intelligant, omnia quibus efferri soleant alii, esse imbecilla, nec alium fortunae statum diu in eodem vestigio permanere." *Heusinger.* Orat. III. 19. *ex ingenti quodam oratorem immensoque campo in exiguum sane* gyrum *compellitis, i. e.* angustis eum scientiae finibus includitis, iusto pauciora ad eius artem refertis.

H.

HABENAE. Hoc vocabulum quod proprie frena equorum notat, transfertur ad res humanas. Orat. II. 52. *Senatum servire populo cui populus ipse moderandi et regendi sui potestatem quasi quasdam* habenas *tradidisset.* Ibid. III. 41. *legum* habenae. Lael. 13. *quam laxissimas* habenas *habere amicitiae, quas vel adducas, quum velis, vel remittas.*

HABERE 1. dicuntur animalia, quae iis sunt propria, vel quae iis accidunt. Div. II. 31. *Dionysii equus* habuit *apes in iuba.* 2. Item homines dicuntur *habere,* quae vel universae eorum naturae vel corpori, vel animo eiusque partibus aut propria sunt, aut accidunt. Fragm. inc. *quae* feminae *duplices pupillas* habent. Div. II. 45. *uno et eodem temporis puncto nati dissimiles et naturas et vitas et casus* habent. Ibid. *quaedam contra naturam depravata* habere. Phil. II. 52. habebat *hoc omnino Caesar;* i. e. hic illi erat mos, haec agendi consuetudo. Div. I. 32. *intelligitur humani animi eam partem, quae sensum, quae motum, quae appetitum* habeat, *non esse ab actione corporis seiugatam.* Off. III. 21. *hunc tu quas conscientiae labes in animo censes* habuisse? *quae vulnera?* Ligar. 2. *profectio* (Ligarii in Africam) *voluntatem* habuit *non turpem; remansio etiam necessitatem honestam.* Orat. II. 70. quum Scaurus nonnullam. Verr. V. 15. *quantum negotii, quid oneris* haberes *numquam cogitasti.* Orat. I. 20. *Respondebat non se negare Demosthenem summam prudentiam, summamque vim* habuisse *dicendi.* 3. *Habere* dicuntur homines, quae possident. Verr. V. 40. habere *naves.* Tull. fr. habere *fundum* Scaur. *domum.* Phil. IX. 2. *classes.*

4. Inprimis *habere* dicuntur divites, qui fundos possident, vel paratam pecuniam in arca. Verr. III. 86. habet *in numis, in urbanis praediis.* Fam. VII. 29. *quanti est, nos, quod simus, quod habeamus, quod homines existimemur, id omne abs te habere.* Off. II. 20. *divitiarum magnitudo quid ad unumquemque nostrum pertinet? Illum fortasse adiuvat, qui* habet. 5. Res quaecunque *habere* dicuntur ea quae ipsis propria sunt. Off. II. 13. *bellum cuius altera pars sceleris nimium* habuit, *altera felicitatis parum.* Catil. IV. 7. de coniuratis per municipia dispertiendis: habere *videtur ista res iniquitatem si imperare velis; difficultatem si rogare.* Brut. 95. *haec genera dicendi aptiora sunt adolescentibus; in senibus gravitatem non* habent. 6 *Habere* dicitur pro *secum ferre, afferre* Div. II. 46. *dissimilitudo locorum nonne dissimiles hominum procreationes* habet? Prov. Cons. 4. (Gabinii) *adventus in Syriam primus, equitatus* habuit *interitum.* 7. Idem significat quod *posse.* Balb. 14. *quid* habes *dicere de Gaditano foedere eiusmodi, i. e.* quid eiusmodi proferre potes? Fam. I. 5. *de causa regia tantum* habeo *polliceri, me tibi absenti cumulate satis facturum.* Att. II. 22. *de re publica nihil* habeo *ad te scribere.* 8. De argumentis libri vel orationis, quae proponenda fuere. t. Lael. 27. *Haec* habui *de amicitia quae dicerem.* N. D. III. 39. *haec fere dicere* habui *de natura deorum.* Deiot. 7. habes *crimina insidiarum, nihil enim dixit amplius.* 9. Tractare. Verr. V. 27. *ut is victu ceterisque rebus quam liberalissime commodissimeque* habeatur. Div. I. 43. *omitto nostros qui nihil in bello sine extis agunt nihil sine auspiciis domi* habent. 10. Omnino agere quid vel instituere. Att. V 5. habere *dialogum.* Tusc. I. 24. habere *sermonem.* Att. IV. 1. habere concionem. Fam. VIII. 1. *orationem.* Phil. V. 31. *delectum*, scil. militum. Fin. III. 12. *earum rerum quae secundum naturam sint* habere *delectum.* Fam. VIII. 69. habere *controversiam cum aliquo.* Att. VIII. 14. *iter* habere. Fam. XV. 13. *mearum reliquarum rerum, maximeque existimationis meae procurationem susceptam velim* habeas. D. D. I. 2. *procurationem rerum humanarum nullam* habere *deos.* Phil. XI. 5. *quaestionem* habuit *pecuniae publicae.* N. D. II. 11. habere *senatum.* Verr. II. 55. censum. 11. Existimare, iudicare, censere. N. D. I. 17. *quae nobis natura informationem deorum ipsorum dedit, eadem insculpsit in men-*

tibus, ut eos aeternos et beatos haberemus. Ibid. III. 36. *omnes mortales sic* habent, *omnem commoditatem prosperitatemque vitae a diis se habere.* Att. V, 5. *hoc velim in maximis rebus et maxime necessariis* habeas. N. D. I. 14. *Zeno neque Iovem, neque Iunonem — neque quemquam qui ita appelletur in deorum* habet *numero* Fam. V. 20. *nisi in provincia relictas rationes pro relatis* haberem. Att. VIII. 1. *iam istud pro facto* habeo. Fam. III. 13. *illud velim sic* habeas. Fam. II. 6. *unum hoc sic* habeto. 12. Scire. Att. VII. 18. *de pueris quid agam, non* habeo. Muren. 12. *quid huic responderet non* habebat. 13. *Se habere* refertur ad statum quendam vel conditionem sive rerum sive personarum. Verr. II. 50. *quae quum ita* se *res* haberet. Fam. III. 13. *rem vides, quomodo* se habeat. Orat. I. 25. *praeclare se res* habeat. Off. II. 21. *male se res* habet. Orat. II. 32. *quomodo nunc se istorum artes* habent. Att. IV. 11. *quum ego* me *non belle* haberem. Fam. VIII. 15. *Domitii* se *male* habent. 14. Habere cum accusativo rei et dativo personae significat modum, quo erga alium animati sumus. Fam. XV. 1. habere alicui fidem. Ibid. XI. 27. habere alicui gratiam. Vatin. 2. *ne tibi hunc honorem a me* haberi *forte mirere.* 15. Phil. II. 28. *illam suam suas res sibi* habere *iussit, ex duodecim tabulis, claves ademit, exegit.* Respicitur formula illa solemnis in divortiis: *Res tuas tibi habe;* et perstringitur Antonius quod mimam illam uxoris loco habuerit, cum eaque tanquam cum uxore divortium fecerit. Verr. II. 19. *clamare coeperunt, sibi ut* haberet *hereditatem* (*er möchte die Erbschaft für sich behalten*). 16. *Necesse habere.* Partit. 13. *non* habebimus necesse *semper concludere.* Att. X. 1. *eo minus* habeo necesse *scribere, quid sim facturus.* 17. Habere rationem alicuius rei, *worauf Rücksicht nehmen.* Fam. I. 4. habere rationem dignitatis. Sen. 11. valitudinis. Att. X. 13. *misso officio pericli ratio* habenda *est.* Fin. III. 18. *quod intelligi debet figura, membrisque corporum, quae ipsa declarant procreandi a natura* habitam *esse* rationem. 18. Sen. 15. *Agricolae* rationem habent *cum terra;* (i. e. quasi rationem accepti et expensi). Att. II. 5. *cum omnibus Musis* rationem habere *cogito*, i. e. omnibus literarum studiis operam dare. 19. *Habere* cum participiis praet. passivis inservit periphrasi. Fam. XV. 20. *quartam ex literis tuis habeo* cognitum. Caecil. 4. *ad meam fidem,*

quam habent spectatam iam et diu cognitam *confugiunt.* Ac. pr. II. 31. *Conscendens navem sapiens, num* comprehensum *animo* habet *atque* perceptum, *se ex sententia navigaturum.* Div. VII. 4. *si quid* constitutum habes *cum podagra fac in alium diem differas.* Fam X. 24. *quantum in acie tironi sit committendum, saepe* expertum habemus. Q. Fr. III. 9. *quod me hortaris ut absolvam*, habeo absolutum. Pet. Cons. 8. *totam Italiam fac ut in animo ac memoriam* distributam comprehensamque habeas. 20. Similis est periphrasis cum adiectivis. Fam. XIV. 7. *molestias omnes et solicitudines, quibus te* miserrimam habui, (i. e. *vehementer afflixi*) deposui et eieci. Sen. 19. *quarta causa, quae maxime angere atque* solicitam *habere nostram aetatem videtur, appropinquatio mortis.* 21. Att. VI. 2. Phliasios *autem* dici *sciebam; et ita* fac ut habeas (i. e. ita fac ut scriptum habeas in exemplo tuo libri mei) *nos quidem sic* habemus.

HABILIS. 1. Orat. I. 54. *calcei* habiles, *i. e.* apti ad pedem. Leg. I. 9. *Natura* (homini) *figuram corporis* habilem *et aptam ingenio humano dedit.* Fin. IV. 20. (Zeno Cittineus) rebus iis, *quas nos bonas ducimus, concessit, ut haberentur aptae* habiles *et ad naturam accommodatae.* Orat. I. 25. *sunt quidam ita in iisdem rebus* habiles, *ita naturae muneribus ornati.*

HABILITAS. Leg. I. 9. *omitto opportunitates* habilitatesque *reliqui corporis.*

HABITABILIS. Somn. 6. *duo* (terrae cinguli s. Zonae) *sunt* habitabiles. Tusc. I. 20. habitabiles (terrae) *regiones et rursum omni cultu propter vim frigoris aut caloris vacantes.*

HABITARE. 1. Domicilium habere. Cael. 7. *in aediculis* habitat. Acad. pr. II. 36. habitat *apud me*, i. e. domi meae. Phil. II. 41. *quum Antonius — ad Aquinum accederet obviam ei processit magna multitudo, — Stulte Aquinates, sed tamen* in via habitabant, (*wohnten an der Landstraſse*). N. D. II. 37. *si esset, qui sub terra semper* habitavissent *bonis et illustribus domiciliis.* N. D. I. 9. habitare *in gurgustio.* Verr. I. 25. *esse filiam quae cum patre* habitaret. Dom. 44. habitare *laxe et magnifice.* 2. Metaphorice *habitare* dicuntur alicubi, qui saepius in eo loco versantur. Mur. 9. habitare *in foro.* Orat. I. 62. habitare *in subselliis*, i. e. frequenter

causas agere. Planc. 27. habitare *in oculis populi*, i. e. assiduum esse in urbe, in foro, in concionibus. Brut. 89. habitare *in rostris*. 3. Orat. II. 38. *qui hoc solum colendum putarunt*, habitarunt *in hac una ratione tractanda*. 4. Orat. II. 72. *mea ratio in dicendo haec esse solet ut boni quod habeat, id amplectar, ibi commorer, ibi* habitem, *ibi haeream* Orat. 15. *alioqui, quonam modo ille in bonis haerebit et* habitabit *suis?* Phil. XII. 1. *hic etiam fautores Antonii, quorum in vultu* habitant *oculi mei* (i. e. quorum vultum diligenter intueri et observare soleo) *tristiores videbam* 3. Ac. pr. II. 39. habitari *ait Xenophanes in luna*, (es gebe Einwohner im Monde.) Verr. IV. 53. *Tertia urbs* Syracusis *Tycha nominatur — coliturque ea pars et* habitatur *frequentissime*. Somn. 6. *Vides* habitari *in terra raris et angustis in locis*.

HABITATIO, usus domicilii, habitandi diversorium. Fam. XIII. 2. *peto a te ut ei de* habitatione *accommodes*. Cael. 7. *Sumptus obiectus est* habitationis.

HABITATOR. 1. Q. Fr. II. 3. *tuam domum in Carinis mundi* habitatores *conduxerunt*. 2. N. D. II. 56. *sunt enim in terra homines, non ut incolae atque* habitatores, *sed quasi spectatores superarum rerum atque caelestium*.

HABITUDO. Her. IV. 10. *corporis bonam* habitudinem *tumor imitatur saepe*.

HABITUS. 1. Inv. I. 25. Habitum *appellamus animi aut corporis constantem et absolutam aliqua in re perfectionem, ut virtutis aut artis perceptionem alicuius, aut quamvis scientiam, et item corporis aliquam commoditatem, non natura datam, sed studio industriaque partem*. Ibid II. 9. habitus *in aliqua perfecta et constanti animi aut corporis absolutione consistet?* Itaque dicitur. 2. De corpore. Cael. 24. *Metellus quum floreret integerrima aetate optimo* habitu, *maximis viribus*. Brut. 91. *erat eo tempore in nobis summa gracilitas et infirmitas corporis, qui habitus et quae figura non procul abesse putatur a vitae periculo*. Verr. IV. 2. *virginalis* habitus *atque vestitus*. N. D. I. 35. *oris* (i. e. faciei) habitus *ad vitae firmitatem nihil pertinet*. 3. De animo. Arch. 7. *quosdam sine doctrina naturae ipsius* habitu (*natürliche Anlagen*) prope divino per se ipsos moderatos et graves exstitisse. Inv. II. 53. *iustitia est* habitus *animi — suam cuique tribuens dignitatem*.

Fin. IV. 14. *non enim* (natura) *quod facit in frugibus — idem facit in homine quum eum ad rationis* habitum *perduxerit.* 4. De oratione. Orat. III. 52. *si* habitum *orationis et quasi colorem aliquem requiritis.* Brut. 16. *Lysias habet certos sui studiosos, qui non tam* habitus *corporis opimos quam gracilitates consectentur.*

HACTENUS. 1. *So weit, bis hieher.* Att. IV. 13. *haec* hactenus; *redeo ad urbana.* 2. *In sofern;* Orat. II. 27. *haec artem quidem et praecepta duntaxat* hactenus *requirunt;* ut certis dicendi *luminibus ornentur.* N. D. I. 10. *nunc* hactenus *requiro eorum tarditatem.*

HAEDINUS. Muren. 36. *stravit pelliculis* haedinis *lectulos Punicanos.*

HAEDUS. Sen. 16. *villa — abundat porco,* haedo, *agno.*

HAEREDITAS, vid. *Hereditas.*

HAERERE. 1. Adhaerere. N. D. II. 54. *Linguam ad radices eius* haerens *excipit stomachus* (*der Schlund*). Acad. pr. II. 39. *ut videamus terra penitusne defixa sit et quasi radicibus suis* haereat *an media pendeat.* Somn. 5. *terra immobilis manens ima sede semper* haeret. 2. Firmiter locum obtinere. Fam. VI. 7. *male* haerentes *scalarum gradus.* Deiot. 10. *Deiotarum quum plures in equum sustulissent quod* haerere *in eo senex posset, admirari solebamus.* 3. Metaphorice dicuntur in aliquo haerere, quae non possit amoliri. Div. I. 16. *ut peccatum* haereret, *non in eo, qui monuerit, sed in eo qui non obtemperavit.* Catil. I. 6. *quod dedecus non* haeret *infamiae tuae!* Cael. 7. *in quo* (Caelio) *non modo crimen non* haerebat, *sed vix diserti adolescentis* (Atratini accusatoris) *cohaerebat oratio.* Rosc. Com. 6. *potest hoc homini huic* haerere *peccatum?* Fam. VI. 5. *non potest* haerere *in tam bonis civibus tam acerba iniuria.* 4. Homines etiam in aliqua re *haerere* dicuntur, unde se expedire non possunt. Verr. V. 9. *cogitate in his iniquitatibus unum* haesisse *Apollonium, ceteros ex his incommodis pecunia se liberasse.* Tusc. III. 28. *ex ceteris philosophis nonne optimus et gravissimus quisque confitetur, multa se ignorare? — Neque tamen quum se in media stultitia —* haerere *intelligant, aegritudine premuntur.* Cluent. 31. haerebat *in tabulis publicis reus et accusator — nec elabi alio accusatore poterat Albius, nec sine ignominia calumniae relinquere accusationem*

Cluentum. Phil. II. 29. haerebat *nebulo; quo se verteret non habebat.* Ac. pr. II. 5. *isti philosophi raro admodum, quum* haerent *aliquo loco exclamant — abstrusa esse omnia.* Fin. I. 6. *in quo etiam Democritus* haeret. Pison. 30. *At in illo altero inquit,* heres. — *Immo mehercule habeo gratiam;* haererem *enim, nisi tu expedisses.* 5. *Haerere ad metas* dicitur, qui in aliqua re offendit, aut peccavit. Cael. 31. *fama adolescentis paullum* haesit ad metas *notitia nova mulieris.* Vid. *Meta.* 6. *Aqua alicui haerere* proverbio dicitur qui se nequit ex difficultate expedire. Off. III 33. *sed* aqua haeret *ut aiunt* Q. Fr. II. 1. *in hac causa mihi* aqua *haeret.* Vid. *Aqua.* Simili metaphora dicitur *haerere in salebra.* Fin. V. 28. *Tria genera bonorum; proclivius currit oratio; venit ad extremum,* haeret in salebra. 7. *Haerere dicuntur in animo,* quae sunt altius impressa. Acad. pr. II. 1. haerebant (*Themistocli*) *in memoria quaecumque audierat vel viderat.* Catil. IV. 10. *memoria tantorum periculorum — non modo in hoc populo, qui servatus est, sed etiam in omnium gentium sermonibus ac mentibus semper* haerebit Phil. II. 26. *consumptis lacrimis tamen infixus animo* haeret *dolor.* Att. VI. 1. *noli me putare ἐγκελεύσματα illa tua abiecisse, quae mihi in visceribus* haerent, i. e. quae mihi quotidie obversantur, tantum abest ut oblitus sim. 8. *In medullis aut visceribus alicuius haerere* dicuntur, quos, ille summo amo e complectitur, ut quotidie de iis cogitet etiam absentibus. Phil. I. 15. *in medullis populi Romani ac visceribus* haerebant. Fam. XV. 16. *doceas tu me oportebit, quum salvus veneris in meane potestate sit spectrum tuum, ut simul ac mihi collibitum sit de te cogitare illud occurrat; neque solum de te, qui mihi* haeres in medullis. 9. Phil. XIII. 3. *si esset externus hostis — maria, montes, regionum magnitudines interessent: odissetis eum, quem non videretis. Hi in oculis* haerebunt *et quum licebit, in faucibus;* h. e. praesentes vobis instabunt, et quum licebit impetum in vos facient. 10. *Haerere in aliqua* re dicitur is, qui in ea diligenter versatur, eam accurate persequitur. Orat. 40. haerere *in eadem commorarique sententia.* Att. XIII. 4. haerere in libris. Orat. 49. *alioqui quonam modo ille in bonis* haerebit *et habitabit suis.* 11. *Haerere in loco* est eum frequentare. Orat. I. 38. *volitare in foro,* haerere *in iure* (i. e. in locis ubi ius dicitur) *ac praetorum tribunalibus.*

nalibus. 12. Orat. II. 54. in *hoc* altero (genere) dicacitatis, *quid habet ars loci, quum ante illud facete dictum emissum* haerere *debeat quam cogitari potuisse videatur.* Metaphora ducta a telo emisso, et in corpore eius, qui petebatur haerente. (*Ein witziger Einfall muſs schon abgeflogen seyn und getroffen haben, ehe er scheinen ausgedacht seyn zu können*).

HAERESIS, sententia sive secta philosophorum. Parad. 1. *Cato in ea* haeresi *est* (i. e. schola Stoicorum) *quae nullum sequitur florem orationis.* Fam. XV. 16. *postulabimus, ex qua* haeresi *vi, hominibus armatis deiectus sis, in eam restituare.* Iocatur Cicero cum Cassio, qui se a Stoicis ad Epicureos contulerat, simulque respicit formulam interdicti praetorii UNDE VI etc. Att. XIV. 14. haeresis *Vestoriana* (a Vestorio argentario) dicitur genus hominum pecuniae magis quam literis et philosophiae deditorum.

HAESITANTIA Phil. III. 6. *nihil illo* (Bambalione) *contemptius, qui propter* haesitantiam *linguae stuporemque cordis cognomen ex contumelia traxerit.*

HAESITARE. 1. De lingua. Orat. I. 25. *sunt quidam aut ita lingua* haesitantes, *aut ita voce absoni.* 2. De iis, qui nesciunt quid dicunt, et se expedire non possunt, aut qui rem qua de agitur parum habent cognitam. Acad. pr. II. 17. *ne vinolenti quidem quae faciunt eadem approbatione faciunt, qua sobrii; dubitant* haesitant, *revocant se interdum.* Catil. II. 6. *quum* haesitaret, *quum teneretur, quaesivi quid dubitaret eo proficisci, quo iam pridem pararat.* Ac. post. I 2. *rem a me saepe deliberatam et multum agitatam requiris. Itaque non* haesitans *respondebo;* (*ich brauche mich nicht lange auf eine Antwort zu besinnen*) *sed ea dicam, quae mihi sunt in promptu.* Fin. II, 6. *quam* (voluptatem) *si explicavisset non tam* haesitaret. Orat. I. 10. *Memoria teneo — Carbonem — ignarum legum,* haesitantem *in maiorum institutis, rudem in iure civili.*

HAESITATIO. Orat. II. 50. *quod tuum principium fuit? qui timor? quae dubitatio? quanta* haesitatio *tractusque verborum.* Fam. III. 12. *suscipe paullisper meas partes — si facile inveneris quod dicas, noli ignoscere* haesitationi *meae.*

HALITUS. Tusc. II. 9. *Nemeaeus leo efflavit graviter extremum* halitum.

HALLUCINARI s. ALUCINARI, temere aliquid effutire, nec satis cogitatum. N. D. I. 26. *ista a vobis tamquam dictata redduntur, quae Epicurus oscitans hallucinatus est.* Q. Fr. II. 10. *epistolae nostrae debent interdum* hallucinari, i. e. quicquid in buccam venerit scribere debemus. Att. XV. 29. *ego suspicor hunc ut solet* hallucinari, *i. e.* temere et inaniter loqui.

HARA, stabulum porcorum. Pis. 16. *Epicure noster ex* hara *producte, non ex schola,* convicium in Pisonem qui se Epicureum iactabat.

HARMONIA. Tusc. I. 10. *Aristoxenus musicus idemque philosophus* (animam dixit) *ipsius corporis intentionem quandam, velut in cantu et fidibus ea quae* harmonia *dicitur.* Ibid. 18. harmoniam *autem ex intervallis sonorum nosse possumus; — membrorum vero situs et figura corporis vacans animo, quam possit* harmoniam *efficere non video.* N. D. III. 11. *nisi putamus ad* harmoniam *canere mundum ut Pythagoras existimat.* Somn. Scip. c. 5.

HASTA. 1. Sensu proprio. Sen. 6. *eminus* hastis, *cominus gladiis uti.* Orat. II. 80. *qui vibrant* hastas *ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur.* 2. *Hasta* dicitur de auctione bonorum publica, praesertim eorum, qui creditoribus aliter satisfacere non poterant; vel proscriptorum; cuius instituendae signum erat hasta posita. Off. II. 8. (Sulla) est ausus dicere hasta *posita, quum bona in foro venderet et bonorum virorum et locupletum et certe civium, praedam suam se vendere.* Ibid. paullo post: *Nec vero umquam bellorum civilium semen et causa deerit, dum homines perditi* hastam *illam cruentam et meminerint et sperabunt; quam P. Sulla* (A. U. 672.) *quum vibrasset dictatore propinquo suo* (L. Cornelio Sulla) *idem sexto tricesimo anno post* (i. e. A. U. 708.) *a sceleratiore* hasta (Caesaris) *non recessit.* Quo mortuo Cicero iocose scribit Fam. IX. 10. *Ego ceteroqui animo aequo fero; unum vereor ne* hasta *Caesaris* refrixerit; i. e. ne illo sectore bonorum mortuo minus care vendantur bona Pompeii a Caesare publicata. Similiter Fam. XV. 17. *Caesarem putabant moleste laturum* (illius Sullae mortem) *verentem ne* hasta *refrixisset.* Phil. II. 26. hasta *posita pro aede Iovis Statoris bona Cn. Pompeii voci acerbissimae subiecta praeconis.* Phil. IV. 4. *quos non illa infinita* hasta satiavit (bonorum inprimis Pompeii auctio a Caesare insti-

tuta). Rull. II. 20. *ponite ante oculos vobis Rullum, in Ponto, inter vestra atque hostium castra* hasta *posita cum suis formosis finitoribus auctionantem.* 3. Metaphorice hastae dicuntur argumenta oratoris ex iuris scientia petitae. Top. 17. *ICti — patronis diligentibus ad eorum prudentium confugientibus* hastas *ministrant.* Orat. I. 57. a quo (ICto) *quum* amentatas hastas *acceperit, ipse eas oratoris viribus lacertisque torquebit.* Simili modo comparantur praecepta rhetorica ex Hermagorae disciplina cum *hastis amentatis* Brut. 78.

HASTATUS. Div. I. 35. *quum signifer primi* hastati (i. e. primi manipuli s. ordinis hastatorum) signum non posset movere loco. cf ibid. II. 31.

HASTILE, lignum cui praefixum est vel fuit hastae ferrum; *ein Lanzenstock:* ponitur etiam pro ipsa hasta. Rab. Perd. 7. *Q. Scaevola* — hastili *nixus et animi vim et infirmitatem corporis ostendebat.*

HAUD. Formula *haud scio an* est affirmantis, non tamen simpliciter sed modeste et cum levi quadam dubitatione affirmantis, ut plerumque possit pro ea adverbium *fortasse* substitui. Fin. V. 3. *Peripateticorum princeps Aristoteles, quem excepto Platone* haud scio an *recte dixerim principem philosophorum.* Lael. 14. *atque* haud scio an *ne opus sit quidem sit* (h. e. fortasse ne opus quidem est; *vel:* atque mihi ne opus quidem esse videtur) *nihil umquam omnino deesse amicis.* Q. Fr. I. 1, 10. *ut tibi tanti honores haberentur quanti* haud scio an *nemini.*

HAUDQUAQUAM. Lael. 18. *suavitas sermonum atque morum* haudquaquam *mediocre condimentum amicitiae.*

HAVE, i. q. *salve.* Fam. VIII. 16 *Caesar, simulatque*, have, *mihi — dixit, statim quid de te audisset, exposuit.*

HAURIRE. 1. Sensu proprio. Div. II. 13. *aqua ex puteo* hausta. Brut. 83. *num qui hoc sentiat, si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet.* 2. Alicunde aliquid sumere, accipere, s. arcessere. Rull. II. 13. *sumptum* haurit *ex aerario, suppeditat sociis* Brut. 97. *non decet te, ornatum uberrimis artibus, quas quum domo* haurire *non posses arcessivisti ex urbe ea,* (Athenis) *quae domus est semper habita doctrinae, numerari in vulgo patronorum.* Div. II. 11. *Divinitas unde animos* haustos *aut acceptos, aut libatos habemus.* Div. I, 32.

Cratippus dixit: *animos hominum quadam ex parte extrinsecus esse tractos et* haustos. 3. Inprimis est e certis artium principiis aliquid derivare. Off. I. 2. *sequemur Stoicos, non ut interpretes, sed e fontibus eorum iudicio arbitrioque nostro* — hauriemus. Acad. post. I. 2. *amicos in quibus est studium in Graeciam mitteret, ut e fontibus potius* hauriant, *quam rivulos consectentur.* Orat. I. 3. *ceterarum artium studia fere reconditis atque abditis e fontibus* hauriuntur. 4. De doloribus aut calamitatibus quae alicunde accipiuntur, et perferuntur. Cod. 24. *hunc* hausi *dolorem.* Dom. 1. haurire *me unum pro omnibus calamitatem indignissimam.* cf. Tusc. I. 35. *extr. quantas quam incredibiles* hausi *calamitates.* Sext. 29. *luctum nos* hausimus *maiorem, dolorem ille animi non minorem.* 4. Homines qui aliorum bona rapiunt, *haurire* dicuntur. Phil. XI. 5. *quid eum non sorbere animo, quid non* haurire *cogitatione, cuius sanguinem non bibere censetis; in cuius possessiones atque fortunas non impudentissimos oculos spe et mente defigere?*

HAUSTUS, locus ubi aqua hauritur. Caecin. 26. *aquaeductus,* haustus, *iter, actus.*

HEBDOMAS. Fam. XVI. 9. ad Tironem aegrotum: *symphoniam Lysonis vellem vitasses, ne in quartum* hebdomada *incideres. Hebdomas* est spatium septem dierum, quo spatio morbi in deterius aut melius mutari solent: septimi enim dies sunt critici e disciplina medicorum. *Ern.*

HEBES, opponitur acuminato, fragm. Acad. II. *cur lunae nascentis alia* hebetiora, *alia acutiora videantur cornua.* 2. Parum acutus in cogitando. N. D. II. 6. hebetiora *ut sint hominum ingenia propter caeli pleniorem naturam.* Fam. VIII. 13. hebes *ad intelligendum.* Div. II. 50. *Epicurum* — hebetem *et rudem dicere solent Stoici* Acad. fr. *mihi non modo ad sapientiam caeci videmur, sed ad ea ipsa, quae aliqua ex parte cerni videantur* hebetes *et obtusi.* Att. IX. 20. *tu cogita quid deinde, nam me* hebetem *molestiae reddiderunt.* 3. Tardus in sentiendo. Acad. post. I. 8. *sensus omnes* hebetes *et tardos esse arbitrabantur.* Planc. 27. *sensi populum Romanum aures* hebetiores, *oculos acres atque acutos habere.* 4. Opponitur *subtili.* Fin. II. 10. *rhetorica forensis, quum populariter loquatur, est interdum paullo* hebetior. 5. Parum incitatus. Orat. 64. Spondeus, quod est e longis duabus, hebetior videtur et tardior.

HEBESCERE. 1. Tardiorem fieri. Ac. pr. II, 2. *quis reprehendet nostrum otium, qui in eo nosmet ipsos* hebescere *et languere nolumus.* 2. Obtundi. Tusc. I. 30. *mentis acies se ipsa intuens nonnumquam* hebescit. 3 Languescere; de SCto cuius exsecutio retardatur. Catil. I. 2. *nos vicesimum iam diem patimur* hebescere *aciem horum auctoritatis;* metaphora ducta a gladio, cuius acies obtunditur.

HEDYCHRUM. Tusc. III. 19. Vulgo *hedrychum incendamus.* Davisius reposuit *hedychrum,* ex coniectura P. Victorii. Nam *hedrychus* nihili vox est, illa altera autem graeca. Illud autem scrupuli hic restabat, quod auctore Dioscoride I. 61. hedychrus est unguentum; de quo verbum *incendamus* dici non potest. Hunc scrupulum sublaturus Davisius, ex auctoritate Mss. primo *demus* et *incendamus* permutat; deinde pro incendamus, coniicit legendum: *intendamus*, i. e. porrigamus. Eius sententiae subscribit Buherius ad h. l. *Ern.* Ceterum Beroaldus, probantibus Camerario, Manutio et Lambino, legendum coniecerat *cedrum incendamus.*

HELUARI. Dom. 47. heluari *reip. sanguinem.* Fin. III. 2. *Cato — quasi* heluari *libris* (*in den Büchern schwelgen*) *si hoc verbo in tam clara re utendum est; videbatur.*

HELUATIO, P. Red. in Sen. 6. *cur in lustris et* heluationibus *huius calamistrati saltatoris tam eximia virtus tamdiu cessavit?*

HELUO. Pison. 17. *ille gurges atque* heluo *natus abdomini suo.* Sext. 11. heluo *patriae*, heluo patrimonii.

HELVELLAE, minutae herbae, s. oluscula. Fam. VII. 26. fungos, *helvellas, herbas omnes ita condiunt ut nihil possit esse suavius.*

HEMICYCLIUM, solium, sella maior patris v. c. familias. Lael. 1. *augur domi in* hemicyclio sedens. Solium ita vocatur a figura semicirculari. Sidon. Apoll. Ep. II. 2. solii hemicyclium. vid. Gronov. ad Sueton. de Grammat. c. 17. *Ern.*

HERA. Cael. 8. hera *errans* in Ennii versiculo est *Medea.* At ex Ennii annali V. Off. I. 12. *vosne velit an me regnare* hera, *quidve ferat Fors;* ubi *hera Fors* est *dea Fortuna.*

non potest *dividi*, nisi *moveatur* seu *cieatur*. Viri docti, quos dixi, coniiciunt, veteres ICtos dixisse: *familiam, herctum ciscere*, ac pro eo dictum deinde: *familiam herciscere* *Ern.*

HERE pro *heri*. Att. X. 13. in ed. Rom. ubi vid. Malasp. ibid. XV. 1. cf. Quintil. I. 7. Voss. Etymolog. in *heri*. *Ern.*

HEREDITAS. Top. 6. hereditas *est pecunia, quae morte alicuius ad quempiam pervenit iure, nec ea aut legata testamento, aut possessione retenta.* Flacc. 34. *communis* hereditas, *quae ad utrumque aequaliter lege veniebat.* Att. XI. 2. *eo ex die testamento crevi* hereditatem. Att. VI. 1. *adiunges Aufium nostrum hominem semper amantem mei; nunc credo eo magis, quod debet etiam fratris Appii amorem erga me cum reliqua* hereditate *crevisse.* N. D. III. 34. *Dionysius eam potestatem quam ipse per scelus erat nactus, quasi iustam et legitimam* hereditatis *loco filio tradidit.* Off. I. 33. *optima* hereditas *a patribus traditur liberis, omnique patrimonio praestantior gloria virtutis rerumque gestarum.*

HERES. Orat. I. 38. Fuit miles aliquis *de cuius morte quum domum falsus ab exercitu nuntius venisset, et pater eius, re credita, testamentum mutasset et quem ei visum esset, fecisset* heredem, essetque ipse mortuus, res delata est ad centumviros, quum miles domum revenisset *egissetque lege in hereditatem paternam. Nempe in ea causa quaesitum est de iure civili, possetne paternorum bonorum exheres esse filius, quem pater testamento neque* heredem, *neque exheredem scripsisset nominatim.* Orat. I. 39. M. Coponius M' Curium si sibi filius genitus isque prius mortuus esset, quam in suam tutelam venisset, heredem instituerat; Q. Scaevola, re ad centumviros delata negavit *nisi postumus et natus, et antequam in suam tutelam venisset, mortuus esset* heredem *eum esse posse, qui esset secundum postumum et natum et mortuum* heres *institutus.* Eiusmodi *heredes*, qui secundum alium, si is mortuus sit, instituuntur, *heredes secundi* dicuntur. Inv. II. 21. *Quidam pupillum* heredem *fecit, pupillus autem ante mortuus est, quam in suam tutelam venisset. De hereditate ea, quae pupillo venit inter eos qui patris pupilli* heredes secundi *sunt et inter agnatos pupilli controversia est. Possessio* heredum secundorum *est* etc. cf. Verr. I. 4, 43. Cluent.

dii, futuri quidem in gloria sempiterna sint, sed non sine invidia ne sine periculo quidem.

HEROUS. Orat. III. 47. *Aristoteles ad* heroum *nos* (oratores) *dactyli et anapaesti et spondei pedem invitat.* Orat. 57. Aristoteles *iudicat* heroum *numerum grandiorem quam desideret soluta oratio* Respicitur Aristotelis locus Rhetor. III. 8. ubi cum Victorio sic legendum est: *Τῶν δὲ ῥυθμῶν ὁ μὲν ἡρῷος σεμνὸς καὶ οὐ λεκτικὸς, καὶ ἁρμονίας δεόμενος.* Vulgo enim legebatur *καὶ λεκτικός.* Nempe non prorsus improbat Aristoteles heroos pedes in oratione, sed eorum usum certis limitibus circumscribit, aitque *τὸν ἡρῷον ῥυθμὸν* esse *ἁρμονίας δεόμενον*, h. e. in oratione aliis pedibus miscendum esse; quae Cicero his verbis effert: Orat. III. 47. *in quo* (heroo numero) *impune progredi licet duo duntaxat pedes, aut paullo plus, ne plane in versum, aut similitudinem versuum incidamus.*

HERUS, paterfamilias. Balb. 22. *Sulla* heros *novem Gaditanos civitate donavit.* Off. II. 7. *iis qui vi oppressos imperio coercent, sit sane adhibenda saevitia ut* heris *in famulos, si aliter teneri non possunt.*

HESPERUS. N. D. II. 20. stella Veneris ita dicta *quum subsequitur solem* (*der Abendstern*).

HESTERNUS. Ac. pr. II. 4. hesterno *sermone labefacta causa.* N. D. II. 29. hesternus *dies.*

HEUS. Att. IV. 17. *sed* heus tu *scripseramne tibi —?* ibid. I. 13 *Sed* heus tu *videsne?* Fam. VII. 11. *sed* heus tu *quid agis?* Q. Fr. II. 16. *sed* heus tu, *celari videor a te.*

HEXAMETER. Orat. 66. *e quatuor igitur* (partibus) *quasi* hexametrorum *instar versuum quod sit, constat fere plena comprehensio.*

HIARE. 1. De cupiditate s. avaritia. Verr. III. 4. *huic homini si cuius domus patet utrum ea patere, an* hiare *ac poscere aliquid videtur?* Ibid. II. 54. *reperiebam — ipsum Verrem tantum avaritia semper* hiante *atque imminenti fuisse.* 2. Elisionem in concursu vocalium negligere. Her. IV. 12. *Crebrae vocalium concursiones, quae vastam et* hiantem *orationem reddunt.* Orat. 45. *poetae, qui ut versus facerent, saepe* hiabant. Partit. 6. *Disiuncti atque* hiantes *concursus literarum.* Orat. 9. *Mutila quaedam et* hiantia *loqui.*

in C. Laelio multa hilaritas. Fin. II. 20. *non* hilaritate *nec lascivia nec risu aut ioco comite levitatis, sed saepe etiam tristes firmitate et constantia sunt beati.* Ac. post. I. 2 *quae Menippum imitati — quadam* hilaritate *conspersimus.*

HILARITER. Her. III. 14. *modo acriter, tum clementer, maeste,* hilariter *in omnes partes commutabimus, ut verba, ita pronuntiationem.*

HILARULUS. Att. XV. 11. *Atticae quoniam, quod optimum in pueris est,* hilarula *est, meis verbis suavium des.*

HILARUS. Att. VII. 24. *literae* hilariores. Att. XVI. 3. *hunc* (librum) *lege arcano convivis tuis, sed si me amas,* hilaris *et bene acceptis, ne in me stomachum erumpant, quum sint irati tibi.* Fin. V. 30. hilara *vita.* Pis 5. *oculis* hilarioribus.

HILUM est i. q. leve aliquid aut exiguum. Tusc. I. 5. *neque proficit* hilum.

HINNITUS. Div. I. 33. *subito exaudivit* hinnitum, *et equum laetus aspexit.*

HIR. Fin. II. 8. vola manus, qua utuntur interdum, qui furtim vinum gustant, cum siphon aut aliud instrumentum non est ad manum, ut vidit Scaliger. *Ern.*

HIRSUTUS. N. D. II. 47. *animantium — aliae villis vestitae, aliae spinis* hirsutae.

HIRUDO, sanguisuga. Att. I. 15. *plebs* hirudo *aerarii, (Blutigel des Staatsschatzes).* Forma loquendi ducta est e Plauti Epidic. II. 2. 4. *Ern.*

HIRUNDO. Her. IV. 48. hirundines *aestivo tempore praesto sunt, frigore pulsae recedunt.*

HISCERE. Phil II. 43. *respondebisne ad haec aut omnino* hiscere *audebis?*

HISTORIA. Orat. II. 9. Historia *testis temporum, lux veritatis, vita memoriae* (sic vulgo legitur; sed legendum censeo *via memoriae,* vid. *Via*) *magistra vitae, nuntia vetustatis.* Orat. 20. Historia, *in qua et narratur ornate, et regio saepe aut pugna describitur, interponuntur etiam conciones et hortationes, sed in his tracta quaedam et fluens expetitur, non haec contorta et acris oratio.* Brut. 16. Laudationibus (mortuorum) historia *rerum nostrarum est facta mendosior.* Ibid. 75. *nihil est in* historia *pura et illustri brevitate dulcius.* Orat. II. 15. *quis nescit primam esse* historiae *legem ne*

quid falsi dicere audeat? deinde ne quid veri non audeat? ne qua suspicio gratiae sit in scribendo, ne qua simultatis. Sequuntur ceterae leges, quae ad exaedificationem positam in rebus et in verbis pertinent. 2. Att. II. 8. historia *dignum* est *cognitu dignum*. Sic Graeci ἱστορίαν dicunt.

HISTORICUS. Top. 21. oratores, Philosophi, poetae, et historici, *ex quorum et dictis et scriptis saepe auctoritas petitur ad faciendam fidem.* Muren. 7. *homines literati et* historici. Orat. 36. historicus *sermo* a quotidiano distinguitur. Brut. 83. *non tam* historico *quam oratorio genere perscripsit.*

HISTRIO. Orat. I. 5 Actio — *quae motu* corporis, quae gestu, *quae vultu, quae vocis conformatione ac varietate moderanda est, quae sola per se ipsa quanta sit,* histrionum *levis ars et scena declarat, in qua quum omnes in oris et vocis, et motus moderatione elaborent, quis ignorat, quam pauci sint, fuerintque quos animo aequo spectare possimus.* Parad, III. 2. Histrio *si paullum se movit extra numerum, aut si versus pronuntiatus est syllaba una brevior aut longior, exsibilatur et exploditur.* Fin. III. 7. histrioni *actio, saltatori motus non quivis, sed certus est datus.* Orat. II. 46. saepe ipse vidi *quum ex persona (aus der Maske heraus) mihi ardere oculi hominis* histrionis *viderentur spondalia illa dicentis.* Rosc. Com. 11. *qui ne in novissimis quidem erat* histrionibus, (Roscio duce et magistro) *ad primos pervenit comoedos.* Sen. 19. *neque* histrioni *ut placeat peragenda est fabula, modo in quocumque fuerit actu probetur.* Verr. IV. 16. Verres iussit Timarchidem aestimare argentum, (i. e. vasa argentea quae Diocli abstulerat). *Quo modo? quo qui umquam tenuissime in donatione* histrionum *aestimavit.* Nimirum quum histrionibus qui praecipue placuissent praemia s. corollaria darentur, solebant eorum pretium in aestimando extenuare, ut plus acciperent, quam accepisse dicerentur.

HIULCE, de hiatu in pronuntiatione. Orat. III. 12. *non aspere, non vaste, non rustice, non* hiulce.

HIULCUS. Orat. 44. *ne extremorum verborum cum insequentibus primis concursus aut* hiulcas *voces efficiat aut asperas.* Orat. III. 43. *componere et struere verba sic, ut neve asper eorum concursus, neve* hiulcus *sit.*

HODIE. 1. Hoc die. Phil. XIV. 5. *idus Quintiles, qui dies* hodie *est.* 2. Hoc tempore, hac aetate. Acad. pr. II. 1. *ut* hodie *stet Asia Luculli institutis servandis.*

HOMICIDA. Phil. II. 13. *confiteor eos* (qui in C. Iul. Caesarem coniuraverunt) *nisi liberatores populi Romani conservatoresque rei publ. sint, plus quam sicarios, plus quam* homicidas, *plus etiam quam parricidas esse, siquidem est atrocius patriae parentem quam suum occidere.* Et paullo ante: *nunquamne intelligis, statuendum tibi esse utrum illi, qui istam rem gesserint* homicidae *sint an vindices libertatis.*

HOMO. 1. Tusc. III. 32. *quum Socrates Alcibiadi persuasisset — eum nihil* hominis *esse*, hominem nullius pretii, *οὐτιδανόν.* 2. Homo dicitur simpliciter, pro homine polito et ad sensum pulchritudinis et venustatis exculto. Q. Fr. II. 11. *quum veneris* virum *te putabo, si Sallustii Empedoclea legeris,* hominem *non putabo,* h. e. virum, quod illam legendi molestiam patienter feras, hominem *non putabo*, quod librum illum, non abiicias (*so muſs ich zwar deine Geduld, keineswegs aber deinen Geschmack loben.*) Orat. II. 10. *nox te expolivit*, hominemque *reddidit.* 3. i. q. humanus. Att. IV. 15. Humanitatem *tuam amoremque in tuos reditus celeritas confirmabit. Sed vereor — ne — te detineat diutius rhetor Clodius — Sed si vis* homo *esse, recipe te ad nos.* Cluent. 70. *Mater cuius ea stultitia est, ut eam nemo* hominem *appellare possit.* Off. III. 5. *si nihil existimat contra naturam fieri hominibus violandis, quid cum eo disseras, qui* hominem (i. e. humanam naturam, humanitatem) *ex homine tollat?* Fin. V. 12. *si aut manibus ingrediatur quis, aut non ante, sed retro, fugere plane se ipse, et* hominem ex homine *exuens naturam odisse videatur.* Pison. fr. *quae te beluam ex utero non* hominem *fudit.* Att. X. 13. *quoniam* homo *est*, i. e. humaniter erravit. 4. Homo dicitur pro bonis hominis. Rosc. Am. 8 hominis *studiosissimi nobilitatis manceps fit Chrysogonus*, i. e. bonorum eius manceps s. sector fit. 5. Pleonastice cum aliis substantivis. Orat. II. 46. homo *histrio.* 6 Homines dicuntur pro societate s. vita hominum urbana. Off. III. 31. *filium ab* hominibus *relegasset, et ruri habitare iussisset.*

ad aliquem, qui eam sententiis, qui suffragiis adeptus est, is mihi et honestus *et* honoratus *videtur.* Verr. II, 18. honestus *eques.* Unde *honestissimi homines* vocantur publicani. Manil. 7. Quint. 13. honestius iudicium, *quod famae eius, cui intenditur, non tantum periculum affert.* Att. IX. 7. *Video tibi placere illud, me πολίτευμα de pace suscipere; in quo non extimesco periculum. Quum enim plura* (pericula) *impendeant, cur non* honestissimo (periculo) *depecisci* (i. e. defungi) *velim.* Ubi Ernestius frustra *honestissimo* pro adverbio habuit.

HONOR. 1. In plurali de magistratibus dicitur. Fam. X. 9. 10. etc. de magistratu autem in singulari. Sic Sull. I. 18. honor de consulatu. cf. Mur. 14. Inv. I. 54. etc. Flacc. 1. honoris *potius L. Flacci adiutorem futurum.* Ibi, quia Faërni Codd. habuerunt *honorum*, Graevius *honorum* malebat, quod est usitatius de magistratibus. Sed de consulatu sermo est, non de pluribus magistratibus: Ergo singulari opus. Nunquam vidi, cum *honores* dicerentur de uno magistratu. 2. Praemium, donum, et quicquid honoris causa datur, aut datum honori est. Sic de hereditate Quint. 4. *ut ad quem maximus maeror morte sua perveniret, ad eum maximus etiam* honos etc. Rosc. Am. 37. *nonne satis fuit, his gratias agi? denique ut perliberaliter ageretur,* honoris *aliquid haberi? cur tria praedia tantae pecuniae statim Capitoni dantur?* Ibid. 47. *quod viris fortibus* honor *habitus est; laudo.* Fam. XVI. 9. *ut medico* honos *haberetur.* Sic Graeci τιμᾶν pro praemio afficere, item Ἐπαινέσαι. Fin. II. 10. honos *profundus. Ern.*

HONORABILIS. Sen. 18. *honesta acta superior aetas fructus capit auctoritatis extremos. Haec enim ipsa sunt* honorabilia, *quae videntur levia atque communia salutari, appeti, decedi, assurgi, deduci, reduci, consuli.*

HONORARIUS, arbitri epitheton quod honoris causa ad aliquem arbitrium defertur. Tusc. V. 41. *quorum controversias solebat tamquam* honorarius *arbiter iudicare Carneades.* Rosc. Comm. 5. honoraria *arbitria.* Caecin. 2. *omnia iudicia aut distrahendarum controversiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt, quorum alterum levius est, propterea quod et minus laedit, et persaepe* disceptatore domestico *diiudi-*

catur; alterum est vehementissimum, quod et ad graviores res pertinet, et non honorariam *operam* amici (i e. arbitri) *sed severitatem iudicis ac vim requirit.* 2. *Honorarium* est, quod non debemus, sed nostra sponte facimus, libere, honoris causa. Opt. gen. or. 1. *docere debitum est, delectare* honorarium, *removere necessarium.* Pis 35. honorarium *frumentum.* Vid. *Frumentum. Ern.*

HONORATUS, qui magistratus gerit aut gessit. Brut. 81. *qui honorem sententiis et suffragiis adeptus est — — is mihi* honestus *et* honoratus *videtur*, sc. *honestus* refertur ad sententias in senatu: *honoratus* ad suffragia populi. Off. I. 38. *hominis* honorati *et principis domus.* Orat. 9. *Thucydides fuit* honoratus *et nobilis.* Sen. 17. *senectus* honorata. *Ern.* Omnino autem *honoratus* etiam dicitur, quocunque honore insignis. Leg. I. 11. *beati, qui* honorati *sunt videntur, miseri autem, qui inglorii.* N. D. III. 36. *Num quis quod bonus vir esset, gratias diis egit umquam? At quod dives, quod* honoratus, *quod incolumis.*

HONORIFICE. Phil. XI. 13. *quae de illo viro* (Deiotaro) *Sulla, quae Murena — — quam ornata, quam* honorifice — *praedicaverunt.* Att. XII. 19. *non potuit* honorificentius *a me fieri de nepote.* Fam. VI. 6. *Caesar nunquam nisi* honorificentissime *Pompeium appellat.*

HONORIFICUS, honorabilis, honorem significans. Fam. V. 2. *oratio* honorifica. Phil. II. 13. *numquam ab eo* (Pompeio) *mentio de me nisi* honorifica. Phil. XIV. 10. honorificentissima *verba.*

HORA, apud Romanos spatium ab ortu solis ad occasum in duodenas partes dividebatur aequales; eaeque horae vocabantur diurnae; deinde ab occasu solis ad ortum item in duodenas, quae dicebantur horae nocturnae. Itaque aestate horae diurnae longiores, nocturnae breviores erant; hieme autem contraria ratio. Rosc. Am. 7. *quum* (Roscius) *post horam primam noctis occisus esset, primo diluculo nuntius Ameriam venit. Decem* horis nocturnis *sex et quinquaginta millia passuum cisiis pervolavit.* Hic horae nocturnae sunt aestivae; ergo breviores: ideoque celeritas itineris maior. 2. Hora *dicitur* pro horologio, scil. ex aqua. N. D. II. 38. *quum machinatione quadam moveri aliquid videmus,*

videmus; ut sphaeram, ut horas, ut alia permulta. 3. Item pro clepsydra s. vasculo, quo in iudiciis iis qui vel accusabant, vel defendebant reum, temporis mensura praefiniebatur. Brut. 54. *videt oscitantem iudicem, loquentem cum altero, nonnumquam etiam circulantem, mittentem ad horas.* Hoc loco tamen etiam horologium intelligi potest, sive solarium, sive ex aqua; ut iudex dicatur eo aliquem mittere, ut sciat quota diei hora praeterfluxerit. 4. *Legitimae horae* in iudiciis sunt eae, quae actoribus causarum praefinitae sunt, ultra quas non licebat orationem extendere. Verr. I. 9.

HORNOTINUS, huius anni. Verr. III. 18. *frumentum* hornotinum

HOROLOGIUM. Fam. XVI. 18. horologium *mittam et libros si erit sudum.* Videtur *solarium* fuisse.

HORRERE. 1. De terrae aspectu hiberno N. D. II. 7. *possetne uno tempore* florere, *deinde vicissim* horrere *terra.* 2. Vehementer timere s. formidare. Fin. I. 16. *quod si qui satis sibi contra hominum conscientiam septi esse et muniti videntur deorum tamen* horrent. Att. IX. 2. *ingrati animi crimen* horreo. Att. II. 21. *haec dominatio quorsum eruptura sit* horremus. Phil. VII. 3. *periculose dico, quemadmodum accepturi sitis* horreo.

HORRESCERE. Fin. V. 11. *etiam ferae sibi iniecto terrore mortis* horrescunt.

HORREUM. Verr III. 8. *lex — quae omnibus custodiis subiectum aratorem decumano tradit, ut neque in segetibus, neque in areis, neque in* horreis — *grano uno possit arator sine maxima poena fraudare decumanum.* 2. Metaphorice. R. II. II. 33. *illi* (maiores nostri) *Capuam receptaculum aratorum, nundinas rusticorum, cellam atque* horreum *Campani agri esse voluerunt.*

HORRIBILIS. Harusp. 10. horribilis fremitus armorum. Font. 12. *orandus erit Plaetorius ut suos novos clientes a bello faciendo deterreat, ut eorum iratos animos atque* horribiles *impetus deprecetur.* Orat III. 3. horribiles *miserique casus.* Att. XIV. 4. horribile *est, quae loquantur, quae minitentur.* Att. VIII. 9. *hoc τέρας* (Caesar) horribili *vigilantia, celeritate, diligentia est* Catil. I. 5. *hanc tam tetram, tam* horribilem, *tam infestam rei publ. pestem effugimus.*

isto hortatore, *auctore, intercessore ad Sullam legati non adierunt.* Orat. I. 55. *quum, eius studii tibi et* hortator *et magister esset domi.*

HORTULUS. Cluent. 13. *Asinius brevi illo tempore quasi in* hortulos *iret, in arenarias quasdam — perductus, occiditur.* Fin. V. 2. *cuius* (Platonis) *illi* hortuli *propinqui non memoriam solum mihi offerunt, sed ipsum videntur in conspectu meo hic ponere* 2. Metaphorice N. D. I. 43. *Democritus vir magnus inprimis, cuius fontibus Epicurus* hortulos *suos irrigavit.*

HORTUS. Fam. XVI 18. *Phaedrum excita, ut* hortum *ipse conducat.* Sen. 16. hortum *ipsi agricolae succidiam alteram appellant.* N. D. I. 33. *Tantum Epicuri* hortus *habuit licentiae; ubi* hortus *in quo ille docebat pro* schola *Epicuri nominatur.* 2. HORTI pluraliter pro singulari dicuntur. Fin. V. 1. *in* hortis *Epicuri quos modo praeteribamus.* Q. Fr. III. 1. *nunc domus mihi suppeditat* hortorum *amoenitatem.*

HOSPES. 1. Is quicum est ius hospitii (*ein Gastfreund.*) Off. I. 2. *domus in quam et hospites multi recipiendi, et admittenda hominum cuiusque generis multitudo.* Fam. IX. 20. *habuisset non hospitem, sed contubernalem.* Orat. I. 19. *Menedemus* hospes *meus.* 2. Is, qui aliquando, etiam sine mutuo hospitii iure ad aliquem devertit, ab eoque accipitur (*ein Gast.*) Div. II. 37. *Deiotarus Caesarem eodem tempore et hostem et* hospitem *vidit.* Att. XIII. 52. hospes *tamen non is cui diceres: amabo te, eodem ad me quum revertere. Semel satis est;* iocose de Caesare, quem Cicero cum comitibus hospitio acceperat, tribus tricliniis, valde copiose; ita ut libertis et servis nihil deesset. — Suavi metaphora hoc sensu transfertur ad libros de officiis ad filium Athenas missos: Off. III. 33 *quamquam tibi hi tres libri inter Chrysippi commentarios tamquam* hospites *erunt recipiendi.* 3. Qui ad cauponem devertit. Cluent. 59. *hominem multorum* hospitum, *A. Binnium quendam, cauponem subornatis.* 4. Qui in urbe peregrinatur (*ein Fremder.*) Acad. post I. 2. *nos in nostra urbe peregrinantes errantesque tanquam* hospites. 5 Hospes etiam dicitur qui rerum, quae in urbe, ubi habitat, geruntur ignarus est. Rab 10. *adeone* hospes *huiusce urbis, adeone ignarus es disciplinae consuetudinisque nostrae, ut haec nescias?* Att. VI. 3. *formam mihi totius*

rei publ. si iam es Romae, aut quum eris, velim mittas, quae mihi obviam veniat, ex qua me fingere possim et praemeditari, quo animo accedam ad urbem. Est enim quiddam, advenientem non esse peregrinum atque hospitem. 5. Qui rudis est in arte quadam. Orat. I. 50. *Fateor oratorem nulla in re tironem ac rudem, nec peregrinum atque* hospitem *esse debere.*

HOSPITA, mulier quae aliquem hospitio accepit. Verr. II. 36. *eum multo magis figura et lineamenta* hospitae *delectabant.* 2. Peregrina, quae hospitio accipitur. Att. V. 1 Pomponia marito Q. Ciceroni qui rogaverat, ut mulieres invitaret, morose et cum stomacho respondit: *Ego sum hic* hospita. (*Ich bin hier fremd, habe nichts zu befehlen*).

HOSPITALIS. 1. *Gastfrey.* Verr. I. 26. *homo qui semper* hospitalissimus *amicissimusque nostrorum hominum fuisset.* 2. Hospiti proprius. Verr. IV. 22. hospitalis *mensa* Rull. II 17. *illud quantum est, quum decemvir — illum ipsum locum quo venerit, illam ipsam sedem* hospitalem, *in quam erit deductus publicam populi Rom. esse dixerit?* 3. *Dii* hospitales sunt qui tuentur hospites, et violata hospitii iura ulciscuntur. Verr. IV. 22. *non dubitavit illud insigne penatium* hospitaliumque *deorum ex* hospitali *mensa tollere.* Inprimis celebratur *Iupiter hospitalis.* Fin. III. 20. Q. Fr. II. 13. Deiot. 6. *Si te* (Caesarem) *veneno* (interemisset Deiotarus) *Iovis illius quidem* hospitalis *numen numquam celare potuisset, homines fortasse celavisset.* Cael. 21. Venus *hospitalis* dicitur Veneris signum in Clodiae armario.

HOSPITALITAS. Off. II. 18. *Recte a Theophrasto est laudata* hospitalitas; *est enim valde decorum patere domos hominum illustrium illustribus hospitibus.*

HOSPITIUM. 1. Mutua necessitudo inter amicos, quae habet hanc vim ut alter alterius hospes fiat, quum forte ad locum eius domicilii venerit. Fam. XIII. 19. *cum Lysone est mihi* hospitium *vetus.* Q Fr. I. 1. *optimum quemque* hospitio *amicitiaque coniungi dico oportere.* Balb. 18. *Gaditani cum L. Cornelio publice* hospitium *fecerunt.* Catil. IV. 11. *clientelae* hospitiaque *provincialia.* Verr. II. 36. renuntiare hospitium alicui et domo emigrare. 2. Deversorium. Sen. 23. *ex vita ita discedo, tamquam ex* hospitio, *non tamquam ex domo; commorandi enim natura deversorium nobis non ha-*

bitandi dedit. 3. Festive translatum ad sermonem, quem aliquis habet, ut alter, qui ante eum verba fecit, requiescere possit. Orat II. 57. Antonius, *defessus iam*, inquit, *labore atque itinere disputationis requiescam in Caesaris sermone, quasi in aliquo peropportuno deversorio. Atqui, inquit Iulius, non nimis liberale* hospitium *meum dices.*

HOSTIA. Rull. II. 34. *erant* hostiae *maiores in foro constitutae.* Leg. II. 21. *quibus hostiis cuique deo immolandum, cui maioribus, cui lactentibus.* Ex hoc loco intelligitur maiores hostias, ut ovem, suem, taurum lactentibus ut agno, vitulo etc. opponi Font. 10. *Galli humanis* hostiis *deorum aras ac templa funestant.*

HOSTILIS. Inv. I. 55. hostilis *terra.* Rab. Perd. 9. *homo* hostilem *in modum seditiosus.* Off. III. 29. *pactiones bellicas et* hostiles *perturbare periurio.*

HOSTILITER. Phil. V. 9. *Hannibal quid fecit* hostiliter, *quod hic* (Antonius) *non aut fecerit aut faciat.*

HOSTIS. Off. I. 12. *equidem illud etiam animadverto, quod qui proprio nomine* perduellis *esset, is* hostis *vocaretur, lenitate verbi tristitiam rei mitigatam.* Hostis *enim apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc* peregrinum *dicimus.* Verr. II. 6. *Verres omnium communis* hostis *praedoque.* Catil. II. 1. hostis *tam capitalis.*

HUMANE. 1. Moderate. Tusc. II. 27. humane *ferre aliquid.* Fam. VIII. 10. *de provinciis non* humane *loquitur.* 2. Hilare, festive. Tusc. III. 27. *aliquid fecit* humanius *aut dixit hilarius.* Fam. XVI. 21. *Cratippus sublata severitate philosophiae* humanissime *nobis cum iocatur.* Broukhusius sic dictum putabat ac si scripsisset; saepius humane (h. e. verbis communibus et vulgaribus,) quam philosophice. Vid. Burm ad Petron. 100. Male. *Humane* opponitur *severitati*, quae solet esse philosophorum. *Ern*

HUMANITAS, varie dicitur apud Ciceronem. Primum pro natura ipsa humana. Rosc. Am. 22. *magna est vis* humanitatis. Orat. I. 12. *Omnem vim* humanitatis *tenere, causasque eas, quibus mentes aut incitantur, aut reflectuntur.* Hinc *humanitas* dicitur de omnibus rebus, quae hominibus sunt attributae natura, de ingenio, de propensionibus, sensibus, et omnibus, quae in homines, qua homines sunt, cadunt. Itaque

proprium est *pietatis* vocabulum. Itaque saepe haec verba ut diversa iunguntur, sed permutantur tamen etiam interdum pietatis et officii verba, interdum uno necessitudinis continentur. v. c. Fam. X. 34. humanitatis *et necessitudinis causa eorum salutis rationem habuimus.* Ibid. XI. 28. *ab officio aut ab* humanitate *desciscere.* cf. Verr. II. 47. Off. III. 10. *omisit et pietatem et* humanitatem, (de fratricida). Itaque *humanitas* significat multa, ut facilitatem, aequitatem animi in ferendis malis, misericordiam, aequitatem erga alios, mansuetudinem, placabilitatem etc. Fam. XI. 22. *ut vel* humanitatis *tuae vel mea causa eum conservatum velis.* Q. Fr. I. humanitatis *est, aliorum consulere commodis.* Att. XV 1. humanitas *edictorum.* XV. 16. humanitatis *tuae est ignoscere.* Off. III. 6. in figura *hominis feritas et immanitas belluae a communi tamquam* humanitate *corporis segreganda est.* Arh. 11. *humanitas* opponitur *acerbitati.* Catil. IV. 6. humanitas *et misericordia.* Quint. 16. humanitas *communis.* Orat. II. 56. humanitatis *est responsio.* Verr. II. 40. humanitatis *rationem habere.* Fam. V. 21. *tibi quum summam* humanitatem, *tum etiam literas profuisse*, scil. ut ferres iniurias. Fam. XI. 27. humanitas *tua, qui amicum etiam mortuum diligis.* Lael. 2. *nec fuisse id* (scil. *moderate ferre mortem amici*) humanitatis *tuae.* Mil. 13. *crudelius punitus est*, quam erat humanitatis *meae postulare.* Sen. 1. humanitatem (aequitatem in rebus humanis ferendis) *et prudentiam Athenis deportasse.* Off. III. 23. *utilitate potius dirigi officium quam* humanitate. Phil. II. 4. humanitatis *expers, qui literas sibi ab amico scriptas, rupta amicitia, profert.* 7. Cultus humanus, vitae ratio homine digna Sext. 42. *vita* humanitate *perpolita.* Orat. III. 15. *ut puerorum mentes ad* humanitatem *et virtutem fingerentur.* Div. II. 38. *barbari* humanitatis *expertes.* 8. Quia denique homini proprium est ridere, laetari rebus laetis, iocari. Orat. I. 8. propterea humanitas est etiam pro urbanitate, lepore. Att. I. 13. *sale* humanitatis *sparsae.* Fam. XI. 27. *lepos*, humanitas, *literae.* Rosc. Am. 41. *literis eorum et urbanitate ducitur — — horum literas adamarit aut* humanitatem. Verr. III. 4. *at sermone; at literis, at* humanitate *eius delectamini.* Orat. II. 67. *Socratem in hac ironia dissimulantiaque longe lepore et* humanitate *omnibus praestitisse. Ern.*

HUMANITER, 1. aequo animo, ut homo debet ea ferre, quae scit homini accidere posse et solere. Att. I. 2. *ferre* humaniter. 2 Hilare. Fam. VII. 1. *neque nos lepore tuo, neque tu meo frui posses propter molestissimas occupationes meas: quibus si me relaxaro, — — docebo profecto, quid sit* humaniter vivere. Vid. Humane. *Ern.*

HUMANITUS. Phil. I. 4. *si quid mihi* humanitus *accidisset*, i. e. si mortuus essem.

HUMANUS. 1. Homo. Att. XIII. 21. *possum falli, ut* humanus. Plura exempla suppeditabit Gronov. ad Liv. IX. 9. Heins. ad Silium VII. 5. Huc refer illud Verr. II. 69. *nullum est aliud genus* humanum *in provincia*. 2. Ab homine expectandus, hominibus usitatus et naturalis. Verr. III. 97. humana *et usitata ratio* Tusc. III. 6. humanum *id quidem, non enim e silice nati sumus*. Orat. 62 *oratio composita aufert* humanum *sensum actoris*, h. e. facit, ut non possit cum animi commotione, quae hominibus solemnis est in his rebus, dicere. 3. Doctus. Orat. II. 1. humanissimus *homo*. 4 Homine dignus. Orat. I 8. humanus *cultus*. Arch. 7. *animi adversio* humanissima. Acad. IV. 41. humanissima *completur animus voluptate*. 5. Aequus, moderatus. Fam. X. 24. *moderatissimi atque* humanissimi *sensus fuit*. 6. Urbanus, lepidus. Fin. II. 31, *homo bellus et* humanus. 7. Acutus, sive etiam curiosus, quia hominibus hoc innatum est, ut velint scire, inprimis ea, quae occultantur. Verr. V. 28. *Syracusani homines, periti et* humani, *qui non modo ea, quae perspicua essent, videre, verum etiam occulta suspicari possent; habebant rationem quotidie piratarum, qui securi ferirentur, quam multos esse oporteret, coniiciebant*. 8. *Humana* et *res humanae* dicuntur, quae hominibus propria sunt, iis accidere possunt, divitiae, honores, morbi, pericula, paupertas, mors etc. Off. I. 4. humanarum *rerum contemptio*. Leg. II. 17. *quae fateor* humana *esse*. Lael. 5. *amicitiam omnibus rebus* humanis *anteponatis*. cf. Fin. II. 41. V. 25. Fam. V. 12. VI. 1. Att. XV. 20. Tusc. III. 24. etc. 9. Orat. I. 18. *res humanae* dicuntur virtus et vitium 10. Fin. II. 12. *scientia rerum divinarum et* humanarum. Vid. divinus. 11. Orat. 34. *humana* dicuntur de iure civili et historia. 12. *Humanum ius*. vid. IUS. *Ern.*

HUMARE. Tusc. I. 45. *Magorum mos est, non* humare *corpora suorum, nisi a feris sint ante laniata.* Ibid. I. 16. *in terram cadentibus corporibus hisque humo tectis, e quo dictum est* humari, *sub terra censebant reliquam vitam agi mortuorum.* Leg. II. 22 *quod nunc communiter in omnibus sepultis ponitur, ut humati dicantur, id erat proprium tum iis, quos* humus *iniecta contegeret.* N. D. III. 22. *Aesculapiorum — secundus, secundi Mercurii frater. Is fulmine percussus dicitur* humatus *esse Cynosuris*, h. e. in iugo montis Arcadiae, quod sic erat a Mercurii filio Cynosuro appellatum.'

HUMATIO. Tusc. I. 45. *admoneor ut aliquid etiam de* humatione *et sepultura dicendum existimem.* Ibid. *tota de ratione* humationis *unum tenendum est, ad corpus illum pertinere, sive occiderit animus sive vigeat.*

HUMERUS. 1. Iumentorum. N. D. II. 63. *in bubus — vires* humerorum *et latitudines ad aratra extrahenda.* 2. In corpore humano. Tusc. II. 16. *scutum, galeam, gladium in onere nostri milites non plus numerant, quam* humeros, *lacertos, manus.* Sen. 10. *Olympiae per stadium ingressus esse Milo* (Crotoniates) *dicitur, quum* humeris *sustineret bovem vivum.* 3. Metaphorice *humeris sustinere* dicitur pro *viribus sustinere* non corporis, sed animi. Mil. 9. *Clodius contulit se ad eius* (Milonis) *competitores, sed ita, totam ut petitionem solus gubernaret, tota ut comitia suis, ut dictitabat,* humeris *sustineret.* Flacc. 38. *Res publica quam nos universam in hoc iudicio vestris* humeris *— iudices* sustinetis.

HUMIDUS. 1. Constans ex aqua. N. D. III. 13. *Aut simplex est natura animantis, ut vel terrena sit, vel ignea, vel animalis, vel* humida, *aut concreta ex pluribus naturis.* cf. Tusc. I. 17. 2. Humore infectus (*feucht*). Verr. I. 17. *ignem ex lignis viridibus atque* humidis *in loco angusto fieri iussit.* Arat. Phaen. 65. humida *aurora.*

HUMIFER. N. D. I. 9. *boves spectantes lumina caeli Naribus* humiferum *duxere ex aëre succum*, i. e. pluviam imminentem. Ex Arati prognosticis s. *διοσημείοις.* Graeca sunt haec: *Καὶ βόες ἤδη τοι πάρος ὕδατος ἐνδίοιο οὐρανὸν εἰς ἀνιδόντες ἀπ' αἰθέρος ὠσφρήσαντο.*

HUMILIS. 1. De situ corporum. Tusc. V. 13. *Vites et ea, quae sunt* humiliora, *neque se tollere a*

terra altius possunt. 2. De hominibus infima sorte et conditione. Lael. 19. *qui parentibus nati sunt* humilibus. Att. VIII. 4. *numquam reo cuiquam tam* humili, *tam sordido — tam praecise negavi.* 3. De animo abiecto. Fin. I. 15. *succumbere doloribus eosque* humili *animo imbecilloque ferre.* Fin. V. 20. *qui totos se ad studia doctrinae conferunt — omnium ceterarum rerum obliti nihil abiectum nihil* humile *cogitent.* 4. De oratione. Orat. 57. Aristoteles — *neque* humilem *neque abiectam orationem probat*, de sermone vulgari non satis numeroso. Ibid. 58. *Iambus frequentissimus est in iis, quae demisso atque* humili *sermone dicuntur.* Alia ratione Inv. I. 56. *quartus decimus* (conquestionis locus) *qui per obsecrationem sumitur, in quo orantur modo illi qui audiunt*, humili *et supplici oratione*, (*in demüthiger und flehender Sprache*) *ut misereantur.* Brut. 79. *nec ullum* (verbum) *aut durum, aut insolens, aut* humile. 5. De aliis rebus, ut artibus, argumentis. Arch. 5. *humili* arte *praediti*, e. c. qui paullo post nominantur, scenici artifices. Leg. I. 4. de stillicidiorum et parietum iure, vel de stipulationum et iudiciorum formulis: *quae et scripta sunt a multis diligenter, et sunt* humiliora, *quam illa quae a vobis exspectari puto.*

HUMILITAS. 1. Opponitur altitudini locorum. Tusc. V. 24. *sidera multum inter se aut altitudine aut* humilitate *distantia.* Div. II. 43: *docet ratio mathematicorum, quanta* humilitate *luna feratur.* N. D. II. 47, *aliorum* (animalium) *ea est* humilitas, *ut cibum terrestrem rostris facile contingant.* 2. De conditione hominis inopis, ignobilis neque gratia neque pecunia pollentis. Quint. 1. *nihil est quod* humilitatem *cuiusquam gravitas et virtus iudicis consoletur.* Tusc. V. 10. *paupertas, ignobilitas*, humilitas. Cluent. 40. *superbiam atque arrogantiam eius deridendam magis arbitrarentur propter* humilitatem *hominis, quam pertimescendam.* Rosc. Am. 47. *quis erat qui non videret*, humilitatem (ignobilium) *cum dignitate* (nobilium) *de amplitudine contenderem?* 3. *Humilitas* est eorum, qui demittunt animum supplicando, et a dignitate recedunt. Orat. I. 53. *haec Rutilius valde vituperabat et huic* humilitati (*dieser Demüthigung, Erniedrigung*) *vel exsilium fuisse vel mortem anteponendam.* Inv. I. 56. *nam saepe virtus et magnificentia, plus proficit quam* humilitas *et*

obsecratio. 4. *Kleinmuth.* Tusc. III. 13. *habet ardorem libido*, humilitatem *metus.*

HUMILITER. Tusc. V. 8. *Theophrastus quum statuisset verbera — exsilia, orbitates magnam vim habere ad male misereque vivendum, non est ausus elate et ample loqui, quum humiliter demisseque sentiret (wagte es nicht bey niederstrebenden und kleinmüthigen Grundsatzen eine hohe und erhabene Sprache zu führen).*

HUMOR. 1. Liquor aqueus. N. D. III. 12. humor *ita mollis est, ut facile comprimi collidique possit.* Ibid. II 10. *frigoribus adiectis durescit* humor Div. II. 27. humor *allapsus extrinsecus, ut in tectoriis videmus austro*, (no est) *sudorem imitari.* N. D. I. 16 *probabile est praestantem intelligentiam in sideribus esse; quae — marinis terrenisque* humoribus *longo intervallo extenuatis alantur.* 2. De liquoribus in corpore animali. N. D. II. 6. humorem *et calorem, qui est fusus in corpore — unde habeamus apparet.* N. D. II. 2 *non venis et nervis et ossibus continentur* (dii) *nec iis escis aut potionibus vescuntur, ut aut nimis acres, aut nimis concretos* humores *colligant.* Ibid. II. 57 *nares* humorem *semper habent ad pulverem multaque alia depellenda non inutilem.*

HUMUS, terra friabilis. Sen. 17. humus *subacta atque pura.* Leg. II. 22. *quod nunc communiter in omnibus sepultis ponitur, ut humati dicantur, id erat proprium tum in iis, quos* humus *iniecta contegeret* 2. Solum terrae. Catil. I. 10. *iacere* humi *non modo ad obsidendum stuprum, verum etiam ad facinus obeundum.* Orat. III. 6. *hoc videtur esse altius, quam ut id nos* humi *strati suspicere possimus.* Gall. fr. humus *erat immunda, lutulenta vino.*

HYDRA. 1. Hydra Lernaea ab Hercule occisa. Orat. II. 16 *Polycletus quum Herculem fingebat*, (non erat quaesiturus) *quemadmodum pellem aut* hydram *fingeret, etiamsi haec numquam separatim facere didicisset.* 2. Sidus caeleste. N. D. II. 44. *hic sese infernis de partibus erigit* Hydra.

HYDRAULUS. Tusc. III. 18. hydrauli *ut audiat voces potius, quam Platonis. Hydraulus* s. hydraulicum organon (Wasserorgel) fuit instrumentum musicum, simile ei, quod nos *Orgel* vocamus, nisi quod in

HYPODIDASCALUS, magister secundarius (*Unterlehrer.*) Fam. IX. 18. *sella tibi erit in ludo, tamquam* hypodidascalo, *proxima.*

HYPOMNEMA, commentarium doctoris. Fam. XIV. 21. *multum mihi temporis eripitur in exscribendis* hypomnematis.

HYPOTHECA, vel pignus, vel praedium aliquod creditori a debitore obligatum. Fam. XIII. 56. hypothecae *commissae* sunt. Velim *cures ut aut de* hypothecis *decedat — aut pecuniam solvat.* H. L. intelliguntur possessiones creditori obligatae, eaeque dicuntur *commissae* (*verfallen*) quum cessante solutione debiti veniunt in potestatem creditoris. Vid. in ind. Gr. Ὑποθῆκαι.

I.

I litera. Orat. III. 12. *Cotta noster, cuius tu illa lata Sulpici, imitaris, ut iota literam tollas et E plenissimum dicas, non mihi oratores antiquos, sed messores videtur imitari.*

IACERE. 1. Sensu proprio de corpore. Quint. 31. *amici Naevii quorum saepe et diu ad pedes* iacuit *stratus.* Phil. II. 18. *pater maerens* iacebat *in lecto.* Catil. I. 10. *iacere* humi. 2. De situ humili. Scaur. fr. *depressa, caeca,* iacens *domus.* Verr. I. 52. *simulacra deorum* — iacent *in tenebris.* 3. De rebus quae negliguntur, vilipenduntur. Tusc. I. 2. iacent *ea semper quae apud quosque improbantur.* Phil. VI. 5. iacet *beneficium Nuculae.* Off. III. 33. *iustitia* iacet. Rosc. Com. 1. *quomodo tibi tanta pecunia extraordinaria* iacet? *i. e.* qui fit ut tantam pecuniam adeo negligas, ut eam in codicem accepti et expensi non referas? 4. De rerum vilitate aut pretio deminuto. Rosc. Com. 12. iacent *pretia praediorum.* Att. IX. 9. *Nunc omnia ista* iacere *puto propter numorum caritatem.* 5. De rebus nondum occupatis. Orat. III. 45. *ea* iacentia *sustulimus e medio.* 5. De negotiis quae non exercentur. Att. VII. 22. *omnis hic delectus* iacet. Fam. VIII. 6. *dici non potest quomodo hic omnia* iaceant, *i. e.* nihil agatur. Orat. II. 15. *in eodem silentio multa alia oratorum officia* iacuerunt, *scil.* quia nemo de iis scripsit. 6. De sententiis confutatis. Fin. V. 28. iacet *omnis ratio Peripateticorum.* Div. II. 51. iacet *tota conclusio.* 7. Homines dicuntur alicubi iacere qui diutius ibi commorantur. Att. XI. 6.

Brundisii iacere *in omnes partes est molestum.* 8. Item homines parum gratiosi et spem honorum consequendorum aut nullam aut exiguum habentes iacere dicuntur. Att. X. 7. *Curio mecum vixit,* iacere *Caesarem putans offensione populari,* Muren. 8. *putabam multis viris fortibus ne ignobilitas obiiceretur generis meo labore esse perfectum, qui non modo Curiis — antiquis illis fortissimis viris, novis hominibus, sed his recentibus Mario — commemorandis* iacebant. ibid. 21. *videsne tu* (candidatum) *illum tristem? demissum?* iacet, *diffluit, abiecit hastas* Off. III. 20. *C. Marius quum a spe consulatus longe abesset et iam septimum annum post praeturam* iaceret. 9. *Iacere* dicuntur, qui maerore, desperatione debilitati sunt. Att. VII. 20. *Cnaeus noster* (Pompeius) *ut totus* iacet? *non animus est, non consilium, non copiae, non diligentia.* Att. X. 4. iacet *in maerore meus frater.* Fam. XIV. 2. iacere *in lacrimis et sordibus.* Ibid. XII. 4. *scias me ita dolere ut non* iaceam. Lael. 16. *amici est — niti et efficere, ut amici* iacentem *animum excitet.* 10. Item qui sunt infirmi, languidi, desides. Phil. XI. 7. *in pace* iacere, *quam in bello vigere maluit. Quamquam ille numquam* iacuit, *nec hoc cadere verbum in tantam virtutis praestantiam potest.*

IACIO, iacĕre. 1. Sensu proprio. Caecin. 22. *vinces — non fuisse armatos eos, qui saxa* iacerent, *quae de terra ipsi tollerent.* Milon. 15. *quum ille lapides* iaciendos *curasset.* Div. II 19. 2. De molibus et fundamentis munimentorum aut aedificiorum. Att. IX. 17. *ab utroque portus cornu moles* iacimus. Inde metaphorice. Flacc. 2. *nisi forte cui causae* fundamenta iaciuntur *non videtis.* Sic Rull. II. 15. *hunc quasi gradum quendam atque aditum ad cetera* iactum *intelligetis.* 3. Per translationem. Rosc. Com. 9. iacere *crimen.* Sull. 7. iacere *contumeliam.* Planc. 12. iacis *adulteria*, i. e. adulterii probra. Par. 4. iacere *et immittere iniuriam.* Orat. 26. iacere *et mittere ridicula.* Att. II. 23. *terrores* iacit *atque denuntiat.* Flacc. 3. *quae est umquam* iacta *non suspicio — sed iracundiae vox aut doloris?* 4. Significare. Att. II. 7. *illud quid sit, scire cupio, quod* iacis *obscure.* 5. Ostendere, edere. Att. XV, 26. *nonnullos interdum* iacit *igniculos viriles.*

IACTARE. 1. Iacere. Orat. II. 78. *primas hastas* iactare *leniter.* Harusp. 18. *ardentes faces in vici-*

norum tecta iactare. Tusc. II. 23. *pugiles etiam quum feriunt adversarium in* iactandis *caestibus ingemiscunt.* 2. Iniicere, intendere. Quint. 14. *minae* iactentur, *pericula intendantur, formidines opponantur* 3. Identidem commovere. Verr. III. 19. tamenne putamus *patronum tuum in hoc crimine* cerviculam *iactaturum;* de Hortensio qui in agendo, quum sibi placeret, hoc saepe gestu utebatur. Sext. 23. *terrorem suum falso* iactare. 4. Frequenter commemorare, urgere. Cluent. 47. iactata *res erat in concione a tribuno seditioso.* 5. *Se iactare*, de oratore in utramque partem toto corpore vacillante. Brut. 60. *nisi se* suo *more* iactavisset. 6. Se iactare de eo, qui prae dolore se movet. Tusc. II. 19. *his tu praesentibus gemere et te* iactare *non audebis profecto.* 7. *Item se iactare dicuntur,* qui se ostentant, insolenter efferunt, aut gloriantur. Deiot. 10. *quantos concursus, facere solebat, quam se* iactare, *quam ostentare.* Att. II. 21. *qui antea solitus esset* iactare *se magnificentissime in illo loco* (scil. pro Rostris concionans) — *ut ille tum humilis, ut demissus erat.* Rosc. Am. 9. *in bonis Sex. Roscii se* iactantem. Catil. II. 9. *qui se insperatis repentinisque pecuniis sumptuosius insolentiusque* iactarunt. 8. Oratores et philosophi se iactare dicuntur, quum argumento cuidam valde confidunt, idque magnopere urgent. Verr. V. 1. *novi locum; video ubi se* iactaturus *sit Hortensius.* Rosc. Am. 32. *haec tu, Erucі tot et tanta si nactus esses in reo, quamdiu diceres? quo te modo* iactares! Fin. I. 10. *in quo se* iactare *posset vestra oratio.* 9. *Iactare se* etiam dicitur pro *multum negotii habere, actuosum esse,* multum in aliqua re laborare. Sext. 53. *ita se in populari ratione* iactarat. Fam. II. 15. *re publ. mihi nihil est carius, in qua tu non valde te* iactas; i. e. non multum laboras. Orat. I. 38. iactare *se in causis centumviralibus.* Fam. VIII. 10. *Curionem video dupliciter se* iactaturum; *primum ut aliquid Caesari adimat; deinde ut aliquid Pompeio tribuat.* Catil. IV. 5. *sancit in posterum, ne quis huius supplicio levando se* iactare *et in perniciem reip. popularis esse possit.* 10. *Iactare se opiniones* dicuntur quae sunt inconstantes. Tusc. IV. 10. *intelligatur igitur, perturbationem,* iactantibus *se opinionibus inconstanter et turbide, in motu esse semper.*

IACTARI 1. dicuntur qui vel maritima tempestate vel in turba de loco in locum truduntur, neque

consistere possunt. Rosc. Am. 26. iactantur *fluctibus.* Unde per metaphoram dictum Planc. 4. *nostrum est, qui in hac tempestate populi iactamur ac fluctibus, ferre modice populi voluntates — placare turbatos* Verr. I. 26 hac atui *domi suae vir primus et homo honestissimus.* Planc. 7. *equidem si quando, ut fit,* iactor in turba (*werde im Gedränge umhergestoßen*) *non illum accuso, qui est in summa sacra via, quum ego ad Fabium fornicem impellor, sed eum qui in me ipsum incurrit atque incidit.* 2. Omnino iactari dicuntur, qui quocunque modo vexantur. Quint. 31. *multis vexatus contumeliis, plurimis* iactatus *iniuriis.* Planc. 35. *se inique a tuis* iactatum *graviter querebatur.* Fam. I. 5. *Pompeius clamores convicioque* iactatus *est.* Quint. 2. *aequitas multis iniuriis* iactata *atque agitata.* 3. *Iactari* de sermonibus est *disseminari.* Catil. IV. 7. iactantur *voces.* Verr. III. 6. *te iam praetore* iactatum (*scil.* sermonibus) *crimen.* 4. *Iactari numus* dicitur quum eius pretium valde variatur (wenn der Curs bald steigt, bald fällt) Off. III. 20. iactabatur *numus, sic ut nemo posset scire, quid haberet.* 5. *Iactatus in re* est multum versatus; exercitatus. Orat. I. 6. iactatus *in opere gladiatorio.* 6. *Iactatus* est etiam *saepe usurpatus.* Muren. 12. de formulis ICtorum: *quae dum erant occulta necessario ab eis, qui ea tenebant, petebantur, postea vero pervulgata atque in manibus* iactata *et excussa inanissima prudentiae reperta sunt.*

IACTATIO. 1. De nave in tempestate. Muren. 2. *ex magna* iactatione *terram videre;* ubi transfertur ad reip. tempestates. 2. De motu corporis. Orat. 25. *actio modica* iactatione *corporis.* 3. Ostentatio; arrogantia, fastus. Tusc. IV. 9. iactatio *est voluptas gestiens et se efferens insolentius.* 4. *Iactatio popularis* est vis conflata concionibus seditiose concitatis. Cluent. 35. *optimis temporibus, quum homines se non* iactatione *populari, sed dignitate atque innocentia tuebantur.* Prov. Cons. 16. *Homines aut propter dignitatem suam diffisi ipsi sibi, aut propter reliquorum obtrectationem ab huius ordinis* (senatus) *coniunctione depulsi, saepe ex hoc portu se in illos fluctus* (populares) *prope necessario contulerunt. Qui si ex illa* iactatione cursuque populari *bene gesta re publ. referunt aspectum in curiam — non modo non repellendi sunt verum etiam expetendi.* 5. *Iactationem habere in populo* est a populo pro-

probari populo se venditare. Orat. 3. *eloquentia forensis spreta a philosophis et repudiata* — actationem *habuit in populo* (*konnte sich des Beyfalls des Volks ruhmen*). 5. Fam. XI 20. iactatio *verborum* (i. e. inanes minae) *et denuntiatio periculi.*

IACTURA 1. proprie dicitur de mercibus, quae ad sublevandam navem, ne in tempestate obruatur, in mare proiiciuntur. Off. III. 23. *quaerit* (Hecato) *si in mari* iactura *facienda sit, equine pretiosi potius* iacturam *faciat an servuli vilis.* Deinde 2. quodvis damnum, *Verlust* Fam. IV. 3. *in unius mulierculae animula* iactura *facta est.* Att. XVI. 2. *loqui cum eo poteris, eum commodum nostrum exspectare debere, quum tanta sit a nobis* iactura *facta iuris* (*da ich von meinem Rechte so viel aufgeopfert habe*). Paullo ante dixerat: *quum videas quantum a iure nostro decesserimus.* 3 De pecunia, quae variis rationibus expenditur et consumitur (*Aufwand, Einbusse am Gelde*). Att. VI. 1. *exhausta sumptibus et* iacturis *provincia.* Att XII. 29. *si qua* iactura *facienda sit, in repraesentando.* Cael. 16. *nulli sumptus, nulla* iactura, *nulla versura.* Manil. 23 *quibus* iacturis *homines in provincias proficiscantur* Mil. 27. Sp. Maelius *qui annona levanda,* iacturisque *rei familiaris* (i. e. largitionibus) — *in suspicionem incidit regni appetendi.* Fin. II. 24. *Si* iacturae *rei familiaris erunt faciendae* scil. ad amicum sublevandum Cluent.8. *Aurium, non magna* iactura *facta, tollendum interficiendumque curavit.*

IACTUS. Catil. III. 8. *fulminum* iactus. Div. II. 18. *nonne perspicuum est ex prima admiratione hominum, quod tonitrua* iactusque *fulminum extimuissent, credidisse, ea efficere rerum omnium praepotentem Iovem.*

IACULARI. Off. II. 13. *laudem consequebare equitando*, iaculando. Div. II. 59. *quis est, qui totum diem* iaculans *non aliquando collineet.*

IACULUM Tusc. 1. *solem prae* iaculorum *multitudine et sagittarum non videbitis.* Fin. IV. 9. *si Annibal ad portam venisset, murumque* iaculo *traiecisset;* nempe lapide, aut alio telo e ballista iacto.

IAM. 1. in transitionibus, modo pro *deinde;* modo in principio Fam. IV 5. V. 3. Iam *illud* etc. Manil. 11. Iam *vero virtuti Cn. Pompeii quae par inveniri potest oratio?* 2. *iam nunc, schon itzt.* Att I. 6. *Hermae tui — iam nunc* (scil antequam eos viderim)

sophis disputatur. Phil. VI. 5. *illa statua palmaris, de qua si meliora tempora essent, non possem sine risu dicere.* L. ANTONIO IANI MEDII PATRONO: *Itane? Ianus medius in L. Antonii clientela sit? Quis unquam in illo* Iano *inventus est* (fenerator) *qui L. Antonio mille nummum ferret expensum.*

IBIS N. D. I. 36. Ibes *maximam vim serpentium inficiunt, quum sint aves excelsae, cruribus rigidis, corneo proceroque rostro.* Ibid. 29. *ne fando quidem auditum est crocodilum, aut* ibim, *aut felem violatum ab Aegyptio.*

ICERE Pis. 12. *foedus quod meo sanguine in pàctione provinciarum* iceras cf. Sext. 10. Balb 16. *L. Marcius — cum Gaditanis foedus* icisse *dicitur.* Div. II. 66. *Ptolemaeus — telo venenato* ictus.

ICHNEUMON mus Indicus N. D. I. 36. cf. Plinii hist. nat. VIII. 24.

ICTUS 1. sensu proprio. Caecin. 15. *neque* ictu *cominus, neque coniectione telorum* Milon. 24 *mirabar vulnus in latere, quod non punctum videretur, pro* ictu *gladiatoris probari.* Off. II. 25 *Phaethon* ictu *fulminis deflagravit.* 2. metaphorice R. P. II. 3. *sublata erat de foro fides, non* ictu *aliquo novae calamitatis.* 3. de impulsione animi. Fin. II. 10. *nec ullum habet* ictum (*hat keinen Reiz*) *quo pellat animum, status hic non dolendi.*

IDEA. Orat. 3. has rerum formas appellat ideas — Plato Vid. Ἰδέα in ind. Gr.

IDEM Catil. I. 8. *me nullo modo posse* iisdem *parietibus tuto esse tecum;* i. e. quibus tu; sic enim intelligunt, qui *tecum* ad *iisdem* referunt, de qua forma vid. Perizon. ad Sanctii Minervam IV. 6. Drakenb. ad Liv. XXX 12. Sed potest etiam referri ad *tuto esse. Ern.*

IDIOTA imperitus, opponitur intelligenti alicuius rei, eleganti. Verr. IV. 2. et philosopho Sent. 51. Pison. 26. idiotarum *divitiae,* quas indocti, non philosophi admirantur. *Ern.*

IDOLA Fin. I. 6. Vid. Εἴδωλα in ind. Gr.

IDONEE Inv I *exordium ut oratio animum auditoris* idonee *comparans ad reliquam dictionem.*

IDONEUS aptus commodus. Inv. I. 21. idoneum *tempus, locus opportunus.* Ibid. II. 12 *in occasione* (consideratur) *commoditas ad faciendum* idonea. Att. II. 6. *ad lacertas captandas tempestates non sunt* ido-

nendus. Fam. XV. 4. *si non* ieiunum, *quod ego gessi*. 5. *ignarus*. Orat. 30. ieiunas *huius multiplicis aures accepimus h. e.* hoc genus tum erat inauditum nostris hominibus. 6. *tenuis*. Orat. III. 14. *de horridis rebus nitida, de* ieiunis *plena est oratio tua*. 7. *exilis*. Brut. 30. *sunt eius orationes* ieiunae. Ibid. 12. *Theodorus in arte subtilior in orationibus autem* ieiunior. 8. *inutilis*. Orat. II. 16. ieiuna *concertatio verborum*. Off. I. 44. *cognitio solivaga atque* ieiuna. 9. *invidus; iusto parcior in honore tribuendo*. Fam. II. 17. *illud vero pusilli animi et ipsa malivolentia* ieiuni *atque inanis, quod Ariobarzanem — in literis non regem sed regis Ariobarzanis filium appellat*. Phil. XIV. 7. *Haec interposui — ut quosdam nimis* ieiuno *animo et angusto monerem, — uti excellentium civium virtutem imitatione dignam non invidia putarent*. *Ern.*

IGITUR eleganter est post digressionem Orat. I. 7. quum igitur vehementius etc. cf. Acad. IV. 6. Fin. V. 32. Balb. 5. *Ern.*

IGNARUS N. D. II. 21. *physicae rationis* ignari. Orat. I. 14. ignarus *faciundae ac poliendae orationis*. Top. 20. *pueri saepe aliquid indicarunt, ad quod pertineret*, ignari.

IGNAVE Tusc. 11. *ne quid abiecte, neque timide, ne quid* ignave — *faciamus*.

IGNAVIA 1. Feigheit. Inv. 11. *fortitudini contraria est* ignavia. Rab. perd. 7. ignaviam *suam tenebrarum ac parietum custodiis tegere*. 2. Trägheit. Fam. XII. 20. *quod si — cessabis, lacessam, ne tua* ignavia *etiam inertiam afferat*.

IGNAVITER. Att. XV. 6. *an ego, quum omnes calcant*, ignaviter (*träge, saumselig*) *aliquid faciam*.

IGNAVUS 1. feige. Caecin. 16. *in bello poena* ignavis *ab imperatoribus constituitur*. 2. träge. Sen. 11. *quos ait Caecilius* comicos stultos senes, *hos significat, credulos, obliviosos, dissolutos, quae vitia sunt non senectutis, sed inertis*, ignavae, *somniculosae senectutis*. Fat. 12. ignava *ratio* est ea, quae Graece dicitur ἀργὸς λόγος. Vid Ind. Gr.

IGNESCERE N. D. II. 46. *Eventurum nostri putant — ut ad extremum omnis mundus* ignesceret.

IGNEUS N. D. II. 9. *omne quod est calidum et* igneum *cietur et agitatur motu suo*. Ibid. igneus *motus*. Ibid. ignea *celeritas*. Top. igneum fulmen. N. D. II. 40.

vunt s. inglorii. Tusc. V. 10. *aderit malorum turba quaedam, paupertas*, ignobilitas, *humilitas.*

IGNOMINIA. Tusc. IV. 20. *aegritudinem — non sine magna utilitate a natura dicunt constitutam, ut homines —* ignominiis *affici se in delicto dolerent. Impunitas enim peccatorum data videtur eis, qui et* ignominiam *et infamiam ferunt sine dolore.* Quint. 31. ignominiis *omnibus appetitus.*

IGNOMINIOSUS. Phil. III. 14. *quis non intelligat, si indormierimus huic tempori non modo crudelem superbamque dominationem nobis, sed* ignominiosam *etiam et flagitiosam ferendam.*

IGNORABILIS. Iuv. II. 32. *non* ignorabile *i. e.* quod *ignorari* non potest.

IGNORANTIA. Flacc. 20. (Heraclides Temnites) *rhetor habebat adolescentes quosdam locupletes, quos dimidio redderet stultiores quam acceperat; ubi nihil possent discere, nisi* ignorantiam *literarum.* Lael. 19. *qui aliquamdiu propter* ignorantiam *stirpis et generis in famulatu fuerint.*

IGNORARE. 1. nescire. Oecon. 1. *quin* ignoretur, *ubi proiectum iaceat, quod desideretur.* Att. VIII. 22. Lepidus tuus ignorat *de filio* (Domitii) quo ille scil. transierit cf. lib. IX. ep. 3. 2. haud nosse, *verkennen.* Rab. Post. 12. *si me invitum putas, ne Cn. Pompeii animum ostenderem, defendisse causam, et illum et me vehementer* ignoras. Ac. pr. II. 2. *maiore studio Lucullus — philosophiae deditus fuit, quam, qui* illum ignorabant, *arbitrabantur.* Tusc. V. 23. *cuius* (Archimedis) *ego quaestor* ignoratum *ab Syracusanis — indagavi sepulcrum.*

IGNORATIO Div. II. 22. *Causarum* ignoratio *in re nova mirationem facit. Eadem* ignoratio *si in rebus usitatis est non miramur.* N. D. I. 1. in *maximarum rerum* ignoratione *versari.* Orat. 21. huius (decori) ignoratione *non modo in vita, sed saepissime et in poëmatis et in oratione peccatur.* Cluent. 39. *insolentiam noratis hominis! — quanta* ignoratio *sui,* (*Mangel an Selbstkenntniſs*) *quam gravis atque intolerabilis arrogantia.*

IGNOSCERE Phil. I. 3. *hoc* ignoscant *dii immortales velim.* Att. I. 1. *abs te peto, ut mihi* ignoscas. Fragm. Epp. *Et praeteritis* ignoscis *et concedis futura.* Harusp. 17. *quam deam iste iccirco Bonam dicit,*

Somn. 7. *suis te oportet* illecebris *ipsa virtus trahat ad verum decus.* 2. Cael. 5. *erant apud eum* illecebrae *libidinum* i. e. natura sua propensior erat ad libidines. 3. Catil. II. 4. *quae tanta in ullo umquam homine iuventutis* illecebra (*so grosser Reiz zur Verführung der Jugend*) *fuit, quanta in illo.*

ILLECTUS Tusc. IV. 6. *libido ad id, quod videtur bonum* illecta *et inflammata.*

ILLEPIDUS N. D. III. 29. *parentem habere avarum,* illepidum, *in liberos difficilem.*

ILLIBERALIS. 1. homine libero indignus. Off. I. 42. illiberales *et sordidi quaestus mercenariorum.* Ibid. 29. *genus iocandi* illiberale. Fin. I. 1. *non illum ab industria sed* ab illiberali *labore deterret.* Orat. I. 32. de artificio rhetorico: *quod, ut ante dixi, non eiicio, est enim etsi minus necessarium ad bene dicendum, tamen ad cognoscendum non* illiberale (*es ist immer doch für einen Staatsmann eine ganz anständige Kenntniss*). 2. qui alicuius precibus non facile concedit; ungütig, ungefällig. Fam. XIII. 1. *non is in me* illiberalem, *sed me in se negligentem putabit.*

ILLIBERALITAS *Ungefälligkeit.* Att. VIII. 6. *Malo Tironis verecundiam in culpa esse, quam* illiberalitatem *Curii;* quem Cicero rogaverat, ut si quid Tironi opus esset pecuniae, ei commodaret.

ILLIBERALITER. nimis parce Att. XVI. 3. de Xenone *nihil arbitror ab eo neque indiligenter, neque* illiberaliter. cf. ibid. XVI. 1. Att. IV. 2. *superficiem aedium consules de consilii sententia aestimarunt* HS *vicies; cetera valde* illiberaliter; h. e. villis a Clodio incensis nimis exiguum pretium statuerunt.

ILLICERE N. D. III. 27. *coniugem* illexe *in stuprum scil.* pro illexisse; Est enim sumptum ex poeta Tragico Att. IX. 13. *ab iisdem* illecti *sumus,* i. e. inducti, decepti.

ILLICITUS. Cluent. 47. probatum illud erat: *multitudinem* illicitum *est contradicere* h. e. contra multitudinem.

ILLICO. Muren. 9. *simul atque increpuit suspicio tumultus, artes* illico *nostrae conticescunt.* Fat. 12. *nec si omne enuntiatum aut verum aut falsum est, sequitur* illico *esse causas immutabiles atque aeternas.*

ILLIDERE. Tusc. III. 31. *si quidem qui tempestivam medicinam admovens non ad gravescens vulnus*

ri fortunis et horum virorum talium dignitati illudere. Rosc. Com. 13. *tamen diutius* illudere *viri optimi existimationi audebit?* 3. täuschen. Quint. .6. *multis vadimoniis desertis saepe* illus: *ac destituti.*

ILLUMINARE de splendidis orationis ornamentis. Orat. III. 54. *haec sunt fere, quae sententiis orationem verborumque conformationibus* illuminent. Ibid. 43. *quod maxime tamquam stellis quibusdam notat et* illuminat *orationem.* Orat. 25. *concinnitas, quae verborum collocationem* illuminat *his luminibus, quae Graeci σχήματα appellant.*

ILLUMINATE. Orat. III. 14. qui illuminate *et rebus et verbis dicunt.*

ILLUMINATUS N. D. II. 46. *Luna a sole* illuminata.

ILLUSIO Orat. III. 53. figura sententiarum graece χλευασμὸς s. διασυρμὸς dicta, latine etiam *irrisio.*

ILLUSTRARE 1. patefacere, aperire. Catil. I. 3. *si* illustrantur, *si erumpunt omnia.* Orat. I. 39. *patefacere et* illustrare *obscura.* Lael. 26. *patefacere et* illustrare *verum.* 2. splendide ornare Orat. 27. Demetrii *orationem* illustrant *quasi stellae quaedam tralata atque immutata verba.* 3. explicare. Ac. post. I. 2. illustrare *philosophiam latinis literis.* Orat. I. 33. *generibus* illustrata. 4. dignitatem afferre. Div. II. 1. *locus qui totam philosophiam maxime* illustrat (*verherrlicht*). Arch. 9. *libri populi Romani nomen* illustrant. Fam. I. 6. illustrabit, *mihi crede, tuam amplitudinem hominum iniuria.* 5. honorare, celebrem reddere. Fam. II. 6. *gratiam remunerando cumulandoque* illustrare.

ILLUSTRATIO. Hoc vocabulo Ciceronem pro ἐνάργεια s. evidentia usum esse testatur Quintilian. Inst. Or. VI. 3.

ILLUSTRIS. 1. clarus, perspicuus. Fam. XI. 27. *quae testata sunt et* illustria. N. D. I. 5. *multa esse probabilia, quae quamquam non perciperentur, tamen quia visum haberent insignem et* illustrem (*weil sie doch einen grofsen und einleuchtenden Anschein haben*) *his sapientis vita regeretur.* 2. nobilis, celebris. Pet. cons. 5. *homo* illustris *honore ac nomine.* Fin. 1. *facta* illustria *et gloriosa.* 3 splendidus. N. D. II. 37. *bona et* illustria *domicilia.*

ILLUVIES sordes. Tusc. III. 12. *pectus* illuvie *scabrum.*

strae vitae quotidianae videremus. Sext. 13. *si* imaginem *iudiciorum aut simulacrum aliquod futurum in civitate reliquum credidisset.* 5. in philosophia Epicuri imagines sunt εἴδωλα. Vid. Ind. Gr. v. Εἴδωλον. Div. II. 67. N D. I. 12. Fin. I. 6. 6. in Rhetorica *imago* refertur inter figuras sententiarum. Her. IV. 49. Imago *est formae cum forma cum quadam similitudine comparatio. Haec sumitur aut laudis aut vituperationis causa.* Inv. I. 30. Imago *est oratio demonstrans corporum aut naturarum similitudinem.*

IMBECILLITAS 1. de corpore. Brut. 55. *virium* imbecillitas. Att. XI. 6. *Tulliae meae morbus et* imbecillitas *corporis.* Att. XII. 26. *nosti Niciae nostri* imbecillitatem, *mollitiam et consuetudinem victus.* Fam. VII. 1. imbecillitas *valitudinis.* 2. de animo. Rosc. Am. 3. *susceptum onus propter* imbecillitatem *animi deponere.* Fam. I. 4. imbecillitas *magistratuum.* 3. de generis humani natura. Tusc. V. 1. *humani generis* imbecillitatem *fragilitatemque extimescere.*

IMBECILLUS s. IMBECILLIS 1. de corpore. Fam. VII. 1. *quum homo* imbecillus *a valentissima bestia laniatur.* Q Fr. II. 7. *Marius et valitudine est et natura* imbecillior. 2. de animo. Div. II. 59. *quid mirum si in — omni divinatione* imbecilli *animi superstitiosa ista concipiant?* Div. II. 60. *quotus est quisque, qui somniis pareat? — quam multi vero qui contemnant eamque superstitionem* imbecilli *animi atque anilis putent.* Hortens. fr. imbecillus *est pudoris magister timor.* Tusc. V. 30. *qui* imbecillius *horrent dolorem et reformidant.* 3. de fortuna. Fam. IX. 16. *fortunam, quam existimo levem et* imbecillem *ab animo firmo et gravi tamquam fluctum a saxo frangi oportere.*

IMBELLIS Off. I. 24. *Numquam omnino periculi fuga committendum est, ut* imbelles *timidique videamur.*

IMBER Tusc. I. 19. *caelum hoc, in quo nubes,* imbres *ventique coguntur.* Fr. inc. *Quaedam terrae* imbribus *sicciores fiunt, velut in Narniensi agro siccitate lutum fieri,* imbre *pulverem, proditum est.* Div. II. 28. *te nec terrae fremitus — nec lapideus, aut sanguineus* imber *— terrebunt.* Div. I. 43. *saepe lapidum, sanguinis nonnumquam, terrae interdum, quondam etiam lactis* imber *defluxit.*

IMBERBIS Dom. 14. *quae maior calumnia est, quam venire* imberbum *adolescentulum, bene valentem*

ac maritum, dicere filium senatorem populi Romani sibi velle adoptari, de P. Fonteio qui Clodium adoptaverat. N. D. III. 34. *Dionysius Aesculapii Epidauri barbam auream demi iussit. Neque enim convenire barbatum esse filium, quum in omnibus fanis pater* (Apollo) *semper imberbis esset.*

IMBIBERE. Verr. Act. I. 14. *an iste umquam de se bonam spem habuisset, nisi de vobis malam opinionem animo* imbibisset? scil. vos iudices facile corrumpi posse. Quint. 6. *si* — imbiberit (i. e. si in animum induxerit) *eiusmodi rationibus illum ad suas conditiones perducere.*

IMBUERE 1. instituere. Hortens. fr. *literis talibusque doctrinis ante excoli animos et ad sapientiam concipiendam* imbui *et praeparari decet.* Att. XIV. 14. *de puero Clodio tuas partes esse arbitror, ut eius animum tenerum — his opinionibus* imbuas. Off. I. 32. *plerique parentum praeceptis* imbuti *ad eorum consuetudinem moremque deducimur.* Fin. II. 5. *extorquere ex animis cognitiones verborum, quibus* imbuti *sumus.* Phil. X. 10. *Nos ita a maioribus instituti atque* imbuti *sumus, ut omnia consilia atque facta ad virtutem et ad dignitatem referamus.* 2. implere, de animo. Tusc. I. 13. *omnium hominum mentes* imbuit *deorum opinio.* Tusc. III. 1. *variis* imbuimur *erroribus.* Fin. 18 *superstitio, qua qui est* imbutus, *quietus esse numquam potest.*

IMBUTUS 1. proprie *benetzt.* Font. 14. *manus* imbutae *sanguine.* Milon. 7. *Via Appia — quae cruentata antea caede honesti atque innocentis viri silebatur, eadem nunc crebro usurpatur, posteaquam latronis et parricidae sanguine* imbuta *est.* Phil. XIV. 3. imbuti *sanguine gladii legionum exercituumque nostrorum vel madefacti potius.* 2. de animo, aliqua re praedita s. instructo. Orat. II. 39. *aliquo iam* imbutus *usu.* Phil. III. 2. imbutus *crudelitate.* 3. institutus Leg. II. 7. *his rebus* imbutae *mentes* scil. religione ac pietate. Tusc. I. 7. imbutus *dialecticis.*

IMITABILIS Orat. 23. *orationis subtilitas* imitabilis *illa quidem videtur esse existimanti, sed nihil est experienti minus* (*scheint in der Einbildung leicht nachahmbar zu seyn, in der Erfahrung aber nichts weniger*).

IMITARI 1. *nachahmen, nachmachen.* N. D. III. imitari *chirographum.* Fam. IX. 20. *in qua coena coquus meus praeter ius ardens nihil potuit* imitari. Off. I. 24. *in adeundis periculis consuetudo* imitanda *medicorum est.* 2. *ähnlich seyn;* etwas ähnliches hervorbringen Inv. I. 32. taciturnitas *imitatur confessionem.* Div. II. 21. *potest veritatem casus* imitari i. e. si in nubibus videatur leonis forma aut hippocentauri apparere. Div. II. 27. *decol ratio quaedam — potest sanguinis similis esse, et humor allapsus extrinsceus, ut in tectoriis videmus austro, sudorem* imitari. 3. *darstellen.* Orat. II. 47. *qui non heroum veteres casus, fictosque luctus vellem* imitari *atque adumbrare dicendo.* 4. in pictura est similitudinem assequi, das Original erreichen, treffen. Orat. 2. *qui aut Ialysi non potuerunt, aut Coae Veneris pulchritudinem* imitari. Off. III. 2. *ut nemo pictor esset inventus, qui Coae Veneris eam partem quam Apelles inchoatam reliquisset, absolveret; oris enim pulchritudo reliqui corporis* imitandi *spem auferebat.* Ibid. 22. *pictor vidit obvolvendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset* imitari.

IMITATIO Her. I. 2 Imitatio (*in arte oratoria*) *est, qua impellimur cum diligenti ratione, ut aliquorum similes in dicendo velimus esse.* Orat. II. 22. *Furius — nervos in dicendo Fimbriae — non assequitur, oris pravitatem et verborum latitudinem* imitatur. *Sed tamen ille nec deligere scivit, cuius potissimum similis esset, et in eo ipso quem delegerat,* imitari *etiam vitia voluit.* Inv. I. 20. *multos* imitatio *decipit brevitatis, ut, quum se breves putent esse, longissimi sint* Orat. II. 59. *ridiculum quod ex quadam depravata* imitatione *sumi solet: i. e.* ubi aliquis, quae in alterius vel voce vel vultu vitiosa sunt, sic imitatur, ut etiam peiora fiant, et hac depravatione facilius sentiantur.

IMITATOR. Marcell. *ille aemulus et* imitator *studiorum meorum.* Leg. III. 14. *nec enim tantum mali est peccare principes — quantum illud, quod permulti* imitatores *principum exsistunt* Orat. II. 22 *multos* imitatores *saepe cognovi, qui aut ea, quae facilia sunt, aut etiam illa, quae insignia ac paene vitiosa, consectantur* imitando. Ibid 54 *natura fingit homines et creat* imitatores *et narratores facetos.*

IMITATRIX. Tusc. III. 2. *illa quae se eius* (verae gloriae) imitatricem *esse vult — fama popularis.* Leg. I. 17. imitatrix *boni voluptas.*

17. *Regnum est, dicere in quem velis, ac defendere quem velis* Immo *servitus est non dicere, in quem velis, ac defendere quem velis.*

IMMOBILIS. Somn. 5. *Terra* immobilis *manens ima sede semper haeret complexa medium mundi locum.* Paulo ante c. 4. *terra media neque movetur et infirma est.*

IMMODERATE. N. D. II. 59. *Lingua vocem* immoderate *profusam fingit ac terminat.* Univ. 13. totum animal movebatur illud quidem. sed immoderate et fortuitu. Ibid. *. Deus quidquid erat, quod in cernendi sensum caderet, id sibi assumpsit non tranquillum et quietum, sed* immoderate *agitatum et fluctuans idque ex inordinato in ordinem adduxit.* Off I. 26. *ut adversas res, sic secundas* immoderate *ferre levitatis est.* Univ. 12. *Qui* immoderate *et intemperate vixerit, eum secundus ortus in figurum muliebrem transferet.* Div. I. 29. *Socrates in Platonis Politia — dicit, quum dormientibus ea pars animi — in qua feritas quaedam sit, atque agrestis immanitas, quum sit* immoderato *obstupefacta potu atque pastu, exsultare eam in somno* immoderateque *iactari.*

IMMODERATIO. Sull. 10. *Efferri* immoderatione *verborum.* (*Sich durch übertriebnen Ausdruck zuweit fahren lassen.*)

IMMODERATUS. Rosc. Am. 45. *Iupiter — saepe ventis vehementioribus, aut* immoderatis tempestatibus *— hominibus nocuit.* Her. II. 22. *immensae cupiditates infinitae, et* immoderatae *sunt.* Phil. X. 7. immoderata *libertas, infinita hominum licentia.* Cael. 21. immoderata *mulier*, i. e. ut antea dicitur, *summorum facinorum.*

IMMODESTUS. Off. I 29. *Genus iocandi non profusum, nec* immodestum, *sed ingenuum et facetum esse debet.*

IMMOLARE. N. D. III. 36. Pythagoras Musis Iovem immolasse dicitur. Inv. II. 31. *Lex erat, ne quis Dianae vitulum* immolaret. Fam. VI. 7 *Nemo nostrum est, quin vota victoriae suae fecerit, nemo, quin, etiam quum de alia re* immolaret *tamen eo quidem ipso tempore, ut quam primum Caesar superaretur optavit.* Div. II. 17. *quum pluribus diis* immolatur, *qui tandem evenit ut litetur aliis, aliis non litetur.*

17. *Regnum est, dicere in quem velis, ac defendere quem velis* Immo *servitus est non dicere, in quem velis, ac defendere quem velis.*

IMMOBILIS. Somn. 5. *Terra* immobilis *manens ima sede semper haeret complexa medium mundi locum.* Paulo ante c. 4. *terra media neque movetur et infirma est.*

IMMODERATE. N. D. II. 59. *Lingua vocem* immoderate *profusam fingit ac terminat.* Univ. 13. totum animal movebatur illud quidem, sed immoderate et fortuitu. Ibid. 9. *Deus quidquid erat, quod in cernendi sensum caderet, id sibi assumpsit non tranquillum et quietum, sed* immoderate *agitatum et fluctuans idque ex inordinato in ordinem adduxit.* Off I. 26. *ut adversas res, sic secundas* immoderate *ferre levitatis est.* Univ. 12. *Qui* immoderate *et intemperate vixerit, eum secundus ortus in figuram muliebrem transferet.* Div. I. 29. *Socrates in Platonis Politia — dicit, quum dormientibus ea pars animi — in qua feritas quaedam sit, atque agrestis immanitas, quum sit* immoderato *obstupefacta potu atque pastu, exsultare eam in somno* immoderateque *iactari.*

IMMODERATIO. Sull. 10. *Efferri* immoderatione *verborum.* (*Sich durch übertriebnen Ausdruck zuweit führen lassen.*)

IMMODERATUS. Rosc. Am. 45. *Iupiter — saepe ventis vehementioribus, aut* immoderatis tempestatibus — *hominibus nocuit.* Her. II. 22. *immensae cupiditates infinitae, et* immoderatae *sunt.* Phil. X. 7. immoderata *libertas, infinita hominum licentia.* Cael. 21. immoderata *mulier*, i. e. ut antea dicitur, *summorum facinorum.*

IMMODESTUS. Off. I. 29. *Genus iocandi non profusum, nec* immodestum, *sed ingenuum et facetum esse debet.*

IMMOLARE. N. D. III. 36. Pythagoras Musis Iovem immolasse dicitur. Inv. II. 31. *Lex erat, ne quis Dianae vitulum* immolaret. Fam. VI. 7 *Nemo nostrum est, quin vota victoriae suae fecerit, nemo, quin, etiam quum de alia re* immolaret *tamen eo quidem ipso tempore, ut quam primum Caesar superaretur optavit.* Div. I. 17. *quum pluribus diis* immolatur, *qui tandem evenit ut litetur aliis, aliis non litetur.*

probaret; respondet Cicero: *sed et coacti sunt munire omnes et multorum opera improbata sunt; certe utrumque falsum est, et ob vacationem pretium datum, quum* immunis *nemo fuerit; et ob probationem quum multa improbata fuerint.*

IMMUNITAS. Font. 8. in qua (*Fonteii calamitate*) *illa provincia* (*Gallia*) *prope suam* immunitatem *ac libertatem positam esse arbitratur.* Fam. XII. 1. immunitas *munerum.*

IMMUNITUS. Caecin. 19. *Via* immunita.

IMMUTABILIS. N. D. II. 19. *alterum genus siderum spatiis* immutabilibus *ab ortu ad occasum commeans.* Fat. 7. *omnia vera in praeteritis necessaria sunt — quia sunt* immutabilia *nec in falsum e vero praeterita possunt converti.* Ibid. 12. *Nec si omne enuntiatum aut verum aut falsum est, sequitur illico esse causas* immutabiles *easque aeternas.* Ac. pr. II. 8. *Scientiam — nos non modo* comprehensionem *rerum, sed eam stabilem quoque et* immutabilem *esse censemus.*

IMMUTABILITAS. Fat. 9. *Placet Diodoro — in factis* immutabilitatem *apparere, in futuris quibusdam, quia non appareat, ne inesse quidem videri.*

IMMUTARE. N. D. II. 42. *Vim quandam esse aiunt* (Chaldaei) *signifero in orbe — talem, ut eius orbis unaquaeque pars alia alio modo moveat* immutetque *coelum.* Fam. I. 9. *si quibusdam in sententiis paullum me* immutassem. Ibid. V. 8. *qui et te nonnunquam a me alienarunt, et me* immutarunt. Fam. I. 9. *Conversis rebus et bonorum voluntatibus* immutatis. Flacc. 14. *Crimen videri solet, quum aliquis sumptus instituit eos, qui antea non erant instituti, non quum successor aliquid* immutat *de institutis priorum.* Orat. 63. *verborum ordinem* immutare. Ibid. 27. de metonymia: *Ennius pro Afris* immutat *Africam.*

IMMUTATIO. Brut. 17. Ornari *orationem Graeci putant, si verborum* immutationibus *utantur quos appellant* τρόπους. Orat. II. 65. immutatio *orationis* est ἀλληγορία, ut in hoc exemplo: *ut sementem feceris ita metes.* Orat. 27. *quamquam translatio est apud eum* (Demetrium Phalereum) *multa, tamen* immutationes (*i. e. metonymiae*) *nusquam crebriores.*

IMPAR. Ac. pr. II. 10. *illos qui omnia sic incerta dicunt, ut stellarum numerus par an impar sit, quasi desperatos aliquos relinquamus.* Somn. 5. *sonus*

qui intervallis coniunctus imparibus, *sed tamen pro rata parte ratione distinctis.*

IMPARATUS. Att. VII. 15. *Sumus flagiti se* imparati *tum a militibus tum a pecunia.* Phil. III 1. *breve tempus longum est* imparatis. Mil. 21. *cur igitur virtus est?* (Clodius) *quia quamquam paratus in* imparatos Clodius, *tamen mulier inciderat in viros.*

IMPARTIO. Vid. *Impertio.*

IMPATIBILIS. Fin. II. 17. *Dolorem vos* impatibilem *improbis facitis, bonis tolerabilem.*

IMPEDIMENTUM. 1. id quo al quid impeditur. Orat. I. 61. *Demosthenes* impedimenta *naturae diligentia industriaque superavit.* Rosc. Am. 4. *Commoditati ingenium est* impedimento. 2. Impedimenta sunt in agmine exercitus, vel quovis itinere, sarcinae quae iumentis aut vehiculis, vel milites, vel eos qui in itinere sunt sequuntur, (*die Bagage*). Mil. 10 *obviam fit ei* (Miloni) *Clodius, expeditus, in equo, nulla rheda, nullis* impedimentis — *quum hic — cum uxore veheretur in rheda, paenulatus, magno* impedimento. Att. V. 9. *Patras accedere sine his* impedimentis *non satis visum est decorum.*

IMPEDIRE. Fin. I. 18. *Quod si corporis gravioribus morbis vitae iucunditas* impeditur, *quanto magis animi morbis* impediri *necesse est?* Fam. IX. 19. *me quotidie aliud ex alio* impedit, *sed si me* expediero *ut in ista loca venire possim* etc. Att. XIII. 45. *Tu velim sis, nisi te* impedivisti *apud nos prid. Kal.* Mur. 19. *ab omni delectatione* impedimur *negotiis.* Orat. I. 35. *pudor* impedit *exquirere.* Att. VIII. 25. *Cedendum celeriter est ne forte qua in re* impediar *aut alliger.* Cael. 24. *Haec facta illius — viri mentio et vocem meam fletu debilitavit, et mentem dolore* impedivit. Ibid. 19. *Fieri non potest ut animus — amore, desiderio, cupiditate saepe nimia copia, inopia etiam nonnumquam* impeditus *hoc quicquid est quod nos facimus in dicendo — sustinere possit.* Rab. Post. 9. *Non tam semper stulti, quam sero sapientis est, quum stultitia sua* impeditus *sit, quoquo modo possit, se expedire.*

IMPEDITIO. Div. I. 51. *Viget animus in somnis liberque sensibus ab omni* impeditione *curarum.*

IMPEDITUS. Pis. 1. *Consul renuntiatus* impeditis *reip. temporibus.* Manil. 7. tum quum in Asia res magnas permulti amiserant, scimus Romae solutione

impedita fidem concidisse, (*dafs, weil die Zahlungen stockten, der Credit sank.*).

IMPELLERE. Cluent. 26. *Praecipitantem* impellamus, *et perditum prosternamus.* Her. II. 22. *Avaritia hominem ad quodvis maleficium* impellit. Orat. I. 8. *voluntates* impellere, *quo velit, unde autem velit deducere.* Fam. I. 9. *gravissime me in hanc mentem* impulit *Pompeii fides.* Orat. II. 77. *Ut his locis uti liceat, quibus animorum impetus eorum qui audiant aut* impellantur, *aut reflectantur.* Orat. II. 79. Brut. 5. *Ad veterum annalium memoriam comprehendendam* impulsi *atque incensi sumus* Orat. II. 79. *maxima copia — ex iis locis trahitur, qui ad motus animorum conficiendos inerunt in causa; quos tamen totos in principio explicari non oportebit, sed tantum* impelli *primo iudicem leviter, ut iam inclinato reliqua incumbat oratio*

IMPENDENS. N. D. II 39. impendentium montium altitudines. Att. VIII. 3. *Propter suspicionem huius* impendentis *tempestatis vel ruinae.*

IMPENDĒRE. Penultima longa. 1. Sensu proprio. Tusc. IV. 16. *Miseriae proximus est is, qui appropinquans aliquod malum metuit, exanimatusque pendet animi. Quam vim mali significantes poëtae* impendere *apud inferos saxum Tantalo faciunt.* Tusc. V. 21. (Dionysius) *fulgentem gladium — demitti iussit, ut* impenderet *illius beati* (Damoclis) *cervicibus.* 2. ac rebus malis, quae futura et proxime quidem futura videntur. Fin. I. 18. *Mors, quae quasi saxum Tantalo semper* impendet. Eodem modo dicuntur *impendere* Rosc. Am. 11. *terrores et pericula.* Verr. V. 60. *formidines.* Catil. I. 9. *tempestas invidiae.* Fam. II. 11. *belli magni timor.* Fam. VIII. 14. *magnae discordiae.* Att. II. 22. *ea contentio quae* impendet. Catil. II. 5. *quibus* (Catilinae sociis) *ego confido* impendere fatum *aliquod, et poenas iam diu improbitati, nequitiae, sceleri, libidini debitas aut instare iam plane, aut certe iam appropinquare.* Fam. II. 16. *nulla est acerbitas, quae non omnibus hac orbis terrarum perturbatione* impendere *videatur.* Att. VIII. 11. tanta malorum impendet Ἰλιάς.

IMPENDERE. (penultima brevi) insumere. Verr. IV. 30. *non erunt tam amentes, ut operam, curam, pecuniam* impendant *in eas res, quas vobis gradas fore non arbitrentur.* Ibid III. 98. *ad incertum ca-*

gentium. 3. *Iupiter* imperator. Verr. IV. 58. *tria ferebantur in orbe terrarum signa Iovis* imperatoris *uno in genere pulcherrime facta.* Vid. *Iupiter* in Ind. histor.

IMPERATORIUS. Fam. XI. 4. *Nomen imperatorium*, est titulus imperatoris ab exercitu duci concessus. Verr. III. 80. *quae porro praefatio tunc donationis fuit; illa scilicet vetus atque* imperatoria? (i. e. aliis imperatoribus usitata): QUANDO TU QUIDEM IN PROELIO IN BELLO, IN RE MILITARI etc. Orat. III. 3. *M. Antonii in his ipsis nostris — quae censor* imperatoriis *manubiis ornarat positum caput fuit.* Balb. 21. imperatorius *ardor oculorum* Verr. I. 21. *P. Servilius quae signa atque ornamenta hostium vi et virtute capta belli lege atque* imperatorio iure *sustulit, ea populo Rom. apportavit.*

IMPERATRIX. Cael. 28. *Praegestit animus iam videre — fortes viros ab* imperatrice (sic per irrisionem appellatur Clodia) *in insidiis atque in praesidio balnearum locatos.*

IMPERFECTUS. Fam. IX. 9. *Quidam homines in capite meo solum elaboraverunt, reliquum corpus* imperfectum *ac rude reliquerunt*, i. e. ut ab exsilio revocarer elaborarunt, de dignitate et fortunis mihi restituendis parum solliciti.

IMPERIOSUS. 1. Qui imperium tenet. Orat. 34. imperiosi *populi.* 2. Qui nimium sibi arrogat. Fin. II. 32. *res se sic habet ut nimis* imperiosi *philosophi sit vetare meminisse*, de Epicuro, qui praescripserat mala meminisse non oportere. 3. *Imperiosus* fuit cognomen T. Manlii Torquati qui cos. fuit cum Cn. Octavio. Fin. II. 19. ob severitatem in filium. Ibid. c. 7.

IMPERITE. Phil. II. 32. Esto, hoc imperite. Balb. 11. imperitissime dictum.

IMPERITUS. Rosc. Am. 49. *homo* imperitus *morum* (*der die Welt nicht kennt*) *agricola et rusticus.* Flacc. 7. *in theatro* (Athenis) imperiti *homines rerum omnium rudes ignarique consederant.* Her. IV. 10. *adolescens* imperitus *conviciorum.*

IMPERIUM. 1. Manil. 4. *de imperio dimicare:* dicitur, quum bellum est non de aliqua regionis parte, sed uter alteri pareat, serviat. 2. Verr. II. 51. imperium *iudiciorum*, de Hortensio. v. *Dominari et Regnum.* 3. *Imperii*, quod *magistratuum* est, duas formas facio. Altera est civilis et quasi togati; quod est magistratuum

urbanorum, et omnium provincialium, et alio nomine *potestas* dicitur, habetque prehensionem, animadversionem, coërcitionem, in provincia etiam ius securium, s. ut sub Caesaribus appellatum est, gladii, atque alia multa, quae ratio magistratus postulat; unde dicuntur hi magistratus esse *in imperio*. Quinto fratri Ciceronis L. I. ep. 1. 6. 8. extr. 10. 12. 13. etc. tribuitur *summum imperium*, quum rei militaris potestatem non habuerit. Nam ibid. §. 7. Asiae administrationem totam iurisdictione maxime sustineri dicit. Alterum genus est *militare*, quod habent ii, quibus potestas belli gerendi data est Hoc *imperium*, qui habent, dicuntur esse *cum imperio*. Fam. I. 1. Huiusmodi est Verr. III. 91. *infinitum imperium Antonii*, et *imperium Lentuli*. Fam. I. 7. etc. Hinc fit, ut interdum *imperia* et *magistratus* opponantur. De discrimine formularum in imperio, v. Sigon. A. I. Pr. III. 14. Neque tamen id est perpetuum, ut iam vidit Gruchius, qui omnes magistratus provinciales *cum imperio* esse defendebat. Nam ad Q. Fr. I. 1. 10. de Quinto; *quoniam in istis urbibus cum* summo imperio et *potestate versaris*. Sic etiam reperias *in imperio*, pro *cum imperio*, Att. XIV. 15. vid. Burm. ad Suet. Caes. 25. ubi tamen dicitur cum respectu ad provinciam. Locus clarus est Act. I. in Verr. 13. ubi consul Romae dicitur esse *cum summo imperio et potestate*. *In imperio* tamen hactenus differt a *cum imperio*, ut in eo sit respectus ad honorem, sitque pro magistratu. Apud Suetonium *in imperio* non semel sic occurrit. De utroque genere imperii lege Sigon. Ant. I. Prov. L. II. 5. 6. III. 5. 7. sq. Manut. ad Cic. Ep. ad Fam. I. 1—4. Verr. I. 23. in nonnullis edd. tamquam Aldina, sic legitur: *legationis nomine* cum imperio et securibus *mercator signorum tabularumque missus est*. (et memoratur Verris legati lictor. c. 28. extr. et 31.). Graevius ad Prov. Cons. 3. oblitus in sua editione haec verba non esse, ibi improprie vocem imperii accipi dicit, pro potestate quadam extraordinaria, quam ipsi Dolabella dederat, ut tanta eius esset ubique, quanta ipsius Praetoris auctoritas. Mihi videtur illud cum imperio ac securibus ex IV 5. repetitum esse, ubi de Verre: *o praeclaram defensionem! mercatorem* cum imperio ac *securibus in provinciam misimus*. Nisi forte Cicero invidiose et accusatorie rem augere voluit. *Ernesti*. 5. Aliud est. Caecin. 18. Imperium *domesticum in servos*. 6. De-

nique *imperium* est *populi Romani*, ut Font. 1. *Galli sub populi Romani* imperium *ditionemque ceciderunt.*

IMPERO. 1. De imperio in gentes. Manil 19. *omnibus gentibus ac nationibus terra marique* imperare. 2. De imperio magistratuum et imperatorum. Leg. III. 2. *Neque solum iis* (magistratibus) *praescribendus est* imperandi, *sed etiam civibus obtemperandi modus.* Leg. III. 3. *quod is qui bellum geret* imperasset, *ius ratumque esto.* Flacc. 13. *Praetor in Asia remiges* imperabat. Caecil. 10. *quum frumentum sibi in cellam* imperavisset. 3. De imperio domestico. Rosc. Am. 21. *nonnunquam puerum vocabat, credo cui cenam* imperaret. 4. De animi imperio. Lael. 22. *cupiditatibus quibus ceteri serviunt* imperare.

IMPERTIRE, s. IMPARTIRE. Orat. II. 4. *Exorabo te, ut mihi quoque tuae suavitatis aliquid* impertias. Rosc. Am. 5. te rogo ut *qualem te antea populo Romano praebuisti, talem te nobis hoc tempore* impertias. Sull. 3. *Oneris mei partem nemini* impertio, *gloriae bonis omnibus.* Att. II. 18. *Huic multa signa benivolentiae a nobis* impertiuntur.

IMPERTIRI. Depon. Manil. *Lucullo tantum* impertior *laudis quantum viro forti debetur.* Arch. 3. *multis gratuito civitatem in Graecia homines* impertiebantur.

IMPETRARE. Sensu proprio. Fam. V. 12. *Neque fas esse arbitror quidquam me rogantem abs te non* impetrare. 2. Div. I. 2. *Magna vis videtur esse* impetrandis *consulendisque rebus.* Est verbum augurale idemque significat quod *impetrire.*

IMPETRATIO. Att. XI. 22. impetrationes *nostras* nihil *valere.*

IMPETRIRE. Div. I. 16. *Avibus magnae res* impetriri *solebant.* Ibid. II. 15. *qui evenit, ut qui* impetrire *velit convenientem hostium rebus suis ducat.* Est autem *impetrire* auspiciis, extis, consulere deos, an quod in manibus habemus felicem successum sit habiturum nec ne, unde quod aves admittunt, exta felicia suadent, id *impetritum* dicitur. Vid. Manut. ad Fam. I. 16. et Hofmann Obs. IV. 3. VI. 11. quem iam laudavit Davisius. E loco autem Ciceronis posteriori patet falsum esse, quod Scaliger ad Festum putabat, *impetrire* dici tantum de auspiciis, de extis autem *lita-*

re. Saepius tamen de auspiciis occurrit, ut Plant. Asinar. II. 1. 11. Plin. H. N. II. 13. Cid. Harduin. ad Plin. XXVII. s. 5. *Ernesti.*

IMPETUS. 1. Sensu proprio. Caecin. 15. *Incursio atque* impetus *armatorum.* Ibid. 8. impetum *armati Antiochi ceterorumque tela atque incursus refugit.* Sext. 10. *ita est ut si gladium parvo puero aut si imbecillo seni aut debili dederis, ipse* impetu *suo nemini noceat.* Manil. 1. impetus *hostium eius adventu repressi ac retardati.* Font. 12. *orandus erit Plaetorius ut suos novos elientes (Allobroges) a bello faciendo deterreat, ut eorum iratos animos atque horribiles* impetus *deprecetur.* Fam. IV. 7. impetum *praedonum in tuas fortunas fieri nolo.* Att. VIII. 3. impetus *illius erit in nos fortunasque nostras acrior, quam ceterorum.* Harusp. 1. *omnem* impetum *gladiatoris ferociamque compressi.* 2. De animalium instinctu. Off. II. 3. *animalia quae habent suos* impetus *et rerum appetitus.* 3. Inprimis animi humani *appetitio, praesertim vehementior.* Off. I. 15. (de beneficiis) *multi faciunt multa temeritate quadam — in omnes repentino quodam quasi vento* impetu animi *incitati.* Inv. II. 5. *animus ita videtur affectus fuisse, ut rem perspicere cum consilio et cura non potuerit, et id, quod fecit,* impetu *quodam* animi *potius quam cogitatione fecerit.* Orat. I. 77. *loci quibus* animorum impetus *eorum, qui audiunt aut impellantur, aut reflectantur.* Caecil. 11. *animos alicuius et* impetus *retardare.* Inv. II. 54. *temperantia est rationis in libidinem atque in alios non rectos* impetus animi *firma et moderata dominatio.* 4. In oratione *impetus* dicitur vehementior contentio. Orat. 68. *tantum abest ut — enervetur oratio compositione verborum, ut aliter in ea nec* impetus *ullus nec vis esse possit.* Deiot. 2. *ad te unum* (Caesarem) *omnis mea spectat oratio. Quae mihi ad spem obtinendae veritatis gravissima sunt, ad motum animi et ad omnem* impetum dicendi *contentionemque leviora.* 5. *Afflatus divinus.* Div. I. 49. Rarum est genus eorum qui — ad divinarum rerum cognitionem cura omni studioque rapiantur. *Horum sunt auguria non* divini impetus (*aus göttlicher Eingebung*) *sed rationis humanae.* 6. „Poetae veteres hoc verbo in periphrasi utuntur. Accius Div. I. 22. *nocturno impetu pro noctu.* Tusc. II. 8. *biformato* impetu *centaurus*, pro *biformatus, bicorpor.* Est tamen etiam in prosa. N. D. II. 38. impetum

caeli moveri vertique, pro *caelum*. Saepe ita est apud Lucretium vid. Ind. Gifanii in h. v." *Ern.*

IMPIE. N. D. II. 16. *Restat ut motus astrorum sit voluntarius. Quae qui videat, non indocte solum, sed etiam* impie *faciat si deos esse neget.*

IMPIETAS. Fin. IV. 24. *Nihil est quod tam miseros faciat, quam* impietas *et scelus.* Lael. 12. impietatis *duces.* Utroque loco impietas est animus in patriam iniuriosus.

IMPIGER. Verr. V. 10. *Is se patientem atque* impigrum *praebebat.* Font. 15. *vir ad labores belli* impiger, *ad pericula fortis.* Fam. II. 1. *quis est tam in scribendo* impiger *atque ego.*

IMPIGRITAS. Hoc vocabulo usus est Cic. in III. de rep. libro teste Nonio 2, 434.

IMPINGERE. 1. Sensu proprio, *infigere.* Phil. I. 2. *uncus* impactus *est fugitivo illi, qui in C. Marii nomen invaserat* h. e. occisus est et unco infixo per vias in Gemonias scalas tractus et in Tiberim deiectus est. 2. *Infligere.* Fam. VIII. 8. *quid? si filius meus fustem mihi* impingere *volet.* - 3. Offerre. Tusc. III. 19. *quid? huic calix mulsi* impingendus *est, ut plorare desinat?* 4. Obtrudere. Att. VI. 1. *atque hoc tempore* impingit *mihi epistolam Scaptius* (*rückt mir mit einem Briefe auf den Leib.*).

IMPIUS. 1. in deos. Div. I. 4. *Est periculum ne aut neglectis iis* (auspiciis rebusque divinis) impia *fraude, aut susceptis iis anili superstitione obligemur.* 2. In parentes. Rosc. Am. 24. *suae malae cogitationes conscientiaeque animi terrent. Hae sunt* impiis *assiduae domesticaeque furiae, quae dies noctesque parentum poenas a consceleratissimis filiis repetunt.* 3. In propinquos alios. Quint. 6. *Si veritate amicitia, fide societas, pietate propinquitas colitur: necesse est, iste, qui amicum, socium, affinem, fama ac fortunis spoliare conatus est, vanum se et perfidiosum, et* impium *esse fateatur.* 4. In patriam. Phil. VI. 6. impii *cives.* Pis. 20. ubi Piso et Gabinius propter impietatem in patriam dicuntur in furorem et insaniam incidisse: *Sua quemque fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate ac mente deturbat. Hae sunt* impiorum *furiae, hae flammae, hae faces.* Et cap. 21. Gabinius dicitur *poenas* patriae *diisque immortalibus furore atque insania pendere.*

tione supplicii implicatus. *Ern.* 4. *Irretitus.* Harusp. 4. implicatus *exspectatione supplicii.* 5. Constrictus. Ac. Post. I. 3. *dum me reip. procuratio multis officiis constrictum et* implicatum *tenebat.* N. D. I. 19. *deus nullis occupationibus est* implicatus. Ibid. I. 20. *nae ille est* implicatus *molestis operosisque negotiis.* 6. Contextus. Orat. 56. *necesse est id non literarum accidere natura, sed intervallorum longorum et brevium varietate, quibus* implicata *atque permixta oratio — tum stabilis est tum volubilis.*

IMPLICITE. Inv. II. 23. *Non* implicite *et abscondite, sed patentius et expeditius.*

IMPLORARE. Verr. V. 72. *Deos omnes* imploro *atque obtestor* Milon. 31. *Vos Albani* tumuli *atque luci, vos* imploro *atque testor.* Pis. 12. implorare *praesidium alicuius.* Milon. *misericordiam.* Verr. I. 3. *iura libertatis et civitatis.*

IMPLUVIUM. Verr. I. 23. *signa, quae nunc ad* impluvium *tuum stant.* Ibid. 56. *columnas singulas ad* impluvium *esse locatas* etc. Est locus *subdivalis* in mediis aedibus, (unde Verr. I. 19 et 23. *impluvium* et *mediae aedes* permutantur.) in quem aqua de tectis confluit: Gr. *μεσαύλιον*, ubi Dii penates colebantur more Graeco, de quo in *Lar.* Id cum ignorarent interpretes Suetonii, mire se torserunt in *compluvio penatium* in Aug. 92. Impluvium, ex locis citatis patet, primo porticibus cinctum fuisse in aedibus beatiorum: cf. Virgil. Aen. II. 526 sqq. deinde statuas ibi positas ornatus causa. Ex quo lucem capit locus Quintil. XI. 2. *primum locum vestibulo quasi assignant, secundum atrio, tum* impluvia *circumeunt, nec cubiculis modo aut exedris, sed statuis etiam similibusque per ordinem committunt.* *Statuis* mihi rectius videtur, quam lectio *stratis*, a Burmanno et Gessnero recepta. Statuae s. signa in ornamentis aedium sunt etiam. Nat. N. II. 37. Verr. I. 19. *Signa, quae apud te nuper ad omnes columnas, omnibus etiam intercolumniis, in silva denique disposita sub divo vidimus.* Viden' statuas inter columnas porticuum et supra, e Verr. I. 56. columnas ad impluvium memorari? *Ern.*

IMPOLITE. Orat. I. 49. Tibi senatus breviter impoliteque dicendit est assensus.

IMPOLITUS. Prov. C. 14. impolitae res et acerbae. v. acerbus. *Inscitus.* Orat. II. 31. *quam sit hoc*

genus eorum, qui sibi eruditi videntur, hebes atque impolitum. 3. Parum ornatus. Orat. II. 14. *Timaeus ipsa compositione verborum non* impolitus.

IMPONERE. 1. Sensu proprio. Att. I. 8. *Si Lentuli navis non erit, quo tibi placebit* imponito. Verr. IV. 10. *per istos quae volebat, in navem clam* imponenda, *occulte exportanda curabat.* Fam. XII. 14. *naves onerariae — in quas exercitus eius* imponi *posset.* Fam. V. 12. *coronas* imposuerunt *victoribus.* Univ. 12. *ita quasi in currum universitatis* imposuit. 2. Iniungere. N. D. I. 20. imposuistis *in cervicibus nostris sempiternum dominium.* Rull. II. 18. *vos mihi personam hanc* imposuistis. Fam. VI. 7. *nisi forte aut in miseria nimis stulte, aut in amicitia nimis imprudenter tibi onus* impono. Muren. 18. *numquam iste plus militi laboris* imposuit, *quam sibi sumpsit.* Att. IV. 5. *ego mihi necessitatem* imponere *nolui, novae huius coniunctionis.* Orat. I. 61. *nimis duras leges* imponere *visus es huic aetati.* 3. Implicare. Fam. VIII. 17. *cuius amicitia me in hanc perditam causam* imposuit. 4. Imperare. Att. XV. 10. *frumentum* imponere. Rull. I. 4. *agris publicis pergrande vectigal* imponere. Q. Fr. III. 1. imponere *servitutem fundo.* 5. Inferre. Verr. IV. 9. *quibus tu privatim iniurias plurimas contumeliasque* imposuisti. Fin. IV. 24. imponere *vulnera reip.* Sext. 19. imponere *plagam mortiferam alicui.* 6. Attribuere. Acad. fr. *quibus rebus haec nomina* imponam. Att. X. 12. *partes has mihi Caesar* imposuit. 7. Praeficere. Planc. 25. *sin autem eminus quem villicum* imponeremus, *quem pecori praeficeremus, nihil in eo nisi frugalitatem laborem, vigilantiam esse curamus.* 8. Decipere. Q. Fr. II. 5. *Catoni egregie* imposuit *Milo noster.* 9. Per fraudem supponere. Caecin. 25. *fictus testis subornari solet et* imponi *falsae tabulae.*

IMPORTARE. 1. Proprie de mercibus quae invehuntur. Unde transfertur ad ornamenta dicendi. Orat. II. 12. *modo enim huc ista sunt* importata. 2. Inferre. Sext. 69. importare calamitatem alicui. Fam. XVI. 21. suspicionem. Fin. I. 51. sollicitudines. Tusc. V. 10. *mala casus* importat. Ibid. IV. 15. *perturbationes* important *aegritudines anxias atque acerbas.* Orat. I. 9. *plura detrimenta publicis rebus quam adiumenta per homines eloquentissimos* importata. Deiot. 15. *hodierno die sententia tua, aut cum summo dedecore pestem*

im-

portatura *est regibus, aut incolumem famam cum salute.* Off. II. 6. *per eos si quid nobis* importetur *incommodi propulsemus.*

IMPORTUNE. Acad. pr. II. 25. *hoc est — confidere suis testibus et* importune *insistere*, i. e. iusto audacius.

IMPORTUNITAS. 1. Est hominis morosi ac difficilis. Sen. 3. *moderati et nec difficiles, nec inhumani senes tolerabilem agunt senectutem.* Importunitas *autem et inhumanitas omni aetati molesta est.* 2. Est hominis propter immanitatem animi et scelerum odiosi. Cluent. 61. *quem propter animi* importunitatem *nemo recipere tecto, nemo adire, nemo alloqui, nemo respicere vellet.* Verr. II. 30. iste *quamquam est incredibili* importunitate (*Frechheit*) *et audacia tamen subito solus destitutus est.* Pison. 9. Clodius dicitur: *animal — ex omnium scelerum* importunitate *et flagitiorum impunitate concretum.* Orat. I. 53 *quamvis scelerati illi fuissent, sicuti fuerunt, pestiferi cives, supplicioque digni, tamen omnem eorum* importunitatem *ex intimis mentibus evellisset vis orationis tuae.*

IMPORTUNUS. 1. Incommodus, de loco aut tempore. Orat. II. 5. *num tandem aut locus hic non idoneus videtur — aut* importunum *tempus in tanto otio — ?* Brut. 97. *cursum ingenii tui premit haec* importuna *clades civitatis.* 2. Homo dicitur importunus, quem ob scelerum et naturae immanitatem omnes oderunt ac fugiunt. Catil. VI. 5, Cluent. 5.

IMPOTENS. 1. Infirmus, nulla potentia praeditus. Muren. 38. *valeant haec omnia ad salutem innocentium, ad opem* impotentium. Fin. I. 16. *neque homini infanti atque* impotenti *iniuste facta conducunt, qui nec facile efficere possit, quae conetur, nec obtinere si effecerit.* 2. Qui abutitur potentia, effrenatus, superbus, ferox. Fam. X. 27. *sin ista pax perditum hominem in possessionem* impotentissimi *dominatus restitutura est.* Fam. IV. 4. *victoria, quae etiamsi ad meliores venit, tamen eos ferociores* impotentioresque *reddit.* Phil. V. 8. *effrenatio* impotentis *animi.* Ibid. 9. *venit in provinciam firmissimorum et fortissimorum civium, qui illum ne si ita quidem venisset, ut nullum bellum inferret, ferre potuissent,* impotentem, *iracundum, contumeliosum, superbum, semper poscentem, semper rapien-*

tem, semper ebrium. Part. 35. *aut nullos animi motus; aut non tam* impotentes *fuisse.*

IMPOTENTIA. Tusc. IV. 15. *Perturbationes animi — inflammant appetitione nimia, quum tum cupiditatem, tum libidinem dicimus,* impotentiam *quandam (Ausgelassenheit), animi a temperantia et moderatione plurimum dissidentem.* Tusc. IV. 23. an *est quidquam similius insaniae, quam ira? — Color, vox, oculi, spiritus,* impotentia *dictorum atque factorum, quam partem habent sanitatis?*

IMPRESSIO. 1. Violenta incursio. Fam. V. 2. *non iudicio, neque disceptatione, sed vi et* impressione *evertere aliquem.* Flacc. 31. non impressio, *non occasio non vis — ad iniuriam faciendam Flacci animum impulit.* 2. De visis animo impressis. Ac. pr. II. 18. *soletis dicere, quum visa in animos imprimantur, non vos id dicere, inter ipsas* impressiones (*Eindrücke*) *nihil interesse, sed inter species et quasdam formas eorum.* 3. De pronuntiatione. Ac. Post. I. 5. *in pedibus celeritatem (ponebant) vim in manibus, claritatem in voce, in lingua etiam explanatam vocum* impressionem (*einen deutlichen Ausdruck der Laute*). 4. In numero oratorio *impressiones* dicuntur, quae alias *percussiones*, (*Tactabschnitte*). Or. III. 48. *numerosum est id in omnibus sonis atque vocibus, quod habet quasdam* impressiones *et quod metiri possumus intervallis aequalibus.*

IMPRESSUS. 1. Sensu proprio. Div. II. 23. *sulcus altius* impressus. Ac. pr. II. 17. *signa in annulis* impressa. Orat. 2. *illa sunt curricula — in quibus Plutonis primum sunt* impressa *vestigia.* 2. Metaphorice. Att. II. 21. *orbis reip. sic est conversus ut vix* impressam *orbitam possemus videre.* Milon. 27. *memoria publica recensionis, tabulis publicis* impressa. Acad. pr. II. 11. *conantur ostendere esse aliquid perspicui, verum illud quidem* impressum *in animo atque mente.* Orat. II. 45. *omnes motus in ipso oratore* impressi *atque inusti.* Fam. V. 20. *quae [illegible] viderem tot vestigiis* impressa.

IMPRIMERE. 1. Sensu proprio. Div. I. 13. *Sus rostro si humi A literam* impresserit. Caecin. 27. *statueritis — nisi ex eo loco, ubi vestigium* impresserit, *deiici neminem posse.* Ac. pr. II. 26. *quid si in eiusdemmodi cera centum sigilla hoc annulo* impressero? Tusc. I. 25. *an* imprimi *quasi ceram animum putamus.* Part. 7. *ut literatura constat ex notis literarum, et ex eo, in quo*

imprimuntur *illae notae, sic confectio memoriae tanquam cera locis utitur, et in his imagines ut literas collocat.* 2. Metaphorice. Leg. I. 10. *quae in animis* imprimuntur *inchoatae intelligentiae.* Acad. pr. II. 7. *quo e genere nobis notitiae rerum* imprimuntur. Phil. V. 5. imprimitur *duplex reip. dedecus horum iudicum lectione.*

IMPROBABILIS. Off. II. 2. *nos, ut ceteri alia certa, alia incerta esse dicunt, sic ab his dissentientes alia probabilia, contra alia* improbabilia *esse dicimus.*

IMPROBARE. 1. *Etwas als untauglich oder nicht gut genug verwerfen.* Verr. III. 76. *ego frumentum neque attigi, neque aspexi; mancipibus potestatem probandi* improbandique *permisi.* Ibid. 74. *tu civitatum Siciliae vulgo omne frumentum* improbas. Font. 4. obiectum est quaestum Fonteium ex viarum munitione fecisse, — *falsum est ob probationem pretium datum, quum multa* improbata *sint.* 2. Omnino est reiicere, non approbare. Acad. pr. II 30. *hoc negas te posse nec approbare, nec* improbare. Orat. II. 37. *ego ista studia non* improbo, *moderata modo sint.* Off. I. 42. *primum* improbantur *ii quaestus, quae in odia hominum incurrunt.* Div. I. 33. *haec* improbantur *a Peripateticis, a Stoicis defenduntur.* Inv. II. 10. *vitam eius, quem arguit, ex ante factis accusator* improbare (i. e. improbam demonstrare) *debebit.*

IMPROBATIO. 1. Verr. III. 74. *dubiumne est, quin ista omnis* improbatio (frumenti) *cogendae pecuniae causa nata sit.* Her. II. 6. *haec et ad* improbationem, *et ad approbationem testium pertinebunt.* Inv. II. 10. *accusatoris erit* improbatione *hominis uti*, h. e. demonstrare eius vitam ante actam variis vitiis affinem fuisse.

IMPROBE. Rosc. Am. 36. *multa scelerate, multa audaciter, multa* improbe *fecisti.* Off. II. 22. *si plures sunt ii, quibus* improbe *datum est, quam illi, quibus iniuste ademptum est.* Att. XVI. 14. improbissime *aliquem tractare.*

IMPROBITAS. 1. De hominibus Q. Fr. I. 1. *quum alicuius* improbitas *perversitasque commoverit.* Att. I. 13 *non ita, ut sperarant mali, tanto imposito reip. vulnere, alacris exsultat* improbitas *in victoria* (scil. Clodio absoluto). Quint. 27. improbitatem (Unred-

IMPRUDENTER. Ac. pr. I. 6. *illud* imprudenter, *si alios esse Academicos, qui tum appellarentur, alios Peripateticos arbitrantur.*

IMPRUDENTIA, inscitia s. inscientia. Orat 56. *Versus in oratione saepe* per imprudentiam (*unvermerkt, aus Versehen*) dicimus. Gabin. fr. *Officium praetermissum* imprudentiae *vel negligentiae excusatione defenditur.* Orat. III. 39. *Nonnumquam brevitas translatione conficitur; ut illud: „Si telum manu fugit."* Imprudentia *teli emissi brevius propriis verbis exponi non potuit, quam est uno significata translato.* Inv. I. 27. imprudentia *in purgationem confertur, cuius partes sunt, inscitia, casus, necessitas.*

IMPUBER. Catil. IV. 6. *filium* impuberem *necatum* esse dixit.

IMPUDENS. Verr. II. 78. *Nemo ita in manifesto peccatu tenebatur, ut quum* impudens *fuisset in facto, tum* impudentior *videretur si negaret.* Fam. V. 12. *qui verecundiae fines semel transierit, eum bene et naviter oportet esse* impudentem. Fragm. ep. impudentissimum *nomen.*

IMPUDENTER. Fam. V. 12, impudenter *facit.* Verr. II. 54. *quidvis facere — quamvis callide, quamvis audacter, quamvis* impudenter. Flacc. 13. impudenter *mentiri.*

IMPUDENTIA Orat. I. 38. *volitare in foro — iudicia privata magnarum rerum obire — quum omnino quid tuum, quid alienum, quare denique civis aut peregrinus, servus aut liber quispiam sit, ignoret, insignis est* impudentiae. Orat. 71. *Tu autem velim — putes — dum tibi roganti voluerim obsequi, verecundia negandi, scribendi me* impudentiam *suscepisse.* Flacc. 15. *quod unus Asclepiades, fortuna egens, vita turpis, —* impudentia *atque audacia fretus sine tabulis, sine auctore iecerit, id nos quasi crimen aut testimonium pertimescamus?*

IMPUDICUS. Catil. II. 5. *complexi mulieres* impudicas. Ibid. 10. *in his gregibus — omnes adulteri, omnes impuri* impudicique *versantur.*

IMPUGNARE. Quint. 2. *ita fit, ut — illis — id tempus* impugnandi (i. e. in iudicio contra nos dicendi) *detur, quum vitandi illorum impetus potestas adempta nobis erit.*

IMPULSIO. 1. Eindruck. Univ. 5. *Omnis coagmentatio corporis vel calore, vel frigore, vel aliqua* impulsione *vehementi labefactatur.* 2. A rhetoribus in coniecturali constitutione, ubi unus locorum e quibus coniectura capi potest est causa, haec ipsa causa distribuitur in impulsionem et ratiocinationem. Inv. II. 5. Impulsio (*ein leidenschaftlicher Antrieb*) *est, quae sine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur, ut amor — et omnino omnia, in quibus animus ita videtur affectus fuisse, ut rem perspicere cum consilio et cura non potuerit, et, id quod fecit, impetu quodam animi potius quam cogitati ne fecerit.*

IMPULSOR. Vatin. 10 *auctores et* impulsores *et socios habuisse sceleris.* Att. XVI. 7. *quamvis non fueris suasor et* impulsor *profectionis meae, approbator certe fuisti.*

IMPULSUS. 1. De corporibus. N. D. II. 11. *ardor non alieno* impulsu, *sed sua sponte movetur.* Somn. 5. *sonus — qui —* impulsu *et motu ipsorum orbium conficitur.* Caecin. 15. *non solum* impulsu *scutorum, neque conflictu corporum — sed saepe clamore ipso militum — magnas copias pulsas esse et vidimus et audivimus.* 2. De animo. Orat. III. 22. *de oratore vestro* impulsu *loquor.* Rosc. Am. 37. *ipsos certo scio non negare ad haec bona Chrysogonum accessisse* impulsu *tuo.* Inv. II. 6. *qui simili* impulsu *aliquid commiserint.*

IMPUNE. 1. Sine poena. Inv. II. 11. *potestas* impune *aliquid faciendi.* Phil. I. 14. *qui non modo* impune, *sed etiam cum summa interfectoris gloria interfici possit.* Deiot. 11. *ubi id quod intus est, atque nostrum* impune *evolare potest contraque nos pugnare* (i. e. ubi servi nostri corrumpuntur, ut contra dominos impune testari possint) *fit in dominatu servitus, in servitute dominatus.* 2. Tuto. Div. II. 27. *haec in bello plura et maiora videntur timentibus; eadem non tam animadvertuntur in pace. Accedit illud etiam, quod in metu et periculo quum creduntur facilius, tum finguntur* impunius. Orat. III. 47. *in quo* (numero heroo) impune *progredi licet duo duntaxat pedes aut paullo plus.*

IMPUNITAS. 1. Sensu proprio. Tusc. IV. 20. impunitas *peccatorum.* Pison. 9. flagitiorum. Phil. I. 11. gladiorum. Milon. 16. *quis ignorat maximam illecebram esse peccandi* impunitatis *spem?* Rab. Post. 10. *quorum* impunitas *fuit non modo a iudicio, sed etiam a sermo-*

ne h. e. non solum non a iudicibus puniti, sed ne sermonibus quidem reprehensi sunt. 2. Licentia. N. D. I. 59. *tanta est* impunitas *garriendi. At quam licenter!* Brut. 91. *nimis redundantes nos et superfluentes iuvenili quadam dicendi* impunitate *et licentia.*

IMPUNITUS. Caecil. 16. *iniuriae* impunitae *atque inultae.* Catil. I. 7. tibi *vexatio direptioque sociorum* impunita *fuit ac libera.* 2. Tutus. Orat. I. 52. *virtus, quae et sola libera est, quaeque etiamsi corpora capta sint armis, aut constricta vinculis, tamen suum ius atque omnium rerum* impunitam *libertatem tenere debeat.*

IMPURE. Fin. III. 11. *quis animo aequo videt eum, quem* impure *ac flagitiose putet vivere?* Div. I. 29. *multa facere* impure *atque tetre cum temeritate et impudentia.* Phil. II. 21. — *accipite nunc — non ea, quae ipse in se atque in domesticum dedecus* impure *et intemperanter, sed quae — in universam remp. impie ac nefarie fecerit.*

IMPURITAS. De vitiis turpibus. Phil. II. 3. *quum omnes* impuritates *pudica in domo quotidie susciperes vino lustrisque confectus.*

IMPURUS. Catil. II. 10. *in his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes* impuri *impudicique versantur.* Rosc. Com. 7. *Ballionem illum improbissimum et periurissimum lenonem quum agit* (in scena Roscius) *agit Chaeream. Persona illa lutulenta,* impura, *invisa, in huius moribus, natura, vitaque est expressa.* Phil. III. 14. *libidinosis, petulantibus,* impuris, *impudicis, aleatoribus, ebriis servire, ea est summa miseria.*

IMUS. Rosc. Com. 7. *ab* imis *unguibus usque ad verticem summum (si quam coniecturam affert hominibus tacita corporis figura) ex fraude, fallaciis, mendaciis constare totus videtur.* Her. III. 14. *ab* imis *faucibus.* Ibid. 18. *si in ordine stantes notos complures viderimus nihil nostra intersit, utrum a summo, an ab* imo, *an ab medio nomina eorum dicere incipiamus.*

IN praepositio. I. Cum accusativo. 1. notat locum ad quem aliquid refertur. Phil. II. 13. in huius *me tu consilii societatem tamquam* in equum *Troianum cum principibus includis?* Q. Fr. I. 2. *Plato quidam Sardianus* (Licinium fugitivum) *comprehendit, et* in custodiam *Ephesi tradidit; sed* in publicam *an* in pistrinum *non satis ex literis eius intelligere potuimus.* Glor.

ut Quint. 5. Verr. I. 16. Quint. 30. Caecil. 20. Fam. XII. 15

INAEDIFICARE. Harusp. 14. *sacellum in domo* inaedificatum.

INAEQUABILIS. Part. 4. *haec* inaequabili *varietate distinguimus.* Sed h. l. alii legunt *inaequali* varietate.

INAESTIMABILIS. Fin. III. 6. *inaestimabile* (ἀποπροηγμένον) est contrarium eius, quod ex Stoicorum disciplina *aestimabile* dicitur. Vid. h. v.

INAMBULARE. Orat. II. 3. in porticu. Leg. I. 5 in viridi opacaque ripa. Att. VI. 2. inambulabam domi.

INANIMATUS. Top. 18. *Animata* inanimatis anteponuntur.

INANIMUS, Acad. pr. II. 12. *quum inter* inanimum et animal *hoc maxime intersit, quod* inanimum *nihil agit, animal agit aliquid.* Tusc. I. 23. inanimum *est omne quod pulsu agitatur externo, quod autem est animal, id motu cietur interiore et suo.* Div. II. 47. *si ad rem pertinet, quo modo caelo affecto compositisque sideribus quodque animal oriatur, valeat id necesse est etiam in rebus* inanimis, *quo quid dici potest absurdius?*

INANIS. 1. Proprie de vacuo spatio. Fat. 11. *quum vas* inane *dicimus, non ita loquimur ut physici, quibus* inane *esse nihil placet, sed ita ut, verbi causa, sine aqua, sine vino, sine oleo vas esse dicamus.* Fam. XVI. 26. *lagenae* inanes Acad. pr. II. 40. *tune* inane *quidquam putes esse, quum ita compléta et conferta sint omnia, ut et quod movebitur corporum cedat, et qua quodque cesserit aliud illico subsequatur.* Verr. II. 66. *equus* inanis, a quo statua hominis deiecta est. Catil. I. 7. *omnes consulares — simul atque assedisti partem istam subselliorum nudam atque* inanem *reliquerunt.* 2. *Inanis* dicitur, qui frustratur eo, quod se ablaturum speraverat. Att. XIV. 3. *structores ad frumentum profecti* inanes *redierunt.* Verr. II. 9. *vicerunt Agyrinenses fratres ita, ut egentes* inanesque *discederent.* Off. III. 2. *Suscepisti onus praeterea grave et Athenarum et Cratippi ad quos quum tamquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus,* inanem *redire turpissimum est.* 3. Fam. VI. 22. Inanes *literae* vel Att. VIII. 22. inanes *epistolae* sunt, quae carent argumento, in quibus nihil

est, quod lectu dignum sit. Att. II. 8. *nulla abs te per hos dies epistola* inanis *aliqua re utili et suavi venerat.* Eodem modo dicuntur *voces inanes*, Tusc. III. 18. quibus nullus subest sensus. Tusc. V. 41. *quod honestum nos et laudabile esse dicimus, id illi cassum quiddam et* inani *vocis sono decoratum esse dicunt.* Acad. pr. II. 22. *honesti* inane *nomen esse.* 4. Inanis alicuius rei est i. q. expers, vacuus. Orat. I. 9. *deinceps omnia plena consiliorum,* inania *verborum videmus.* 5. *Inane* opponitur *vero.* Div. II. 62. *falsa et* inania visa somniorum. Rosc. Com. 14. inani *et tenui spe te consolaris.* Fam. X. 20. *minus audes fortasse propter* inanem *laetitiam literarum superiorum.* Milon. 34. *o spes fallaces, o* inanes *cogitationes meae!* 6. Inanis est i. q. vanus. Fam. VI. 4. *tamen hac* inani *prudentiae laude delector.* Ibid. VI. 6. (Caesar) cedit *multorum iustis et officio incensis, non* inanibus *aut ambitiosis voluntatibus.* Ibid. II. 17. *illud est pusilli animi et ipsa malivolentia ieiuni atque* inanis. 7. Oratio dicitur inanis, quae caret rebus cogitatis. Orat. I. 6. *oratio, nisi subest res ab oratore percepta et cognita,* inanem *quandam habet elocutionem et paene puerilem.* 8. In numero oratorio *inane* opponitur *pleno.* Brut. 8. *aures ipsae quid plenum, quid* inane *sit, indicant.*

INANITAS. 1. De vacuo spatio. Fat. 9. *quum duo individua* (atomi) *per* inanitatem *ferantur.* 2. Vanitas. Fin. I. 15. *sapiens solus amputata circumcisaque* inanitate *omni et errore — sine aegritudine possit et sine metu vivere.*

INANITER. 1. Falso. Acad. pr. II. 11. *quum sit incertum* (mens) *vere* inaniterve *moveatur.* 2. Vane. Tusc. IV. 6. *quum* inaniter *et effuse animus exsultat.*

INAPPARATIO. Herenn. II. 4. opponitur *apparationi* i. e. praeparationi.

INAUDIRE, audire rem, quae occultatur. Att. VI. 1. Fam. IX. 14.

INAUDITUS. 1. Per famam cognitus. Balb. 18. *res multo ante* inaudita. 2. Non auditus, inusitatus, (*unerhört*). Rab. 4. *supplicia inusitata, crudelitas* inaudita. Fin. III. 4. *Zenoni licuit, quum rem aliquam invenisset inusitatam,* inauditum *quoque ei rei nomen imponere.* Acad. Post. I. 6. *dabitis ut in rebus* inusitatis — *utamur interdum verbis* inauditis.

INAUGURATUS. Brut. 1. *et* inauguratum (*in collegio augurum*) *ab eodem* (Hortensio) *me recordabar.* Dom. 53. censorem *simulacrum* Concordiae *dedicare pontifices in templo* inaugurato *prohibuerunt.*

INAUGURARE. Phil. II. 43. *Est ergo flamen — divo Iulio M. Antonius. Quid igitur cessas? cur non* inaugurare?

INAURARE. Fam. VII. 13. *morior ni, quae tua gloria est, puto te malle a Caesare consuli* (ut ICtum) *quam* inaurari *i. e.* pecunia locupletari

INAURATUS. Orat. III. 32. *cui* (Gorgiae) *tantus honos est habitus a Graecia, soli ut ex omnibus Delphis non* inaurata *statua, sed aurea statueretur.* Div. I. 24. *Hannibalem Caelius scribit, quum columnam auream quae esset in fano Iunonis Luciniae auferre vellet, dubitaretque utrum ea solida esset, an* extrinsecus inaurata, *perterebravisse.* Tusc. I. 20. *pellis* inaurata *arietis,* (quam petebant Argonautae). Her. IV. 47. *citharoedus palla* inaurata *indutus.*

INAUSPICATO, auspiciis non rite captis. Div. I. 17. *Ti. Gracchus* inauspicato *pomoerium transgressus.*

INCALLIDE. Off. III. 33. *Non* incallide *tergiversantur* (*wissen sich schlau genug zu drehen und zu wenden*).

INCALLIDUS. Fam. III. 8. *quod si quis me astutiorem fingit, quid potest esse* incallidius. Cluent. 16. *servus non* incallidus, *sed frugi atque integer.* Inv. I. 3. *homines non* incallidi scil. iuris periti et in tractandis privatorum controversiis versati.

INCAUTE. Att. VIII. 10. *stulte omnia et* incaute *agi iudico.*

INCAUTUS. 1. improvidus. Phil. XI. 2. *Trebonius oppressus est ab hoste* incautus. Planc. 22. *qui te* incautum *fortasse nunc tuo loco demovere potuerunt, providentem ante et praecaventem numquam certe movebunt.* 2. De patrono causarum, qui non satis cavet clientibus. Brut. 70. Messalla — *prudens, acutus, minime* incautus *patronus.*

INCEDERE. 1. Ingredi (*einhergehn*). Sext. 8. *quam teter* incedebat, *quam truculentus, quam terribilis aspectu.* Fam. VIII. 9. *pudeat te ausum illum umquam esse* incedere, *tamquam tuum competitorem.* Ibid. II. 9. *repente* incessi *omnibus laetitiis.* 2. Transire, accedere. Inv. II. 14. *facilius animus, ad inventionem* incedat.

contentio. 5. Excitatus. Fam. VI. 6. *iustae et officio* incensae *voluntates.* Prov. cons. 14. *imperator* incensus *ad remp. bene gerendam.*

INCENSUS (*a censere*) qui non est census, qui bona sua noluit censeri. Caecin. 34. *quum* (populus) incensum *vendit, hoc indicat: quum is, qui in servitute iusta fuerit, censu liberetur, eum, qui quum liber sit, censeri noluerit, ipsum sibi libertatem abiudicasse.*

INCERTUS. 1. De rebus. Marcell. 5. incertus *exitus belli.* Mil. 21. incerti *exitus pugnarum.* Orat. 28. *ancipites dicendi* incertique *casus.* Quint. 26. *spem maleficii praesentis in* incerto *reliqui temporis eventu collocare.* Verr. V. 2. de hominibus. Verr. V. 52. *tu inter eius mali mulieres praetextatum tuum filium — collocavisti, ut aetati maxime lubricae atque* incertae *exempla nequitiae parentis vita praeberet.* Muren. 17. *Nihil est* incertius (*unzuverlässiger*) *vulgo.* Rull. II. 25. *nolo suspensam et* incertam *plebem Romanam obscura spe et caeca exspectatione pendere.*

INCESSUS. Fin. II. 24. *si vultum tibi, si* incessum *fingeres, quo gravior viderere, non esses tui similis.* Off. I. 35. *status,* incessus, *sessio, accubitio, vultus, oculi, manuum motus teneant illud decorum.* Orat. 18. *orator motu sic utetur, nihil ut supersit in gestu, status erectus et celsus; rarus* incessus *nec ita longus* etc.

INCESTE. Cael. 14. ubi Appius Caecus inducitur Clodiam alloquens: *ideo aquam adduxi, ut ea tu* inceste *uterere,* i. e. ut tibi ea in incestis amoribus inserviret; nimirum post concubitum lavari solebant.

INCESTUS vel INCESTUM, est concubitus, vel cum iis qui proximo sanguinis vinculo cognati sunt commissus, vel sanctas deorum caerimonias violans. Leg. II. 9. incestum *pontifices supremo supplicio sanciunto,* hoc refertur ad stuprum virgini Vestali illatum. Sic Inv. I. 40. Similiter Pis. 40. *emissus ille auctor tuae provinciae* (Clodius) *quum stuprum Bonae deae pulvinaribus intulisset. Quis fuit in tanta civitate qui illum* incesto *liberatum, non eos, qui ita iudicarint, pari scelere obstrictos arbitraretur?* Tusc. IV. 35. *stupra dico, et corruptelas, et adulteria,* incesta *denique, quorum omnium accusabilis est turpitudo.*

INCESTUS. 1. Sensu proprio. Dom. 40. istius (Clodii) *qui non solum aspectu sed etiam* incesto *flagitio ac stupro polluit caeremonias, poena omnis oculorum*

ad caecitatem mentis est conversa. 2. Impurus. Phil. XI. 2. *quum verborum contumeliis optimum virum* incesto *ore lacerasset.*

INCHOARE, aggredi, incipere. Acad. Post. I. 3. *philosophiam multis locis* inchoavi. Fin. IV. 13. *ut Phidias potest a primo instituere signum idque perficere potest ab alio* inchoatum *accipere et absolvere. Huic est sapientia similis. Non enim ipsa genuit hominem sed accepit a natura inchoatum. Hanc intuens debet institutum illud quasi signum absolvere. Qualem igitur natura hominem* inchoavit? Orat. 10.

INCHOATUS. 1. Inceptus, non absolutus. Sull. 26. *quae ita a fortuna deformata sunt, ut tamen a natura* inchoata *appareant.* Off. III. 7. *operi* inchoato *et prope iam absoluto tanquam fastigium imponimus.* Brut. 33. *praeclare* inchoata *multa perfecta non plane.* 2. Imperfectus. Off. I. 43. *cognitio contemplatioque naturae manca quodam modo atque* inchoata *sit, si nulla actio rerum consequetur.* Fin. IV. 6. *hoc* inchoati *cuiusdam officii est, non perfecti.*

INCIDERE (secunda brevi). Inv. I. 8. *atque harum aliquam in omne causae genus* incidere *necesse est.* Verr. II. 74. incidi *homini sane praeter opinionem* etc. oppressi eum. 2. Offendere, violare. Off. I. 9. *in alterum* incidunt. Pearcius verbum tentat corrigere haud necessaria de causa. Nam et alibi dicitur in malam partem, quum aliquis sibi malum contrahit, dum vult vitare, aut id ipsum, aut aliud. Verr. I. 12. 32. extr. 3. Incidere *in aliquem.* Fat. 8. i e. in eius sententiam. 4. Construitur etiam cum *ad.* Fam. V. 9. *tibi persuadeas velim, non me repentina aliqua voluntate aut fortuito ad tuam amplitudinem meis officiis amplectendam* incidisse. *Ern*

INCIDERE (secunda longa). Tollere. Or. II. 82. incidere *deliberationem.* Phil. II 19. incidamus *media.* Sic Livius dixit *incidere spem*, XXXV 31. 3. Conscindere. Ad Q. Fr III, 1. *poema* incidi. 3. Dom. 30. *quid te audacius, qui in eius nomen* incideris. Viri docti aut omittunt *in*, quod a Pall. Codd. praeter unum abfuit, aut addunt *aes.* Alterutrum probasse I. Fr. Gronovium ex Obs. IV. 1. patet. Mihi autem placet vulgata Nam utraque correctio sensum eum habet, qui minus, quam pro mente Ciceronis, dicit. Sedulium primum scivisse legem scripserat Clodius. Solebat enim nomen eius,

qui primus sciverat, una cum lege incidi. Hoceine vero est simpliciter: *nomen alicuius incidere?* Non possum concoquere. Quid ergo? Intelligo *legem*. Legem *incidere in alicuius nomen;* latine mihi dici videtur pro; ita incidere legem in aes, ut ab eo primum scitam esse addatur. Nomine eius abutitur in hac lege etc. Sic nostri: *auf eines Namen lügen, borgen, etwas thun,* h. e. in mentiendo, sumendo, etc. alicuius nomine abuti. 4. Or. III. 58. *genus vocis acutum, incitatum, crebro* incidens, i. e. abrumpens, consistens. *Ern.*

INCILE. Ad Div. VIII. 5. *in* incili *omnia adhaeserunt. Incile* est fossa, quae in via fit, ad deducendam aquam, ut auctor est Festus: unde ap. Apuleium via lacunosis incilibus voraginosa. Iam in huiusmodi incilibus facile haerent plaustra. Vid. latius haec disputantem Salmas. ad Solin. f. 512. *Ern.*

INCINCTUS. Acad. pr. II. 28. *caeruleae* incinctae *igni incedunt*, de Furiis apud Ennium.

INCIPERE. Tusc. I. 49. *homines mortem vel optare* incipiant, *vel certe timere desistant.* Off. I. 37. *animadvertendum est, quatenus sermo delectationem habeat, et ut incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus.*

INCISE vel INCISIM, i. e. per κόμματα s. per incisa. Orat. 67. incisim *et membratim tracta oratio, i. e.* per κόμματα et κῶλα sine periodis. Ibid. 63. incise *membratimve dici.*

INCISIO in oratione Orat. 61. *dicendum quantos* circuitus (*i. e.* periodas) facere *deceat, deque eorum particulis et tanquam* incisionibus *disserendum est.*

INCISUM. Orat. 62. *transferenda dictio est ad illa quae nescio cur quum Graeci κόμματα et κῶλα nominent, nos non recte* incisa *et membra dicamus.* Exempla sunt c. 63.

INCISUS. 1. Sen. 5. *Carmen* incisum *in sepulchro,* Pison. 29. *elogium in sepulchro reip.* incisum. Verr. IV. 65. *id non modo tum scripserunt, sed etiam in aere* incisum *nobis tradiderunt.* Balb. 23. *quod nuper in columna aenea meminimus post rostra* incisam *et perscriptum fuisse.* Font 14. *quam in monumentis rerum gestarum* incisam *ac notatam videmus.* 2. Div. I. 39. *cur pulmo* incisus *etiam in bonis extis dirimat et proferat diem.*

ac saepius. 2. Exclamare. Orat. I. 53. *nemo ingemuit, nemo* inclamavit *patronorum.*

INCLINARE. De propensione animi. Orat. II. 44. *si se dant* (iudicum animi) *et sua sponte, quo impellimus,* inclinant *atque propendent.* Catil. IV. 2. *quidquid est, quocunque vestrae mentes* inclinant *atque sententiae.* Att. XII. 28. *intelliges ecquid* inclinent *ad hoc meum consilium adiuvandum.* 2. Active pro flectere. Inv. I. 22. *partitio debet id, quod convenit* inclinare *ad suae causae commodum.* 3. Se inclinare est convertere, applicare. Fin. III. 3. *quam vellem te ad Stoicos* inclinavisses.

INCLINATIO. 1. De conversione temporum. Fam. VI. 10. *quae quando in temporum* inclinationibus *saepe parvis posita sunt, omnia momenta observabimus.* Phil. V. 16. *minimis momentis maximae* inclinationes *temporum fiunt.* Rull. II. 29. *an ignoratis magnifica populi Romani vectigalia perlevi saepe momento fortunae,* inclinatione *temporis pendere.* Planc. 39. ego didici — *quascumque* (*sententias*) *reip. status,* inclinatio *temporum, ratio concordiae postularet, esse defendendas.* 2. De animi propensione. Orat. II. 29. *necesse est, ut is qui nobis causam adiudicaturus sit, aut* inclinatione *voluntatis propendeat in nos, aut — adducatur — aut — cogatur.* Muren. 26. *magna est comitiis consularibus repentina voluntatum* inclinatio, *praesertim quum incubuit ad virum bonum.* 3. De voce i. q. variatio. Brut. 43. *de Crasso: a principio — exspectatione dignus videbatur; non multa iactatio vocis, non* inclinatio *vocis.*

INCLINATUS. 1. De periculis impendentibus, aut sinistris fortunae casibus. Fam. II. 16. *qui ab excitata fortuna ad* inclinatam *et prope iacentem desciscerem.* Ibid. IX. 9. *ut te in otium referres; praecipue nunc iam* inclinata *victoria.* 2. De die ad vesperam vergente. Orat. III. 5. inclinato *iam in pomeridianum tempus die.* 3. De animi propensione. Orat. II. 79. (Loci) *qui ad motus animorum conficiendos inerunt in causa, quos tamen totos in principio explicari non oportebit, sed tantum impelli primo iudicem leviter, ut iam* inclinato *reliqua incumbat oratio.* 3. De voce oratoris ad cantici similitudinem accedente. Orat. 8. *quum vero* inclinata *ululantique voce, more Asiatico canere coepisset quis eum ferret?*

INCLYTUS. Div. I. 50. *Paris indicavit iudicium* inclytum. Orat. 48. INCLITUS *dicimus brevi prima litera;* nempe non de quantitate syllabae, quae vulgo dicitur hic agitur, sed de pronuntiatione vel acutiore, vel densire; et *breve* hic dicitur, quod nos dicimus, *geschärft*, productum, quod nos appellamus, *gezogen*.

INCOGNITUS. 1. Obscurus. Leg II. 8. *fatidicorum effata* incognita *interpretari*. 2. Haud satis cognitus Acad. pr. II. 36. *quum tu me* incognito *assentiri vetes*. Off. I. 6. *duo vitia vitanda sunt; unum ne* incognita *pro cognitis habeamus, hisque temere assentiamur.* 3. De cognitione iudicum. N. D. II. 29. *condemnare aliquem causa* incognita.

INCOLA. 1. Habitator. Tusc. V. 13. *Bestiae nantes, aquarum* incolas *esse voluit* N. D. II. 56. sunt *in terra, non ut* incolae *atque habitatores, sed quasi spectatores rerum caelestium*. Tusc. V. 37. *Socrates totius mundi se* incolam *et civem arbitrabatur*. 2. Qui peregrinus habitat in urbe, cuius non est civis. Off. I. 34. *peregrini autem et* incolae *officium est, nihil praeter suum negotium agere minimeque in aliena esse republica curiosum*.

INCOLERE. Verr. I. 17. *ii qui Delum* incolebant. Q. Fr. I. 1. qui earum civitatum fines incolunt. Div. I. 42. *Mihi videntur e locis quoque ipsis qui a quibusque* incolebantur, *divinationum opportunitates esse ductae*.

INCOLUMIS. 1. De viventibus. Fin. IV. 8. *ut se et salvum in suo genere* incolumemque *vellet*. Catil. III. 10. *urbem et cives integros* incolumesque *servavi*. Inv. I. 30. *nemo est, qui non liberos suos* incolumes *et beatos esse cupiat*. 2. De rebus. Planc. 5. *qui ne equestrem quidem splendorem* incolumem *a calamitate iudicii retinere potuisset*. Caecil. 22. *ut haec* (honorem, spem, existimationem) *retinere per populum Romanum* incolumia *ac salva possimus*.

INCOLUMITAS. Inv. II. 56. Incolumitas *est salutis tuta atque integra conservatio*. N. D. II. 46. *consentiens ad mundi* incolumitatem *coagmentatio naturae*.

INCOMMODARE. Quint. 16. *haec — viri boni faciunt — ut quum ipsi nihil alteri scientes* incommodarint, *nihil ipsis iure incommodi cadere possit*.

INCOMMODE. Lael. 4. *cum illo actum optime est; mecum autem* incommodius. Att. V, 9. incommo-

dissime navigare. Ibid. VII. 14. *ut in his pro re nata non* incommode *possint esse.*

INCOMMODITAS. Att. I. 17. *in ista* incommoditate *alienati illius animi illud inest tamen commodi.*

INCOMMODUM. 1. Incommoda dicuntur molestiae, damna N. D. I. 9. incommoda *vitae sapientes commodorum compensatione leniunt.* Orat. II. 24. *qui locus talis est, ut plus habeat adiumenti, quam* incommodi, *hunc iudico esse dicendum.* Fin. V. 19. *qui propter animi voluptutes coli dicunt studia non intelligunt, idcirco esse ea propter se expetenda, quod nulla utilitate obiecta delectentur animi, atque ipsa scientia, etiamsi* incommoda *datura sit, gaudeant.* Caecil. 3. *multis* incommodis *difficultatibusque affectus.* Brut. 2. *nostro* incommodo *detrimentoque doleamus.* 2. Clades s. calamitas. Manil. 12. incommodum *Ostiense;* classe Romanorum ad Ostiam a piratis incensa et direpta. cf. Dio Cass. lib. XXXVI.

INCOMMODUS. N. D. III. 29. in Synephebis aliquis *facilem et liberalem patrem* incommodum *esse amanti filio disputat.* Brut. 74. C. Sextius Calvinus *valitudine* incommoda *fuit.* Cluent. 59. *huius* (Cluentii) *illum* (Decium) *opes in rebus eius incommodis* (i. e. in calamitate proscriptionis.) *sublevarunt.*

INCOMPREHENSUS. Ac. pr. II. 29. *illa, quae nos* incomprehensa (graece *ἀκατάληπτα*) *et non percepta dicimus.*

INCOMPTUS. Orat. 23. *ut mulieres esse dicuntur nonnullae inornatae, quas id ipsum deceat, sic haec subtilis oratio etiam* incompta *delectat.* Att. II. 1. *tua illa horridula mihi atque* incompta *visa sunt, sed tamen erant ornata hoc ipso, quod ornamenta neglexerant, et ut mulieres, ideo bene olere, quia nihil olebant, videbantur.*

INCONCINNUS. Orat. II. 4. *qui in aliquo genere aut* inconcinnus, *aut multus est, is ineptus dicitur.*

INCONDITE. 1. Ungereimt. Div. II. 71. *nihil tam praepostere, tam* incondite, *tam monstruose,* (*so verkehrt, so ungereimt, so abenteuerlich,*) *cogitari potest, quod non possimus somniare* 2. Neglecto numero oratorio. Orat. III. 44. *ille rudis* incondite (*ohne alles Ebenmaafs*) *fundit quantum potest, et id quod dicit spiritu non arte* (*nach dem Maufse seines Athems, nicht nach Kunstregeln*) *determinat.*

INCONDITUS. 1. Ohne Ordnung und Zusammenhang. Orat. I. 44. *omne ius civile praeter hoc nostrum*, inconditum. 2. In arte rhetorica, *inconditum* est, quod non est numeris adstrictum. Orat. III 44. *princeps Isocrates instituisse fertur, ut* inconditam *antiquorum dicendi consuetudinem delectationis atque aurium causa numeris adstringeret* Brut. 69. *oppidanum et* inconditum *genus dicendi* Orat. 70. *si alicuius* inconditi *arripias dissipatam aliquam sententiam*, (*wenn man von einem des Rhythmus unkundigen Redner einen nachlassig hingeworfenen Satz nimmt*) *eamque ordine verborum paullum commutato in quadrum redigas* (*abrundet*).

INCONSIDERANTIA. Q. Fr. III. 9. *cuius in hoc* inconsiderantiam — *sustinebo.*

INCONSIDERATE. Off. 1. 29. *ne quid temere ac fortuitu*, inconsiderate *negligenterque agamus.*

INCONSIDERATUS. Div. II. 27. *nos ita leves atque* inconsiderati (*gedankenlos*) *sumus, ut si mures aliquid corroserint, quorum est opus hoc unum, monstrum putemus* Tusc. III. 2. *temeraria et* inconsiderata — *fama popularis.* Quint. 25 *a cupiditatem* inconsideratam: (*gedankenlose, unüberlegte Habsucht*) Harusp. 26. *plenus* inconsideratissimae *ac dementissimae temeritatis.*

INCONSTANS. Rosc. Com. 6. *qua in re mihi ridicule visus es* inconstans, *qui eundem et laederes et laudares.* Div. II. 62. *si vera* (somnia) *a deo mittuntur, falsa unde nascuntur? nam si ea quoque divina, quid* inconstantius *deo?*

INCONSTANTER. Fin. II. 27. *Epicurus negat diuturnitatem temporis ad beate vivendum aliquid afferre, nec minorem voluptatem percipi in brevitate temporis, quam si illa sit sempiterna. Haec dicuntur* inconstantissime. (*In dieser Behauptung ist nicht die geringste Consequenz.*) Acad. pr. II. 17. inconstanter *loqui* (*nicht folgerecht sprechen*). Tusc. IV. 10. intelligatur *perturbationem iactantibus se opinionibus* inconstanter *et turbide* (*da sich die Vorstellungen unzusammenhängend und verwirrt durch einander drängen*) *in motu esse semper.*

INCONSTANTIA. 1. In cogitando. N. D. I. 12. de Platonis inconstantia *longum est dicere, qui in Timaeo* (deum) *patrem huius mundi nominari negat posse; in legum autem libris quid sit omnino deus con-*

quiri oportere non censeat. 2. In agendo. Tusc. IV. 35. inconstantia *mutabilitasque mentis.* Att. XVI. 7. *nemo doctus umquam mutationem consilii* inconstantiam *dixit esse.* Dom. 4. *varietas et* inconstantia *et crebra tamquam tempestatum sic sententiarum commutatio.* 3. De fortuna N. D. III. 24. *Fortunam — nemo ab* inconstantia *et temeritate seiunget.*

INCONSULTE, unüberlegt. N. D. I. 16. *ea qui consideret, quam* inconsulte *ac temere dicantur.* Off. II. 15. *multi patrimonia effuderunt* inconsulte *largiendo.*

INCONSULTO. Her. III. 5. *ne deos quidem esse auxilio iis, qui se* inconsulto *in periculum mittant.*

INCONSULTUS, (*unbedachtsam*) Deiot. 6. homo inconsultus et temerarius. Rab Post. 1. *si quis est qui illam Postumi sive inanem spem, sive* inconsultam *rationem,* (*unüberlegtes Verfahren*) *sive* (*gravissimo verbo utar*) *temeritatem vituperandam putet — non repugno.*

INCONTENTUS, de fidibus, *verstimmt.* Fin. IV. 27. *aeque contingit omnibus fidibus ut* incontentae *sint, illud non continuo, ut aeque* incontentae.

INCONTINENTER. Off. III. 8. *nihil libidinose, nihil* incontinenter *— faciendum.*

INCONTINENTIA, est contrarium abstinentiae. Verr. IV. 15. *est boni iudicis parvis ex rebus coniecturam facere unius cuiusque et cupiditatis et* incontinentiae (scil. hic tribuitur ei qui furtis aut rapinis non abstinet). Cael. 11. *multa de* incontinentia (in libidinibus) *intemperantiaque disseruit.*

INCORRUPTE. Marcell. 9. *qui multis post seculis de te iudicabunt et quidem haud scio an* incorruptius *quam nos.* Fin. I. 9. *Epicurus docet omne animal — voluptatem appetere — dolorem aspernari — idque facere nondum depravatum ipsa natura* incorrupte *atque integre iudicante.*

INCORRUPTUS. 1. De corpore. Acad. pr. II. 7. *integri* incorruptique *sensus.* 2. De animo. Tusc. I. 19. *animus* incorruptus *suique similis.* 3. De oratione. Brut. 9. *succus ille et sanguis* incorruptus *usque ad hanc aetatem oratorum fuit.* Opt. gen. 3. oratores *qui* incorrupta *sanitate sunt* opponuntur *iis, quorum vitiosa abundantia est.* Brut. 35. incorrupta *quaedam Latini sermonis integritas.* Orat. 19. *Mollis est oratio philosophorum — casta, verecunda,* incorrupta *virgo quo-*

dammodo. 4. Fin. I. 21. *testis* incorruptus *atque integer.*

INCREBRESCERE. Fam. VII. 20. *ventus* increbrescit. Phil. XIV. *consuetudo* — increbruit. Orat. 7. *sermo imperitus* increbruit. Orat. 20. *nunc apud ipsos oratores numerus* increbruit.

INCREDIBILIS. Parad. 1. *Nihil est tam* incredibile, *quod non dicendo fiat probabile.* Att. XIII. 25. incredibile *est, quam ego ista non curem.* Ibid. XV. 1. incredibile est, *quanta me molestia affecerit.* Orat. I. 38. *Antonii* incredibilis *quaedam et prope singularis et divina vis ingenii.*

INCREDIBILITER. Sen. 15. incredibiliter *delector.* Orat. II. 6. Audivi (Laelium et Scipionem) incredibiliter *repuerascere esse solitos, quum rus ex urbe tanquam ex vinculis evolavissent.*

INCREMENTUM. Sen. 15. *vitium satus, ortus,* incrementa. Fin. II. 27. *qui bonum omne in virtute ponit, is potest dicere perfici beatam vitam perfectione virtutis. Negat enim summo bono afferre* incrementum *diem.*

INCREPARE. 1. Insonare. Orat. II. 5. *quum omnia gymnasia philosophi teneant, tamen eorum auditores discum audire, quam philosophum malunt, qui simul ut* increpuit — *philosophum omnes unctionis causa relinquunt.* Catil. I. 7. *quicquid* increpuerit, *Catilinam timeri non est ferendum.* Pison. 41. *quicquid* increpuerit *pertimescens.* Muren. 9. *simul atque* increpuit *suspicio tumultus, artes illico nostrae conticescunt.* 2. Reprehendere, obiurgare. Hortens. Fr. *tum — totam dialecticam aut illudis, aut* increpas? Ac. pr. II. 23. *Parmenides, Xenophanes — versibus* increpant *eorum arrogantiam, quasi irati, qui quum sciri nihil possit audeant se scire dicere.*

INCUBARE. Cluent. 26. *qui illi pecuniae, quam condiderat, spe iam atque animo* incubaret.

INCULCARE, inserere, sed fere in deteriorem partem accipitur. Off. I. 31. *graeca verba* inculcare; *h. e.* sermoni ubique immiscere. Or. 69. inculcare *inania verba, quasi complementa numerorum.* Or. 15. extr. *de firmissimis alia prima ponet, alia postrema.* Inculcabitque *leviora:* h. e. passim fi. mis immiscebit. Or. II. 5. *qui se auribus nostris* inculcant: h. e. qui nobis ad satietatem usque disputant. *Ern.*

INCUS. N. D. I. 20. Formae *quas vos effici posse sine follibus et* incudibus *non putatis.* Orat. II. 39. *si quem nunc plane rudem institui ad dicendum velim, his potius tradam assiduis uno opere eandem* incudem *diem noctemque tundentibus.*

INDEX. Mur. 24. Graevius quaerit, qui sint *indices*, idque se negat scire. Verba sunt: *Catilinam vallatum* indicibus *atque sicariis.* Sic sunt etiam Sull. 24. *Lentuli societates cum* indicibus. Verum nec hic, nec illic locum huic verbo putat, sed latronibus, aut simili generi. Lambinus coniiciebat: *audacibus;* quia c. 38 ferrum et audacia iunguntur. Sed praeter haec etiam alia loca animadverti, ubi hoc verbum sic est, ut in his. V. c. Sext. 44. septus *armatis* indicibus. Salva igitur res est. *Indicis* verbum Ciceronis temporibus convicium et nomen hominis perditi fuit, et nocentis, ut, imprimis sub Imperatoribus, nomen *delatoris* et *cognitoris.* Vid. Gron. Sest. V. 3. scil. quemadmodum quidam delatoribus et cognitoribus, s. quadruplatoribus utebantur, ut aliis litium calumniis molestiam crearent, sic homines seditiosi conducebant egentes et impudentes perditosque, ut per eos bonos cives vexarent, quum eos in concionibus producerent, ut ab se interrogati conficta crimina et invidiosa proferrent, quibus populum in eos concitarent, aut in senatu, ut huiusmodi res ederent, vid. Vatin. 10. 11. Flacc. 38. Sext. 63. ad Q. Fr. II. 3. Sueton. Caes. 17. 20. simile quid accidit in verbo *divisor*, de quo supra 2. Titulus. Att. IV. 15. *parantur orationibus* indices *gloriosi. Ern.*

INDICARE, pretium dicere, Off. III. 16. ut sibi fundus, cuius emtor erat, semel indicaretur.

INDICERE. Fin. V. 10. *velut qui ipsi sibi bellum* indixissent. Catil. II. 6. *Manlius centurio — bellum populo Romano suo nomine* indixit. Dom. 16. *funus iure* indictum. Orat. II. 37. *Miror, cur Philosophiae, sicut Zethus ille Pacuvianus, prope bellum* indixeris. Verr. III. 1. *legem innocentiae sibi ipsi* indicunt, *qui ab altero rationem vitae reposcunt.* Phil. V. 12. *tumultum decerni, iustitium* indici *dico oportere.*

INDICIUM, quod indices ediderunt. Sull. 13. lege indicium. Praemium indicii. Vatin. 11. Rosc. Am. 37. indicii partem capere. 2. Delatio nominis, partes accusatoris. In Caecil. 11. si tibi indicium postulas dari,

indignus esset accusatoris munere, idque sustinere non posset. 2. Dicitur deinde active de eo, qui facit, quae non debebat in hominem se multo meliorem: unde *indignitas hominis* dicitur, de humilitate, sordibus, et turpitudine generis, sortis, vitae. Vatin 1. *quid tua* indignitas *postularet:* et sic est in illa oratione aliquoties. Deiot. 1. *accusatoris* indignitas; erat enim servus. De quo est etiam Verr. IV. 50. Pison. 41. *fruar tua* indignitate. Hinc porro transfertur 3. ad res, earumque turpitudinem, foeditatem exprimit. Mur. 25. *neque tamen satis severe*, pro indignitate rei, *decrevit.* 4. Sed dicitur etiam passive, si quis indignis modis tractatur, iniuria, contumelia afficitur, qua dignus non erat. Fam. IV. 14. *cum omnem illius conveniendi* indignitatem *sustinuissemus.* Sic saepe et Cicero et Livius. 5. Quia non potest non *indignatio* nasci ex utraque *indignitate*: inde fit, ut vel pro indignatione dicatur, vel saltem eius significationem assumat aliquam. Sic accipi potest illud ad Attic. X. 8. *tacita esse poterit* indignitas *nostra?* Exempla e Livio multa habet Menkenius Observ. L. L. p. 485. *Ern.*

INDIGNUS. 1. Qui non est dignus. Vatin. *Caesar te omni honore* indignissimum *iudicat.* Orat. II. indignus *suis maioribus.* 2. Indignum dicitur, quod est ob iniquitatem vel turpitudinem intolerandum. Verr. IV. 35. *res* indigna *atque intoleranda videbatur omnibus.* Quint. 2. *quid hoc iniquius aut* indignius *dici, aut commemorari potest?* Quint. 31. indignum *est a pari vinci aut superiore; indignius ab inferiore atque humiliore.*

INDILIGENTIA. Att. XVI. 3. *nihil ab eo arbitror neque* indiligenter, *neque illiberaliter factum.*

INDILIGENTIA. Q. Fr. I. 2. *literarum missarum* indiligentia.

INDISERTUS. Orat. III. 35. *malim* indisertam *prudentiam quam stultitiam loquacem.* Fin. III. 4. *interpretes* indiserti (*wortarme Uebersetzer*).

INDISSOLUBILIS. Univ. 11. *Quoniam orti estis, immortales vos quidem esse, et* indissolubiles *non potestis; neutiquam tamen dissolvemini, nec vos ulla mortis fata periment*

INDIVIDUUS. N. D. III. 29. Carneades dixit: *Corpus immortale nullum esse, ne* individuum *quidem nec quod dirimi distrahive non possit.* N. D. I. 23. *nul-*

INDOMITUS. 1. Her. IV. 46. *neque equus* indomitus, *quamvis natura bene compositus sit, idoneus potest esse ad eas utilitates quae desiderantur ab equo.* 2. Rosc. Am. 14: indomitae *animi cupiditates.* Verr. I. 24. indomitas *cupiditates atque effrenatus habebat.* Cluent. 6. *o mulieris scelus incredibile — o libidinem effrenatam et* indomitam.

INDORMIRE. 1. Tardiorem esse. Q. Fr. II. 14) *ego qui in isto homine colendo tam* indormivi *diu.* 2. Non attendere; quasi somnolentum. Phil. II. 12. *Edormi crapulam et exhala. An faces admovendae sunt, quae te excitent, tantae causae* indormientem.

INDOTATUS. Metaphorice. Orat. I. 55. *Cuius* (Scaevolae) *artem* (iuris civilis) *quum* indotatam *et incorruptam videres, verborum eam dote locupletasti et ornasti.*

INDUCIAE. Att. VII. 16. *ad te scribam plura, si erit bellum; sin autem* induciae, *te ipsum videbo.*

INDUCERE. 1. Adducere imprimis ad errorem vel peccatum. Rosc. Com. 16. *quem ego ut mentiatur* inducere *possum, ut peieret exorare facile potero.* Rosc. Am. 28. *pretio, gratia, spe, promissis* induxit, *aliquem?* (scil. ad parricidium) Her. II. 19. *multos* induxit *in peccatum pecuniae spes.* Brut. 50 *ad misericordiam* inducitur (auditor) *ad pudendum, ad pigendum.* 2. Decipere. Pis. 1. *hic nos decepit, fefellit,* induxit. Phil. II. 32. *Dolabella, qui tum est impulsus,* inductus *elusus.* Att. III. 15. *quoniam ego proditus,* inductus, *coniectus in fraudem omnia mea praesidia neglexi.* Ibid. IV. 5. *senseram* — inductus, *relictus, proiectus ab iis.* 3. Commemorare. Att. XII. 19. *sermonem alterius* inducere. 4. In oratione vel alio libro personam aliquam introducere, loquentem vel aliquid agentem. Orat. 40 *ut muta quaedam loquentia* inducat. Off. III. 9. *Hinc ille Gyges* inducitur *a Platone.* Fam. VII. 11. *mira persona* induci *potest Britannici iurisconsulti.* N. D. I. 16. *poetae et ira inflammatos et libidine furentes* induxerunt *deos.* Tusc. V. 39 *augurem Tiresiam, quem sapientem fingunt poetae, numquam* inducunt *deplorantem caecitatem suam.* Ibid. II. 11. *Videsne poëtae quid mali afferant? Lamentantes* inducunt *fortissimos viros.* 5. Afferre. Inv. I. 36 inducere *approbationem.* Fam. XI. 22. *causam* inducere. 6. Referre (in rationes). Fam. III. 10. *rationes in quibus, quantum*

legatis datum induxit. Verr. I. 41. *Tutores, pecuniam praetori si pupillae nomine dedissent grandem praesertim, quemadmodum in rationem* inducerent — *non videbant.* Rull. II 56. *ut agros a vobismetipsis eruptos quanti velletis populo Romano* induceretis (*daſs ihr die Aecker dem R. V. so hoch anrechnen konntet, als ihr wolltet*). 7. Delere. Att. VII. 28. inducere *SCtum.* Att. XIII. 14. inducere *nomina.* 8. *Animum inducere*, est commoveri, ad aliquid faciendum. Tusc. V. 10. inducant animum, (*so müssen sie sichs zur Maxime machen*) *illa, quorum splendore, capiuntur, vires valitudinem, pulcritudinem, divitias, honores, opes contemnere.* Att. XIV. 12. *Antonius* induxit animum *sibi licere quod vellet.* Rosc. Am. 19. *explicare vitia atque peccata filii, quibus incensus parens potuerit* animum inducere, (*es übers Herz bringen konnte*) *ut naturam ipsam vinceret* etc. Div. I. 14. *Tu igitur* animum *poteris* inducere, *contra ea, quae a me disputantur, de divinatione dicere.* 9. *In animum inducere* est decernere, sibi proponere, Sull. 50. ego — in animum inducam (*ich sollte mir einfallen lassen*), *cuius nuper ferrum retuderim — eiusdem nunc causam vitamque defendere.* Cluent. 15. *neque enim legare* (Avitus) *eiusmodi matri poterat in* animum inducere; *neque testamento nomen omnino praetermittere parentis.* 10. *Inducere* etiam dicitur pro *illinere.* Verr. I 55. *dico esse* (columnam) *ex qua tantum tectorium vetus delitum sit, et novum* inductum. 11. Item pro *induere.* Inv. II. 50. *ligneae soleae in pedes* inductae *sunt.* Sic Her. I. 23.

INDUCTIO. 1. Derivatio, N. D. II. 60. *nos aquarum* inductionibus *terris fecunditatem damus.* 2. Animi inductio, est deliberata voluntas. Q. Fr. I. 1. *hoc non est positum in labore aliquo, sed in quadam* inductione animi *atque voluntate.* Fam. I. 9. *tantum* animi inductio *et mehercule amor erga Pompeium apud me valet.* 3. In arte rhetorica. Inv. I. 31. Inductio *est oratio quae rebus non dubiis captat assensionem eius quicum instituta est;* ibidem exemplum affertur Socraticae inductionis. Top. 10. *Sunt similitudines, quae ex pluribus, collationibus perveniunt, quo volunt — Haec ex pluribus perveniens quo vult appellatur* inductio, *quae graece ἐπαγωγὴ nominatur. Qua plurimum est usus in sermonibus Socratis.*

INDUCTUS. 1. *Adhibitus.* Cael. 11. Inducta oratio *ad criminandum.* Fam. I. 1. *a tuis invidis atque obtrectatoribus* inductum *nomen fictae religionis.* 2. Inventus, receptus in philosophiam. Acad. IV. 33. inducto *et constituto probabili* Tusc. I. 26. *quinta natura ab Aristotele* inducta. 3. *Inceptus, ortus.* Tusc. II. 4. *sermo* inductus *a tali exordio.* 4. Commotus. Muren. 30. Haec Cato *auctoribus eruditissimis* inductus *arripuit.* Q. int. 5. inductus *familiaritate fecit* 5. *Deceptus.* Planc. 41. *quum tibi vana quaedam miser atque inania falsa spe* inductus *pollicebar.*

INDUCTUS, subst. Impulsus. Her. III. 57. *quod alieno* inductu *fecerit.* Varen. fr. *huius persuasu et* inductu.

INDULGENS. Cluent. 5. *Quo ipsum nomen amantius* indulgentiusque *maternum — hoc illius matris — singulare scelus maiore odio dignum esse ducetis.* Tusc. III. 6. *oratio hominum assentantium nostrae imbecillitati et indulgentium amplitudini.* Leg. I. 15. *Epicureos — sibi* indulgentes *et corpori deservientes — in hortulis suis iubeamus dicere.* Orat. 47. *consuetudini auribus* indulgenti *libenter obsequor.*

INDULGENTER. Att. IX. 11. *Illud praeclare admones, quum illum videro, ne nimis* indulgenter, *ac cum gravitate potius loquar.*

INDULGENTIA. 1. In liberos. Post. red. ad Quir. 1. *mihi liberi mei propter* indulgentiam *meam vita sunt mea cariores.* Att. X. 4. indulgentia *nostra depravatus.* Verr. I. 44. *qui simili sensu atque* indulgentia *filiorum commovemini.* Orat. II. 40. *si ferae partus suos diligunt, qua nos in liberos nostros* indulgentia *esse debemus* 2. Benivolentia in alios. Leg. I. 15. *omnes inter se naturali quadam* indulgentia *et benivolentia — contineri.* Fam. X. 24. *malo praesens observantia,* indulgentia, *assiduitate memorem me tibi praestare.* 3. *Obsequium* Leg. I. 23. *quum animus, cognitis perceptisque virtutibus a corporis obsequio* indulgentiaque *discesserit — quid eo cogitari potest beatius?*

INDULGERE; obsequi. Att. X. 4 indulsit *illi quidem pater.* Lael. 15. *Videre licet, eos, qui antea commodis fuerunt moribus, — prosperis rebus immutari, spernique ab iis veteres amicitias,* indulgeri *novis.* Verr. III. 24. *is cives Romanos coluit, iis* indulsit, *eorum voluntati et gratiae deditus fuit.* Fam. XVI. 18. indulge

valitudini tuae. Tusc. IV. 18. *ipsa sibi imbecillitas* indulget.

INDUO. 1. Sensu proprio de vestimentis, et ornamentis corporis. Tusc. II. 8. *quum Deianiara sanguine Centauri tinctum* tunicam *induisset.* Att. XIV. 23. *talaria* induamus. Off. III. 9. *Gyges hominis mortui vidit* corpus — *annulumque aureum in digito, quem ut detraxit ipse* induit. Fin. II. 22. *A. Torquatus cum Gallo apud Anienem depugnavit provocatus et ex eius spoliis sibi et torquem et cognomen* induit. Att. I. 10. *vir* indutus *muliebri vestitu* Orat. III. 32. Hippias gloriatus est *pallium quo amictus, soccos, quibus* indutus *esset se sua manu confecisse.* N. D. II. 24. *dii* indutu *specie humana.* Sull. 27. *belluae — forma hominum* indutae. 2. *Suscipere.* Tusc. I. 38. *habes somnum imaginem mortis eamque quotidie* induis. Off. III. 10. *ponit personam amici, quum* induit *iudicis.* 3. *Immittere.* Div. II. 19. *placet Stoicis anhelitus terrae, — quum se in nubem* induerint, *eiusque tenuissimam quamque partem coeperint dividere — tum et fulgura et tonitura exsistere.* 4. *Irretire.* Verr. II. 42. *Videte in quot se laqueos* induerit, *quorum ex nullo se numquam expediret.* Ibid. *videte ut dum expedire sese vult*, induat. Muren. 25. *i le — non se purgavit, sed indicavit, atque* induit. Div. II. 17. induitis *vos in captiones.* Verr. V. 64. *sua confessione* induatur *ac iuguletur necesse est.*

INDUPERATOR; imperator. Div. I. 48. in Ennii versiculo.

INDURARE. Fragm. inc. *Reatinis tantum paludibus ungulas iumentorum* indurari.

INDUSTRIA est virtus, qua quis perseverat in labore. Manil. 11. industria *in agendo, celeritas in conficiendo* Post. Red. ad Quir. 10. *hoc vobis repromitto — mihi neque in consiliis de rep. capiendis diligentiam — neque in labore perferendo* industriam — *defuturom.* Fam. XIII. 10 *versabatur in hoc nostro studio et cum ingenio ut nosti, nec sine* industria. Muren. 10. *forensis laus et* industria *latent in tutela ac praesidio bellicae virtutis.* Cael. 5. industriae *quidam stimuli ac laboris.* Att. XV. 13. Enitar — *ne desideres aut* industriam *meam aut diligentiam.* Hic *industria* differt *a diligentia*, ut illa in perseverantia laboris, haec in accurato labore et circumspecto ponatur. 2. *De industria*, mit *Fleifs, mit Vorsatz.* Orat. 69. *neque verbum ita*

ita traiiciat, ut id de industria *factum intelligatur.* Off. I. 7. *iniuriae quae nocendi causa* de industria *inferuntur.*

INDUSTRIUS, in labore perseverans. Tusc. V. 20. de hoc homine (Dionysio) — sic scriptum accepimus — fuisse — *in rebus gerendis virum acrem et* industrium. Verr. III. 21. *homo navus et* industrius *experientissimus ac diligentissimus orator.*

INEDIA, 1. fames. Fin. V. 27 *vigiliis et* inedia *necatus est Regulus.* 2 Abstinentia a cibo Tusc. I. 34. *a vita quidam per* inediam *discedens, revocatur ab amicis.* Fam. XVI. 10. inedia *et purgationibus et vi ipsius morbi consumptus es.*

INELEGANS. 1. Brut. 81. *Orationis non* inelegans *copia,* i. e. non sine delectu. 2. N D. II 24. *physica ratio non* inelegans (eine nicht ungründliche Theorie) *inclusa est in impias fabulas.*

INELEGANTER. 1. Bru 26 *historia non* ineleganter *scripta.* 2. Fin. II. 9. *primum divisit* ineleganter; (*hat die Eintheilung nicht gründlich gemacht*) *duo enim genera quae, erant fecit tria.*

INENODABILIS Fat. 9. *nec est causa cur Epicurus — uno tempore suscipiat res duas* inenodabiles (*unreimliche unerklärliche Behauptungen*).

INEPTE, 1 Brut 82 *qui nec* inepte *dicunt, nec odiose, nec putide;* (*deren Vortrag nichts Unschicklliches, nichts Auffallendes, nichts Uebertriebenes hat.*) Att I. 15 *facio* inepte. 2. Ai eno tempore. Fam. VI. 7. *ne ea res mihi* inepte (*sehr zur Unzeit*) *noceret.*

INEPTIAE. 1 Nugae. Tusc. I 39. *Pellantur ergo istae* ineptiae *paene aniles, ante tempus mori, miserum esse.* 2. *Pedantereyen.* Orat. I. 24. *Petam a vobis ne has meas* ineptias *efferatis* Rosc. Am. 16. *quid ad istas* ineptias *abis?* Orat. II. 4 *ut* ineptiarum *crimen effugiam.* Orat. II. 4. *omnium* ineptiarum *quae sunt innumerabiles, haud scio an nulla sit maior, quam illorum, qui solent, quocunque in loco quoscunque inter homines visum est, de rebus difficillimis et non necessariis argutissime disputare* 3. *Unschicklichkeiten* Brut. 63. *Actio paullum tum vitio vocis, tum etiam* ineptiis *claudicabat.* 4 Quackeleyen. Fam. VII. 6. *tu modo* ineptias *istas et desideria urbis — depone*

INEPTUS. Orat. II. 4. *qui aut tempus quid postulet non videt, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum quibuscum est, vel dignitatis, vel commodi*

rationem non habet, aut denique in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus est, is ineptus *dicitur.* Orat. I. 24. Equidem quum peterem magistratum solebam in *prensando dimittere a me Scaevolam, quum ei ita dicerem me velle esse* ineptum. (*ich müfste heute eine Pedanterey, eine Geckerey mitmachen*) Tusc. I. 35. ineptum *sane negotium et Graeculum.*

INERMIS. 1. Proprie, non armatus. Caecin. 21. *vinces — arma esse suis nominibus alia ad tegendum, alia ad nocendum, quae qui non habuerint, eos* inermes *fuisse vinces.* 2. Transfertur ad philosophos in parte quadam philosophiae nimis ieiunos. Fin. I. 7. *in altera philosophiae parte, quae est quaerendi ac disserendi — iste vester* (Epicurus) *plane* — inermis *ac nudus est.*

INERMUS. Fam. X. 12. *persuasum omnibus cum paucis* inermis — *fugisse Antonium.*

INERRANS. N. D. II. 21. *stellae* inerrantes, *i. e.* planetae.

INERS. 1. Fin. II. 34. *lustremus animo non has maximas artes quibus, qui carebunt,* inertes *a maioribus nominabantur.* 2. Ignarus. Rull. II. 33. *Campanam arrogantiam atque intolerandam ferociam — maiores nostri ad* inertissimum *et desidiosissimum otium perduxerunt.* Sen. 11. *Caecilius — significat credulos, obliviosos, dissolutos, quae vitia sunt non senectutis, sed* inertis, *ignavae, somniculosae senectutis.* Fat. 13. de argumentatione, quae ἀργὸς λόγος dicebatur: *Recte genus hoc interrogationis ignavum atque* iners *nominatum est.*

INERTIA. 1. Artium inscitia. Partit. 10. *animi quemadmodum affecti sint, virtutibus, vitiis, artibus,* inertiis. 2. Ignavia, desidia. Muren. 4. *si nulla* inertiae, *nulla superbiae turpitudo, nulla inhumanitatis culpa suscipitur, ego vero libenter desino. Sin autem fuga laboris* desidiam, *repudiatio supplicum, superbiam, amicorum neglectio improbitatem coarguit, nimirum haec causa est eiusmodi, quam nec* industrius, *nec misericors, nec officiosus deserere possit.* Rosc. Com. 8. *qui tantas et tam infinitas* pecunias, *non propter* inertiam laboris, *sed propter magnificentiam liberalitatis repudiavit.* Sed h. l. legendum videtur: *non propter inertiam et* fugam *laboris.* Catil. I. 2. *iam me ipse* inertiae *nequitiaeque* (*Tragheit und Schlaffheit*) *condemno.*

INERUDITUS; indoctus. Fin. I. 21. *Non ergo Epicurus ineruditus, sed ii indocti, qui quae pueros non didicisse turpe est, ea putent usque ad senectutem esse discenda.* Dom. 35. ineruditus *quod Minervam Iovis sororem esse existimem.* Acad. pr. II. 43. *ad vos nunc refero quem sequar? modo ne quis illud* ineruditum *absurdumque respondeat: Quemlibet, modo aliquem.*

INEXERCITATUS. Sen. 18. histrio. Tusc. II. 16. Miles. Brut. 36. *patronus.*

INEXHAUSTUS. Fin. III. 2. inexhausta *aviditas legendi.*

INEXORABILIS. Sull. 31.

INEXPIABILIS. 1. Qui expiari non potest. Phil. I. 5. *an me censetis decreturum fuisse — ut* inexpiabiles *religiones in remp. inducerentur?* Tusc. I. 30 *qui re publica violanda fraudes* inexpiabiles *concepissent.* 2. Qui placari non potest. Pis. 33. *si Caesar — sese mihi implacabilem* inexpiabilemque *praeberet.* Harusp. 2. *bellum* inexpiabile.

INEXPLEBILIS. Tusc. V. 6. illum *quem — videmus omnia rabide appetentem cum* inexplebili *cupiditate.*

INEXPLICABILIS. 1. Inenodabilis. Ac pr. II. 29. *haec scilicet* inexplicabilia *esse dicitis.* Ibid. 30. *postulant ut excipiantur haec* inexplicabilia. 2. Ad expediendum difficilis. Att. X. 2. *res sunt* inexplicabiles. *Fortunae sunt committenda omnia.* Att. VIII. 3. *o rem difficilem et* inexplicabilem. Att. XV. 9 *tu quid egeris tua — legatione, vehementer exspecto. Est enim* inexplicabilis, (unausführbar) *ita circumsedemur copiis omnibus.*

INEXPUGNABILIS. Tusc. V. 14. *Volumus eum, qui beatus sit, tutum esse,* inexpugnabilem *septum atque munitum.*

INEXSPECTATUS. Orat. II. 55. *quae fuit illa quanta vis? quam* inexpectata, *quam repentina.*

INFACETUS. Off. III. 14. *Curius — nec* infacetus *et satis literatus.*

INFAMARE. Fam. IX. 12. *tu velim animo sapienti fortique sis, ut tua moderatio et gravitas aliorum* infamet *iniuriam.*

INFAMIA. Partit. 26. *quis ullam decus tam umquam expetat, quam ignominiam,* infamiam, *contumeliam, dedecus fugiat?* Catil. I. 6. *quae nota domesticae*

turpitudinis non inusta vitae tuae est? quod privatarum rerum dedecus non haeret infamiae? Cluent. 1. infamia *iudicii corrupti.* Att. IV. 17. *consules flagrant* infamia.

INFAMIS Cluent. 47. *homines — vitiis atque omni dedecore* infames. Verr. IV 9 *homines quibus tu privatim iniurias plurimas contumeliasque imposuisti; quo in oppido multas familias in perpetuum* infames *tuis stupris flagitiisque fecisti.* Rosc. Am. 35. *audio — multas esse* infames *palmas,* de Capitone tanquam de gladiatore, qui multos homines ferro, multos veneno occiderat.

INFANDUS. Sext 55. *vix homines odium suum a corpore eius impuro atque* infando *represserunt.*

INFANS Rosc. Am. 53. infantium *puerorum incunabula.* Orat. II. 39 *omnia minima mansa, ut nutrices* infantibus *pueris, in os inserere.* Fin. I. 21. *si* infantes *pueri, mutae etiam bestiae, paene loquuntur — nihil esse prosperum nisi voluptatem.*

INFANS. 1. Mutus. Div. I. 53. *scribit Herodotus* (lib. I. c. 85) *Croesi filium quum esset* infans, *locutum* 2. Indisertus. Inv. I. 5. infantes *et insipientes homines.* Q. Fr. III 4. *nihil accusatore Lentulo* — infantius. Brut. 26. *Fannii historia neque nimis est* infans, *neque perfecte diserta* 3. Vanus. Att. X. 18 *Hortensiana omnia fuerunt* infantia.

INFANTIA, dicendi inopia. Att. IV. 16. *accusatorum incredibilis* infantia. Orat. 71. *composite et apte sine sententiis dicere, insania est; sententiose autem sine verborum et ordine et modo* infantia, Orat. III. 35. *dummodo hoc constet, neque* infantiam *eius, qui rem novit, sed eam explicare dicendo non queat, neque* inscientiam *illius cui res non suppetat, verba non desint esse laudandam.* Ibid. 51 *in illa* infantia *naturali.*

INFATUARE. Flacc. 20. *neminem quidem adeo* infatuare *potuit, ut ei numum ullum crederet.* Phil. III. 9. *ut hominem stolidum magis etiam* infatuet.

INFECTOR. Fam. II. 16 *Curtius noster dibaphum cogitat, sed eum* infector *moratur;* h. e. auguratum petit, sed eum vix consequetur, vel quia Caesar ei non favet, vel quia eam a populo vix obtinebit, cuius suffragiis hoc tempore ex lege a T. Atio Labieno lata auguratus dabatur. Facete autem utitur infectoris nomine, quum proprie sit *infector* is, qui lanas colore

inficit, dibaphus autem sit vestis purpura bis tincta. Vid. *dibaphus*

INFECTUS, non factus. Inv. II. 27. *id quod iudicatum non sit, pro* infecto *haberi oportere.* Top. 4. *si quis in pariete communi demoliendo* damni infecti *permiserit*, i. e. se damni *nihil facturum.* Leg. II. 8. *quae augur iniusta — dira defixerit, irrita* infectaque *sunto.*

INFECTUS, ab *inficio*, contagione aliqua vitiatus. Att. I. 10 *Vereor ne hoc quod* infectum *est, serpat longius*, i. e. vereor ne labes reip. sacrificio bonae Deae a Clodio polluto contracta, longius dissipetur.

INFELICITAS. Fin. II. 27. *beate vivere alii in alio, vos in voluptate ponitis, item contra omnem* infelicitatem *in dolore.* Div. II. 29. *neque tanta est* infelicitas *haruspicum, ut ne casu quidem unquam fiat, quod futurum illi esse dixerunt.*

INFELIX. Phil. II. 26. *si quis reipubl. sit* infelix, *is felix esse non potest* Rab Perd. 4. infelici arbore suspendito, de cruce ex arbore infelici. Vid. *Arbor.*

INFENSUS. Caecil. 13. *homines qui illi inimici* infensique *sunt.* Tusc. IV 27. *nec tam fuit hominum generi* infensa *atque inimica natura, ut corporibus tot res salutares, animis nullam invenerit.*

INFERCIRE. Orat. 69. *neque* inferciens *verba quasi rimas expleat.*

INFERI. Tusc. I. 16. *Permanere animos arbitramur, consensu nationum omnium; qua in sede maneant, qualesque sint, ratione discendum est, cuius ignoratio finxit* inferos. Cluent. 61. *quid tandem illi mali mors attulit? nisi forte ineptiis ac fabulis ducimur, ut existimemus illum apud* inferos, *impiorum supplicia perferre.* Catil. IV. 4. *ut aliqua in vita formido improbis esset posita, apud* inferos *eiusmodi quaedam illi antiqui supplicia impiis constituta esse voluerunt, quod videlicet intelligebant his remotis, non esse mortem ipsam pertimescendam.* Phil. XIV. 12. *illi igitur impii, quos cecidistis, etiam ad* inferos *poenas parricidii luent, vos vero qui extremum spiritum in victoria effudistis, piorum estis sedem et locum consecuti.* Tusc. I. 2. *triceps apud* inferos *Cerberus.* Vatin. 6. inferorum *animas elicere.* (*Geister der Todten citiren, oder bannen.*) 2. In arte rhetorica, quum mortuorum dicta laudantur, aut

eo; vel Ionio. Orat. III. 19. *ut philosophi tanquam in superum mare defluerent, Graecum quoddam et portuosum; rhetores autem in* inferum *hoc Tuscum et barbarum, scopulosum atque infestum laberentur, in quo etiam Ulysses errasset;* nempe quia rhetores inde a Corace et Tisia se in Siciliam contulerant.

INFESTE. Quint. 21. *inimicissime atque* infestissime *contendere.*

INFESTUS. 1. *Adversus, periculosus, intutus.* Phil. XII. infestum *et periculosum iter* Inv. II. 37. *reddere provinciam* infestam *excursionibus et latrociniis.* Att. XVI. 1. *infestum habere mare*, est nautarum securitatem piratica facienda turbare. Rep. fr. lib. III. Nam quum quaereretur ex eo (pirata) quo scelere compulsus mare haberet infestum uno myoparone; eodem, inquit quo tu orbem terrae scil. infestum habes. Nimirum Alexandro M. illum interroganti sic responderat. Item de classibus in bello navali. Att. IX. 19. *boni cives, amantes patriae, mare* infestum *habebimus.* Cael. 4. *tempus aetatis quod ipsum sua sponte infirmum, aliorum libidine* infestum *est*, *i. e.* periculo pudicitiae violatae expositum. 2. Inimicus, hostilis Phil. X. 10. *irrupit in Galliam, quam sibi armis animisque* infestam *inimicamque cognovit.* Inv. I. 15. *si non omnino* infesti *auditores erunt.* Verr. I. 5 *meminerit se — clamore populi Romani* infesto *atque inimico excitatum, confessum esse* etc. Catil. I. 7. *si me meis civibus iniuria suspectum tam graviter atque offensum viderem; carere me aspectu civium, quam* infestis *oculis omnium conspici mallem.* Rosc. Am. 31. *qui ardens avaritia* infestus *feratur in suos.*

INFICERE. 1. Imbuere. Fin. III. 3. *puer* infici *debet bonis artibus.* 2. Inprimis corrumpere, de pravis opinionibus, vel moribus. Leg. I. 17. *animis tenduntur insidiae, ab iis — qui teneros et rudes quum acceperunt* inficiunt, *et flectunt, ut volunt.* Ibid. III. 13. *ut cupiditatibus principum et vitiis* infici *solet tota civitas, sic emendari et corrigi continentia.* Tusc. V. 27. *nos umbris, deliciis, otio, languore, desidia animum* infecimus.

INFICETUS. Cael. 29. *non* inficetum *mendacium.*

INFIDELIS. Q. Fr. I. 4. infidelis *amicus.* Off. III. 21. *multi iniqui atque* infideles *regno pauci sunt boni;* versus Attii trochaicus.

tempore. N. D. I. 9. *fuit quaedam* ab infinito *tempore aeternitas.* Orat. II. 34. *intelligitur, non in hominum innumerabilibus personis, neque in* infinita *temporum varietate, sed in generum causis atque naturis omnia sita esse, quae in dubium vocarentur.* Att. XII. 20 *innumerabilis domini fieri possunt in* infinita *posteritate.* 3. De locis. Verr. IV *spelunca conversa ad aquilonem* infinita *altitudine.* 4 De aliarum rerum vel magnitudine, vel multitudine. Ac. pr. II. 35. *non persequor quaestiones* infinitas, i. e. innumerabiles. Off. I. 16. *Copiae parvae singulorum sunt; eorum autem qui his egeant* infinita *est multitudo.* Balb. 27 infinitum *odium.* Orat. I. 1. infinitus *forensium rerum labor.* Orat *aures semper aliquid* infinitum *immensumque desiderant.* 5. In arte rhetorica infinitae quaestiones sunt (generales) seiunctae a certis personis de temporibus. Orat. I. 31. *esse omnem orationem* (dedici) *aut de* infinitae *rei quaestione, sine designatione personarum ac temporum, aut de re certa in personis de temporibus locata.* 6. „Infinitum dicitur etiam, quod in illos temporis locorumque terminos certos habet ut Verr. III. 91. et illud infinitum *Antonii imperium senserat Sicilia.* Vid. ind. hist. in M. Antonius Creticus. Sic quamquam paullo aliter. Rull. II. 13 infinita *potestas.* Add. Gronov. ad Liv. III. 9 7 Comparativus *infinitior* est Top. 8." *Ern.*

INFIRMARE 1 Rosc. Com. 15. *testis fidem ad iudicem* infirmare. Caecin. 18 *quod magistratus edictum — aut pacti et conventi formula non* infirmari, *aut convelli potest, si ad verba rem deflectere velimus.* 2. Refutare, Caecil. 9. *nec ea dico, quae si dicam tamen* infirmare *non possis.* Rosc. Am. 15. *ego res tam leves qua ratione* infirmem *ac diluam reperire non possum.* Ac. pr. II. 6. *hoc quum* infirmat *tollitque Philo, iudicium tollit incogniti et cogniti.*

INFIRMATIO. Rull. II. 3. *sublata erat de foro fides — suspicione ac perturbatione iudiciorum,* infirmatione *rerum iudicatarum.* Inv. II. 11. *in constitutione, quam translativam nominamus, — aut quem — agere oporteat, aut omnino aliquid de commutatione, aut* infirmatione *actionis agitur.*

INFIRMATUS. 1. Debilitatus, animo abiecto. Pis. 19. *horum* (imperatorum) *alterum* (Pisonem) *sic fuisse* infirmatum *conscientia scelerum et fraudum suarum, ut ex ea provincia,* (Macedonia) *quae fuerit ex*

omnibus una maxime triumphalis nullas sit ad senatum literas mittere ausus. 2. De sententia interpretando perversa. Caecin. 13. *cui perspicuum non sit ad incertum revocari bona — omnium, si ulla ex parte sententia huius interdicti deminuta aut* infirmata sit.

INFIRME. Fam. XV. 1. *intelligebam socios* infirme *animatos esse.*

INFIRMITAS. 1. De corpore. Brut. 91. *erat eo tempore in nobis summa gracilitas et* infirmitas *corporis.* Phil. VII. 4. animi vires corporis infirmitas non retardavit. Fam. VII. 1. infirmitas *valitudinis.* Brut. 55. infirmitas *laterum et imbecillitas virium.* 2. De animo. Rosc. Am. 4. *opprimi me onere officii malo, quam id quod mihi cum fide semel impositum est, aut propter perfidiam abiicere, aut propter* infirmitatem *animi* (scil. partim ex ingenii imbecillitate, partim ex timore periculi) *deponere.* Att. XVI. 5. *propter* infirmitatem *aetatis.* Fam. VI. 7. *alterum laudare, de quo quicquid detrahas necesse est aut* infirmitati, (i. e. imbecillitati ingenii s. infantiae) *aut invidiae assignetur*

INFIRMUS. 1. De corpore et rebus corporeis. Verr. IV. 43 *homo aetate affecta et viribus* infirmis. N. D. I. 35. *qui ex animo constat et corpore caduco et* infirmo. Orat. I. 45. *in eius* (Mucii Scaevolae) infirmissima *valitudine affectaque iam aetate.* Verr. V. 33. classis inops et infirma propter dimissionem propugnatorum atque remigum. Fam. X. 31. *qua* (regione) tradita, *quanto pro rep.* infirmior *sim, quis ignorat?* 2. De argumentis. Rosc. Com. 2. *quod apud omnes leve et* infirmum *est, id apud iudicem grave et sanctum esse ducetur?* Fam. VII. 18. *vestrae cautiones* infirmae *sunt.* Caecin. 23. *ad probandum utramque rem videam* infirmam *nugatoriamque esse.*

INFITIALIS. Top. 24. *infitialis quaestio* est ea, in qua defensor negat factum, cuius ab accusatore arguitur, quae alias appellatur *coniecturalis.*

INFITIARI, negare aliquod a se factum (*läugnen*). Verr. IV. 47 *sibi iste neque* infitiandi *rationem, neque defendendi facultatem reliquit.* Att. IV. 3. *id poterat* infitiari, *poterat in alios derivare.* Quint. 23. *a me nominis eius, quod* infitiatus *esset, diem petivit.* Partit. 14. *dolorem fugientes multi in tormentis ementiti persaepe sunt, morique maluerunt falsum fatendo, quam*

infitiando *dolere*. Sext. 22. *neque in hoc me hominem esse* infitiabor *umquam.*

INFITIATIO. Orat. II. 25. *nostrae fere causae, quae quidem sunt criminum, plerumque* infitiatione *defenduntur.* Partit. 29. *primus ille status* (*scil.* coniecturalis, *vel* infitialis) rationem habet *iniqui criminis ipsam negationem* infitiationemque *facti.*

INFITIATOR. 1. Est in causa pecuniaria is, unde petitur; Orat. I. 37. *ut si ille* infitiator *probasset iudici, ante petitam esse pecuniam, quam esset coepta deberi.* 2. Is qui pecuniam, quam vere debet, se debere negat. Flacc. 20. *nolite existimare non unam et eandem omnibus in locis fraudatorum esse et* infitiatorum *impudentiam.* Catil. II. 10. *hosce ego non tam milites acres, quam* infitiatores lentos *esse arbitror.* Vid. *Insidiator.*

INFIXUS. 1. De corporibus. Univ. 10. *sidera* infixa *caelo.* Tusc. V. 24. *sidera — certis* infixa *sedibus.* Somn. 4. *orbis extimus — in quo* infixi *sunt illi qui volvuntur stellarum cursus sempiterni.* N. D. II. 10. *omnia quae terra concipiat semina, quaeque ipsa ex se generata stirpibus* infixa *contineat.* 2. De animo. Catil. IV. 11. *dum memoria mei consulatus vestris erit* infixa *mentibus.* N. D. I. 19. *quum infinita — imaginum species — ad deos affluat, — in eas imagines mentem intentam* infixamque *nostram intelligentiam, capere, quae sit et beata natura et aeterna.* Cluent. 6. *hoc quod in communibus hominum sensibus atque in ipsa natura positum atque* infixum *est.* Partit. 2.

INFLAMMARE. 1. Sensu proprio, incendere. Verr. IV. 48. *Ceres dicitur* inflammasse *taedas iis ignibus, qui ex Aetnae vertice erumpunt.* Att. VIII. 2. *quum eadem lucerna hanc epistolam scripsissem, qua* inflammaram *tuam.* 2. Metaphorice, de animi motibus vehementer excitatis. Manil. 2. *Genus belli quod maxime animos vestros excitare atque* inflammare *debet.* Or. I. 14. *num admoveri possit oratio ad sensus animorum atque motus, vel* inflammandos, *vel etiam exstinguendos.* Tusc. I. 29. *quum corporis facibus* inflammari *soleamus ad omnes cupiditates.* Marcell. 10. vicit is (Caesar) *qui non fortuna* inflammaret, *odium suum, sed bonitate leniret.* Prov. cons. 10. *cur eadem resp. quae me in amicos* inflammare *potuit inimicis placare non possit?* Fin. I. 16. *in quibusdam neque pecuniae modus est — nec*

reliquarum cupiditatum, quas nulla praeda umquam improbe parta minuit; potius inflammat. Tusc. I. 6. *libidinibus* inflammatus *et furens.* Fam. I. 7. inflammatus *ad gloriam*

INFLAMMATIO. Orat. 46. *audivi poetam bonum neminem — sine* inflammatione *animorum exsistere posse, et sine quodam afflatu quasi furoris.*

INFLARE 1 De tibiis aut fistulis. Acad. pr. II. 27. simul inflavit tibicen, a perito carmen agnoscitur. Orat. III. 60. *servus cum eburneola fistula, qui* inflaret *eum sonum.* 2. De cibis, *blähen.* Div. II. 58. *faba Pythagorei utique abstinuere, quasi vero eo cibo mens, non venter* inflatur. 3 Metaphorice, de vi et gravitate orationis. Leg. I. 2. *Antipater paullo* inflavit *vehementius*, i. e. maiore vi et gravitate usus est, in historia scribenda. 4. De animo. Pison. 36. *quum tibi spe falsa — animos rumor* inflasset. Arch. 8. *divino spiritu* inflari.

INFLATIO. Div. I. 30. *Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habet* inflationem *magnam is cibus, tranquillitati mentis, quaerentis vera, contrariam.*

INFLATUS, subst. 1. Sensu proprio, de tibiis aut fistulis. Ac. pr. II. 7. *quam multa quae nos fugiunt in cantu, exaudiunt in eo genere exercitati! qui primo* inflatu *tibicinis Antiopam esse aiunt,* (quae agatur) *aut Andromacham, quum id nos ne suspicemur quidem.* Brut. 51. *tibiae si* inflatum *non recipiunt.* 2. Metaphorice. Div. I. 6. *est vis et natura quaedam, quae — aliquo instinctu* inflatuque *divino* (*göttliche Eingebung*) *futura praenuntiat.*

INFLATUS, partic. 1. Sensu proprio. Brut 51. *si tibiae* inflatae *non referant sonum.* 2. Tumidus. Vatin. 2. *serpens* inflato *collo, tumidis cervicibus.* Ibid. 4. *ut aliquando ista quae sunt* inflata *rumpantur* (de struma Vatinii) Div. II. 14. narratur inflatas *rumpi vesiculas.* 3. De animo vel spe, vel laetitia, vel superbia, vel ira nimis elato. Muren. 15. *hostium classis spe atque animis* inflata. Rull. II. 55. *quibus illi rebus elati atque* inflati *non continebuntur.* Off. I. 26. *homines opinionibus* inflati *turpiter irridentur* (de iis qui assentatoribus aures patefaciunt, ut a se ab iis iure laudari putent) Muren. 24. *Catilina* inflatus *tum spe militum, tum collegae mei — promissis.* Phil. XIV. 6. inflati

laetitia atque insolentia impii cives. Tusc. III. 9. inflatus *et tumens animus in vitio est* 4. De oratione turgida. Her. IV. 10. *gravis oratio saepe imperitis videtur ea, quae turget et* inflata *est.* 5. De pronuntiatione nimis animata. Orat. III. 11. *nolo verba exiliter animata exire, nolo* inflata *et quasi anhelata gravius.*

INFLECTERE. 1. De loco. Verr. V. 12. *ubi primum ex alto sinus ad urbem ab litore* inflectitur. 2. De motu. N. D. II. 19 *quum duo sint genera siderum, quorum alterum — nullum umquam cursus sui vestigium* inflectat. P. Red. ad Quir. 5. inflecteres *oculos*, i. e. movere ad dolorem. 3. De animo. Fam. I. 7. *Magnitudinem animi tui ne umquam* inflectas *cuiusquam iniuria.* Muren. 29. *ego te verissime dixerim peccare nihil, neque ulla in re te esse huius modi, ut corrigendus potius, quam leviter* inflectendus *esse videare.* 4. De oratione. Brut. 9. *Demetrius Phalereus primus* inflexit *orationem et eam mollem teneramque addidit.* 5. De iure civili. Caecin. 26. *quid est ius civile? quod neque* inflecti *gratia neque perfringi potentia, neque adulterari pecunia possit.*

INFLEXIO. Orat. III. 59. *gestus rem non demonstratione, sed significatione declarans, laterum* inflexione *hac forti et civili.* Orat. 17.

INFLEXUS. 1. Sensu proprio. Div. I. 17. *Bacillum incurvum et leviter a summo* inflexum. 2. Metaphorice, de voce. Orat. II. 46. inflexa *ad miserabilem sonum voce* Orat. 17. *volet* (orator) *inclinata voce videri gravis, et* inflexa *miserabilis.* 3. De sono in musicis. Orat. 17. e tribus omnino sonis inflexo, acuto gravi, (*mittlere, hohe und tiefe Töne*).

INFLIGERE. Sensu metaphorico. Vatin. 8. *reip. mortiferam plagam* Pis. 14. *vulnera* Planc. 29. *quam illi iudices — graviorem potuerunt reip.* infligere *securim.* Pis. 26. *ut mihi illa omnia immortalem gloriam dederint, tibi sempiternam turpitudinem* inflixerint. Orat. II. 63. *arripitur ab adversario verbum et ex eo — in eum ipsum aliquid qui, lacessivit,* infligitur.

INFLUERE. 1. Sensu proprio Tusc. I. 39 *apud Hypanim fluvium, qui ab Europae parte in Pontum* influit. Div. I. 35 *in amnes mare* influxit. N. D. II. 55. *alter (ventriculus cordis) in quem sanguis — per venam illam cavam* influit. 2. Metaphorice, pro immigrare. Prov. Cons. 13. *Marius* influentes *in Italiam Gallorum*

copias repressit. 3. De animo. Off. II. 9. *ut in universorum animos tamquam* influere *possimus.* Lael. 25. *blanditiis Papirius nuper* influebat *in aures concionis.* Leg. II. 15. *assentior Platoni nihil tam facile in animos teneros atque molles* influere *quam varios canendi sonos.* Orat. II. 55. *ex illa lenitate — ad hanc vim —* influat *oportet aliquid.* Univ. 13. influente *atque effluente animo divino.*

INFORMARE. 1. Fingere. N. D. I. 15. *Chrysippus turbam congregat ignotorum deorum atque ita ignotorum, ut eos ne coniectura quidem* informare *possimus.* Acad. pr. II. 16. *inanium visorum una depulsio est, sive illa cogitatione* informamus, *sive in quiete —*. 2. Describere. Fin. IV. 17. *dicitis* informari *non posse virtutem, si quidpiam, nisi quod honestum sit, numeretur.* Orat. 11. *Orator quem* informare *volumus.* 3. Instituere. Arch. 3. *Artes quibus aetas puerilis ad humanitatem* informari *solet.* 4. Instruere, componere. Sull. 18. *Cornelius ipse etiam nunc de indicando dubitat,* informat *adhuc adumbratum indicium filii, h. e.* ut recte Graevius interpretatur, in illo ficto indicio instruendo et componendo adhuc laborat.

INFORMATIO. 1. Notio, Begriff. N. D. I. 36. *Habebam in animo insitam* informationem *quandam dei.* Ibid. I. 6. πρόληψιν *appellat Epicurus anteceptam animo rei quandam* informationem (*Begriff a priori*). 2. Expositio, s. significatio. Orat. II. 87. *unius verbi imagine totius sententiae* informatio. 3. Explicatio. Partit. 29. secundus locus (i. e. causa definitiva) *definitione, atque descriptione aut* informatione *verbi — tractandus est.*

INFORMATUS. 1. De notionibus innatis s. anticipatis. N. D. I. 27. *quod ita sit* informatum *anticipatumque mentibus nostris, ut homini, quum de deo cogitet forma occurrat humana.* Ibid. II. 5. *Cleanthes dixit in animis hominum* informatas *deorum esse notiones.* 2. Adumbratus, demonstratus. Fin. V. 13. *summatim quidem haec erant de corpore animoque dicenda; quibus quasi* informatum *est, quod hominis natura postulet.* Quint. 10. *ab illo, qui ante dixit,* informata *iam causa est.* 3. Institutus. Off. I. 4. *animus bene a natura* informatus. 4. Constitutus. Att. XI. 6. *non nominatim sed generatim est proscriptio* informata. Att.

I. 1. *petitorum haec est adhuc* informata *cogitatio* (*entworfener Plan*).

INFRA. 1. De loco. N. D. II. 20. infra *Saturnum Iovis stella fertur.* Fam. IX. 26. infra *Eutrapelum Cytheris accubuit.* Fam. VI. 8. *earum literarum exemplum* infra *scriptum est.* 2. De tempore. Brut. 10. *Homerus non* infra *superiorem Lycurgum fuit.* 3. De ordine s. dignitate. Orat. 2. *nec his solum locus est, sed horum vel secundis, vel etiam* infra *secundos.* Fin. III. 7. *ut omnia, quae homini accidant* infra *se esse iudicet.*

INFRACTIO. Tusc. III. 7. infractio *quaedam animi et demissio.*

INFRACTUS. 1. Sensu proprio. Ac. pr. II. 25. *tu te negas* infracto remo *commoveri*; i. e. remo qui quamvis integer sit, in aqua tamen quasi fractus, vel inflexus esse videtur. 2. Metaphorice, de animo. Post. Red. ad Quir. 8. *non modo non* infracto *animo, sed etiam confirmato et renovato.* Dom. 25. infractus *furor tuus inanes faciebat impetus.* 3. De oratione. Orat. 51. infracta *et amputata loqui.*

INFREQUENS. Q. Fr. II. 11. senatus. Her. IV. 27. *rei militaris te* infrequentem *tradiderunt.*

INFREQUENTIA. Q. Fr. III. 1. *summa* infrequentia.

INFRINGERE. 1. Mil. 2. *gloriam alicuius.* Balb. 6. *florem dignitatis.* Att. VII. 2. *esse quiddam suspicor, quod te cogat cedere, et propemodum* infringat. Orat. 2. *non est, cur eorum, qui se studio eloquentiae dediderunt spes* infringatur, *aut languescat industria.*

INFUCATUS, i. q. fucatus. Orat. III. 25. *In scriptis et in dictis non aurium solum sed animi iudicio etiam magis* infucata *vitia noscuntur.*

INFULA, est ornamentum sacerdotum, velamen capitis, ut ex monumentis antiquis videre licet Verr. IV. 50. *sacerdotes cum* infulis *et verbenis.* 2. Ornamentum. Agr. I. 2. *agri publici dicuntur* infulae *imperii* R. sc. quia sunt ornamenta reipubl., et eam venerabilem efficiunt. Sic Senec. ad Helviam 13. ubi v. Lips. Orat. III. 21. *Quare Coracem istum vestrum patiamur — — Pamphilumque, nescio quem, sinamus in* infulis *tantam rem, tamquam pueriles delicias, depingere.* De hoc loco ita Turnebus, ad Agr. I. 2. Putem Ciceronem illudere in Pamphilum, hominem, ut ait Plinius (XXXV. 10.)

rietate homini ut soli ingeneretur *cupiditas cognitionis et scientiae.* Leg. I. 8. *disputari solet — quum alia, quibus cohaerent homines, e mortali genere sumpserint, quae fragilia essent et caduca, animum tamen esse* ingeneratum *a deo*

INGENIOSE. Acad. pr. II. 27. *tractantur ista* ingeniose, *disputantur etiam eleganter;* ubi *ingeniose* ad eloquentiam, *eleganter* ad disputandi subtilitatem refertur.

INGENIOSUS, 1. praeclaris animi dotibus ab natura instructus. Fin V 13 *animi — plures sunt virtutes; sed duo prima genera; unum earum quae ingenerantur suapte natura, appellanturque non voluntariae; — prioris generis est docilitas, memoria; quae fere omnia appellantur uno* ingenii *nomine; easque virtutes qui habent,* ingeniosi (*Leute von Talenten*) *vocantur* Tusc. I 33. *Aristoteles ait, omnes* ingeniosos *melancholicos esse ut ego me* tardiorem *esse non moleste feram.* Rosc. Com. 11. *quo quisque est sollertior* et ingeniosior *hoc docet iracundius et laboriosius.* Tusc. IV. 14. *inter acutos autem et inter hebetes interest, quod* ingeniosi *— in morbum* (i. e animi perturbationem) *et incidunt tardius, et recreantur ocyus; hebetes non idem. Nec vero in omnem morbum ac perturbationem animus* ingeniosi *cadit.* 2. Inprimis ingeniosus dicitur interdum pro diserto. Sic Ti et C Gracchi Rull. II. 5 *ingeniosissimi* vocantur propter eloquentiam.

INGENIUM. 1. Significat indolem a natura homini ingenitam. Off. I. 31. *suum quisque noscat* ingenium. Brut 80 *ardor animi qui etiam ex infantium* ingeniis *elicere voces et querelas solet.* 2. Imprimis de dotibus animi hominis ingenitis, quae ad intelligentiam pertinent usurpatur Fin. V. 13. *unum genus est virtutum, quae ingenerantur suapte natura —* (prioris) *generis est docilitas, memoria, quae fere omnia appellantur uno* ingenii *nomine.* Brut. 29 *iis non omnino* ingenium, *sed oratorium* ingenium *defuit* Orat I. 25. *animi atque* ingenii *celeres quidam motus esse debent, qui et ad excogitandum acuti, et ad explicandum ornandumque sint uberes, et ad memoriam firmi atque diuturni.* 3. Saepius ponitur pro ingenio oratorio. Rosc. Am. I. 1. Sic Orat. II. 35 *quum ad inveniendum in dicendo tria sint,* acumen, *deinde ratio, tertium diligentia, non possum equidem non* ingenio *primas concedere.* Rosc.

Am. 22. *nec* ingenio *accusatoris res iudicatur.* Balb. 1. *si auctoritates patronorum in iudiciis valerent, ab amplissimis viris L. Corneli causa defensa est; si usus, a peritissimis; si* ingenium, *ab eloquentissimis.* 4. Item pro memoria. Rull. III. 2. *quem vestrum tam tardo* ingenio *fore putavit, cui post eos consules Sullam dictatorem fuisse in mentem venire non possit.*

INGENS. Orat. III. 19. *ex* ingenti *quodam oratorem immensoque campo in exiguum sane gyrum compellitis.* Verr. III. 46. ingens *immanisque praeda.*

INGENUE. 1. Liberaliter. Fin. III. 11. *quis — honesta in familia institutus et educatus* ingenue *non ipsa turpitudine, etiam si eum laesura non sit, offenditur?* 2. sincere. Fam. V. 2. *me abs te cupisse laudari aperte et* ingenue *confitebar.* Att. XIII. 27. *isti autem* ingenue, *mihique gratum, quod quid sentirent non reticuerunt.*

INGENUITAS. 1. Proprie est eorum, qui liberis parentibus nati sunt, quorumque nemo iustam servitutem servivit. Verr. I. 58. de P. Iunii filio cui Verres bullam eripuerat. *Neque te tam commovebat, quod ille cum toga praetexta, quam quod sine bulla venerat. Vestitus enim neminem commovebat is, quem illi mos et ius* ingenuitatis *dabat. Quod ornamentum pueritiae pater dederat indicium atque insigne fortunae, hoc ab isto praedone ereptum esse, graviter et acerbe homines ferebant.* Scilicet toga praetexta communis erat vestitus puerorum ingenuorum; aurea bulla vero eorum, qui non solum ingenui essent, sed parentibus etiam ditioribus uterentur. Verr. I. 44. *eripies igitur pupillae togam praetextam? Detrahes ornamenta non solum fortunae, sed etiam* ingenuitatis. 2. Deinde transfertur ad liberalitatem animi ex honesta educatione. Orat. II. 59. *praestet idem* (orator) ingenuitatem *et ruborem suum, verborum turpitudine et rerum obscenitate vitanda.* Acad. post. I. 9. *Theophrastus — ita moratus ut prae se probitatem quandam et* ingenuitatem *ferret.*

INGENUUS. 1. Liberis parentibus natus. Fin. III. 17. *esse hominis* ingenui *et liberaliter educati velle bene audire a parentibus, a propinquis* etc. Orat. I. 31. *illud, quod est homine* ingenuo *liberaliterque educato dignum, non negabo me ista — praecepta didicisse.* Phil. II. 41. ingenui *pueri cum meritoriis, scorta inter*

matres familias versabantur. Her. V. 8. *matribus familias et* ingenuis (pueris et puellis) *sub hostilem libidinem subiectis.* Flacc. 31. *quid?* ab ingenuis *mulieribus hereditates non veniunt?* Brut. 75. *ad elegantiam verborum Latinorum, quae etiamsi orator non sis et sis* ingenuus *civis Romanus tamen necessaria est.* 2. Hinc animus dicitur ingenuus, qui hominem ingenuum decet. Lael. 18. *aperte vel odisse magis* ingenui *est, quam fronte occultare sententiam* Orat. II 3. *sive iudicio — sive pudore a dicendo et timiditate quadam* ingenua *refugisti.* Brut. 67. M. Piso — *hominum ineptias ac stultitias, quae devorandae nobis sunt, non ferebat, iracundiusque respuebat, sive mor se, ut putabatur, sive libero* ingenuoque *fastidio.* Fam V. 21. *teneriore mihi animo videbare, sicut omnes fere, qui vita* ingenua *in beata civitate et in libera viximus* Ibid. II. 6. *est animi* ingenui, *cui multum debeas, eidem plurimum velle debere.* 3. Ingenua etiam dicuntur studia et artes, quae homine ingenuo et liberaliter educato dignae sunt. Orat. III 6. *Est Platonis — vox omnem doctrinam harum* ingenuarum *et liberalium artium uno quodam societatis vinculo contineri* Ibid. III. 32 *Hippias gloriatus est se non solum has artes (tenere) quibus liberales doctrinae atque* ingenuae *continerentur, geometriam, musicam, literarum cognitionem, et poetarum, atque illa quae de naturis rerum, quae de hominum moribus, quae de rebus publicis dicerentur. sed annulum quem haberet, pallium, quo amictus, soccos quibus indutus esset, sua manu confecisse.* Fin. V 8. *qui* ingenuis *studiis atque artibus delectantur, nonne videmus eos — cum maximis curis et laboribus compensare eam, quam ex discendo capiunt voluptatem?* Off I. 42. *opifices omnes in sordida arte versantur. Nec enim quidquam* ingenuum *potest habere officina.*

INGERERE. Att. XI. 6 *sed* ingero *praeterita,* i. e sed mentionem facio praeteritorum, quae sa ius est silentio transire.

INGIGNERE N. D II. 48. *tantam* ingenuit *animantibus conservandi sui custodiam.* Fin. II. 14. *natura cupiditatem* ingenuit *homini veri inveniendi.*

INGLORIUS. Tusc. III 34 *vita inhonorata et* ingloria. Ibid. III. 24. *nec siletur illud potentissimi regis Anapaestum, qui laudat senem et fortunatum esse dicit, quod* inglorius *sit atque ignobilis* ad senectutem

perventurus. Respiciuntur verba Agamemnonis apud Euripidem Iphig. in Aul. v. 15. Ζηλῶ σε γέρον, Ζηλῶ δ' ἀνδρῶν ὃς ἀκίνδυνον βίον ἐξεπέρασ' ἀγνώς, ἀκλεής Leg. I. 11. *propter honestatis et gloriae similitudinem beati, qui honorati sunt, videntur; miseri autem qui* inglorii.

INGRATE. Fam. XII. 1. *immoderate quidam et* ingrate *nostra facilitate abutuntur.* Deiot. XI. 11. quamvis ingrate *et impie necessitudinis nomen repudiaritis,* Nempe Castor qui Deiotarum accusabat erat eius ex filia nepos.

INGRATIFICUS. Sext. 57. ingratifici *Argivi* ex Attio.

INGRATIIS. Quint. 14. *extorquendum est invito atque* ingratiis

INGRATUS. 1. Undankbar. Att. IX. 2. ego ingrati *animi crimen horro.* Ibid. VIII. 4. *nihil cognovi* ingratius *in quo vitio nihil mali non inest.* Milon. 30. *quid esset* ingratius, *quam laetari ceteros, lugere eum solum propter quem ceteri laeturentur.* 2. Ingratum est id quod alicui non est gratum, in quo gratia perditur. Fam. V. 5. *quae ego si non profundere ac perdere videbor, omnibus meis viribus sustinebo; sin* ingrata *esse sentiam* (*merk' ich aber, dafs ich nichts zu Danke mache*) *non committam, ut tibi insanire videar.*

INGRAVESCERE. 1. De malis quae increscunt. Att. X. 14. *iste ardet furore nec remittit aliquid sed in dies* ingravescit. Catil. I. 13. *ut homines aegri morbo gravi quum aestu febrique iactantur, si aquam gelidam biberint, primo relevari videntur, deinde multo* gravius vehementiusque afflictantur; *sic hic morbus qui est in re publica, relevatus istius poena, vehementius viris reliquis* ingravescet. Div. II. 6. *medicus morbum* ingravescentem *ratione providet.* 2. De *corporis* lassitudine. Sen. 11. *corpora defatigatione et exercitatione* ingravescunt, *animi autem se exercendo levantur.* 3. De studiis auctis. Fam. IV. 4. *nam etsi a prima aetate me omnis doctrina liberalis delectavit, tamen hoc studium quotidie* ingravescit. 4. De pretio frumenti aucto. Dom. 5. *quum* ingravesceret *annona, ut iam fames timeretur.* 5. De aetate ad senectutem vergente. Fam. II. 1. *aetas nostra iam* ingravescens.

INGREDI 1. Sensu proprio et transitivo. Phil. II. 27. ingredi *domum.* Catil. III. 2. *pontem.* Caecin. 8. *in antiquum fundum.* Ibid. ingrediens *intra finem eius*

loci, quem oleae terminabant. Sen. 10. ingredi *iter pedibus.* 2. Intransitive, *gehen, einhergehen.* Tusc. I. 31. *qui in compedibus corporis fuerunt, etiam quum soluti sunt tardius* ingrediuntur. Rab Perd 7. *quum armatus M. Aemilius princeps senatus in comitio constitisset, qui, quum* ingredi *vix posset, non ad insequendum sibi tarditatem pedum, sed ad fugiendum impedimento fore putabat.* Fam. X. 17. *quum primum posse* ingredi *coepit* scil. Planci frater ex morbo convalescens. Att. II. 23. *si dormis expergiscere; si stas,* ingredere; *si* ingrederis, *curre; si curris advola* Fin. V. 2. De urbe Athenarum. *Quacunque* ingredimur *in aliquam historiam vestigium ponimus.* Orat. I. 61. *Demosthenes — versus multos uno spiritu pronuntiare consuescebat, neque is consistens in loco, sed inambulans atque ascensu* ingrediens *arduo.* 3. Metaphorice; aliquid aggredi, suscipere, incipere. Off. III. 2. *qui vitam honestam* ingredi *cogitant.* Brut 96. *doleo me in vitam paullo serius, tamquam in viam* ingressum, *priusquam confectum iter sit in hanc reip. noctem incidisse.* Fam II. 3 ingredior *ad explicandam rationem sententiae meae.* Planc. 3. *quamquam qua nolui ianua sim* ingressus *in causam.* Fat. 2. *audies ut Romanum hominem, ut timide* ingredientem *ad hoc genus disputandi.* Sen. 14. *quoties illum* (C. Gallum) *lux noctu aliquid describere* ingressum, *quoties nox oppressit, quum mane coepisset.* Acad. II. pr. 6. *quod nos facere* ingredimur. Top. I. *maiores nos res scribere* ingressos — *e cursu ipso revocavit voluntas tua.* Orat. III. 36. *certe et hae partes fuerunt de illustranda oratione ut diceres; et eras ipse iam* ingressus. — *Quo quum* ingressus *esses, repente te quasi quidam aestus ingenii tui procul a terra abripuit, atque in altum a conspectu paene omnium abstraxit.* Orat. II. 53. *neque assiliendum statim est ad illud genus orationis — nec quum in eam rationem* ingressus *sis celeriter discedere.* Rab. Post. 2. *est difficile, quod quum spe magna sis* ingressus, *id non exsequi usque ad extremum.* Fam. II. 25. *quo die primum in spem libertatis* ingressus *sum.*

INGRESSIO. 1. Sensu proprio. Phil. V. 4. *ut ab* ingressione *fori — populum tribunosque plebis propulsari videres.* 2. De introitu disputationis. Orat. 3. *video hanc primam* ingressionem *meam non ex oratoris disputationibus ductam, sed e media philosophia repe-*

INHIARE. Catil. III. 8. (Romulum) *inauratum in Capitolio parvum atque lactentem uberibus lupinis* inhiantem *fuisse meministis.*

INHIBERE, verbum nautivum; quod Cicero ipse explicat. Att. XIII. 21. INHIBERE *illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer displicet; est enim verbum totum nauticum; quamquam id quidem sciebam; sed arbitrabar* SUSTINERI *remos, quum* INHIBERE *essent remiges iussi. Id non esse eiusmodi didici heri quum ad villam nostram navis appelleretur. Non enim* SUSTINENT *sed alio modo remigant. Id ab* ἐποχῇ *remotissimum est; quae facies, ut ita sit in libro, quemadmodum fuit.* Nempe Cicero quum in Academicis verbum ἐπέχειν latino verbo *sustinere* reddidisset, Atticus ei verbum *inhibere* commendaverat, quod initio quidem Ciceroni placuit, deinde autem, re melius cognita illud abiecit, et verbum *sustinere* retinendum putavit. cf. I. F. Gronovii obss. lib. IV. c. 24. ubi docuit aliud esse *inhibere remis;* aliud *inhibere remos;* quod tamen an veteres dixerint, ipse dubitat. *Inhibere remis* autem; idem est quod Graeci appellarunt πρύμναν κρούεσθαι, vel ἐπὶ πρύμναν κρούεσθαι. Orat. I. 33. *ut concitato navigio quum remiges* inhibuerunt, *retinet tamen ipsa navis notum et cursum suum, intermisso impetu pulsuque remorum;* quo loco Pearcius pro *inhibuerunt* legendum censuit *sustinuerunt.* Recte quidem, si Cicero quum ista scriberet iam illum verbi *inhibere*, usum nauticum intellexisset, quam postea demum cognovit. Itaque h. l. nihil est mutandum. 2. *Inhibere* etiam dicitur pro *adhibere.* Phil. VIII. 18. *eadem* inhiberet *supplicia nobis.*

INHIBITIO. Att. XIII. 21. Inhibitio *remigum motum habet et vehementiorem quidem remigationis navem convertentis ad puppim.*

INHONESTE. Att. II. 1. *Favonius — accusavit* (Scipionem) *Nasicam* inhoneste, *ac modeste tamen dixit, ita ut Rhodi videretur molis potius quam Moloni operam dedisse,* quae verba (*inhoneste* et *modeste*) quum nonnullis viderentur inter se pugnare Manutius et Gronovius ita locum expediebant, ut *modeste dicere*, cum quadam laudis simulatione significaret eum frigidum et malum accusatorem fuisse. Mihi vero sic potius legendum videtur: *Accusavit Nasicam moleste, ac*

tamen dixit ita, ut Rhodi videretur molis potius, quam Moloni operam dedisse.

INHONESTUS Rosc. Am. 18. quum Erucius Roscii filio vitam rusticam quasi crimini dedisset: *Nae tu, Eruci, accusator esses ridiculus, si illis temporibus natus esses, quum ab aratro arcessebantur qui consules fierent. Etenim qui praeesse agro colendo* flagitium *putes, profecto illum* A ilium, *quem sua manu spargentem semen, qui missi erant, convenerunt, hominem turpissimum atque* inhonestissimum *iudicares.*

INHONORATUS. Tusc. III. 34. *vita* inhonorata *et ingloria* Ibid. 24. *multi* inhonorati *proferuntur et quidem propter id ipsum beatiores.*

INHORRESCERE. Div. I. 14. Orat. III. 39. inhorrescit *mare;* ex Pacuvio. Fr. de Rep. IV. *horum in severitatem dicitur* inhorruisse *primum civitas.*

NHOSPITALITAS. Tusc. IV 11 Inhospitalitas (ex definitione Stoicorum est) *opinio vehemens valde fugiendum esse hospitem eaque inhaerens et penitus insita.*

INHUMANE. Off III. 6. *si quid ab homine ad nullam partem utili tuae utilitatis causa detraxeris,* inhumane *feceris, contraque naturae legem.* Lael. 13. *alios dicere aiunt, multo etiam* inhumanius — *praesidii adiumentique causa, non benivolentiae atque caritatis, amicitias esse expetendas.*

INHUMANITAS 1. Orat. I. 22. est negantis, quae rogatur, quum facere possit. (*Ungefalligkeit*) 2. Muren. 4. dicitur de eo, qui defensionem rei deponit, (*Undienstfertigkeit*) opponitur *officiosus.* 3. Est hominis difficilis et morosi. Sen. 3. *moderati et nec* difficiles, *nec* inhumani *senes tolerabilem agunt senectutem. Importunitas autem et* inhumanitas (mürrisches Wesen) *omni aetati molesta est.* 4. Est eius qui propter sordidam parsimoniam abhorret, a vitae humanae cultu et elegantia. Mur. 36. odit populus Romanus privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit; non amat profusas epulas, sordes et inhumanitatem (*Filzigkeit und unanständige Knickerey*) multo minus. 5. De eo qui consuetudines vitae communis non servat. Phil. II. 4. *At literas quas me sibi misisse diceret, recitavit homo et* humanitatis expers, *et vitae communis ignarus. Quis enim umquam, qui paullum modo bonorum consuetudinem nosset, literas ad se ab amico missas, offensione*

aliqua interposita in medium protulit palamque recitavit — Sit hoc inhumanitatis *tuae* (*dein Mangel an Lebensart*). 6 De crudelitate. Verr. V. 44. illam clementiam mansuetudinemque nostri imperii in tantam crudelitatem inhumanitatemque (*Unmenschlichkeit*) esse conversam!

INHUMANITER, *unartig, unhöflich.* Q. Fr. III. 1. *dictum mihi est Hippodamum ad te profectum esse. Non possum scribere, me miratum esse illum tam* inhumaniter *fecisse, ut sine meis literis ad te proficisceretur, illud scribo mihi molestum fuisse.*

INHUMANUS. 1. Off III. 11. inhumanum *est usu urbis prohibere peregrinos.* Lael 14. non inhumana *est virtus* (scil. quia populis universis consulis), *neque immanis, neque superba.* 2. Rusticus. Off. I. 36. *agrestis et* inhumana *negligentia.* 3. Qui utilitatem honesto praefert. Fin. III 19. *illa vox* inhumana *et scelerata ducitur eorum, qui negant se recusare, quo minus ipsis mortuis terrarum omnium deflagratio consequatur.* 4. Stupidus, indoctus. Orat. 31. *aures* inhumanae. Sen. p. Red. inhumanum *negotium.* 5. Saevus. Verr. III. 2. *Postulatur ab omnibus, ut ab iis se abstineant maxime vitiis*, in quibus alterum reprehenderint — *Maleficum quempiam adduxeris* (in iudicium) *aut crudelem? Cavendum erit semper, ne qua in re asperior, aut* inhumanior *fuisse videare!* 6. Iniquus. Verr. I. 42. *Testamentum P. Annius fecerat, non improbum, non inofficiosum, non* inhumanum. 7. Inurbanus. Quint. 3. *neque* inhumanus praeco est existimatus. 8. Off. I. 40. *inhumanus* (unartig) dicitur, qui in convivio meditatur attentius, quod alienum est ab homine in convivio non hilarem esse, loqui etc. *Ern.*

INHUMATUS. Phil. 14. 13. *gauderent eos nec* inhumatos — *nec dispersis bustis humili sepultura crematos.* Tusc. I. 43. *Diogenes — Cynicus — proiici se iussit* inhumatum.

INIBI, *ibi.* Rull. I. 7. *superbia nata* inibi (Capuae) *ex Campanorum fastidio videtur.* 2. In eo, de tempore iam instante. Phil. XIV. 2. *quod sperare nos quidem debemus aut* inibi *esse,* (i. e. eum maxime agi) *aut iam esse confectum.*

INIENS. Manil. 12. *Pompeius extrema hieme bellum apparavit,* ineunte *vere suscepit, media aestate confecit.* Brut. 41. ineunte *aetate.* Manil. 1. *vitae ratio-*

nes ab ineunte *aetate susceptae.* Caecil. 2. *ab* ineunte *adolescentia.*

INIECTUS. 1. Sensu proprio. Div. I. 27. *se interfectum in plaustrum a caupone esse coniectum, et supra stercus iniectum.* 2. Per translationem. Muren. 24. *securis* iniecta *petitioni.* Rull. II. 29. *tenuissima suspicione hostium* iniecta. Caecin. 29. *periculum mortis* iniectum. Cluent. 18. *Scrupulus* iniectus.

INIICERE. 1. Sensu proprio. N. D. III. 34. iniicere *laneum pallium alicui.* Fin. III. 22. *vincula.* 2. Metaphorice. Att. XVI. 5. iniicere *spem alicui.* Fin. V. 31. *terrorem mortis.* Fam. XI. 10. *cupiditatem et cogitationem.* Caecin. 33. *religionem.* Verr. III. 28. *formidinem.* Mil. 51. *ira deorum hanc eius satellitibus* iniecit *amentiam.* 3. Mentionem facere. Fam. XII. 16. *quum mihi in sermone* iniecisset, *se velle Asiam visere.* Att. XVI. 5. *Bruto quum saepe* iniecissem *de ὁμονοίᾳ, non perinde atque ego putaram arripere visus est.* Quint. 21. id, quod Hortensium quia nuper iniecit, (*weil er es neulich so hinwarf,*) et *quia Naevius semper id clamitat dicturum arbitror.* Dom. 6. *is meum nomen operariis ediderat, imperitis* iniecerat. 4. Intendere. N. D. I. 20. *in quam se animus* iniiciens *et intendens.* 5. Includere. Fam VII. 16. *nunc in hibernis* iniectus *esse videris itaque te commovere non curas.* 6 Coniicere. Dom. 24. *se in medios hostes* iniecisse.

INIMICE. N. D. I. 3. *qui admonent amice, docendi sunt; qui* inimice insectantur, repellendi. Quint. 21. inimicissime *atque infestissime contendere.*

INIMICITIA. Tusc. IV. 9. inimicitia, *ira ulciscendi tempus observans.* Rab. Post. 12. *neque me poenitet mortales* inimicitias, *sempiternas amicitias habere.* Prov. cons. 9. inimicitiae — *quas in viris fortissimis non solum extinxit reip. dignitas et ipsorum, sed etiam ad amicitiam consuetudinemque traduxit.* Att. XIV. 13. *libentius deponimus* inimicitias *reip. nomine susceptas quam contumaciae.* Cluent. 67. *novis inter propinquos susceptis* inimicitiis. Font. 11. *An dubitatis — quin insitas* inimicitias *istae gentes omnes et habeant et gerant cum populi Romani nomine?* Cael. 13. *neque enim muliebres umquam* inimicitias mihi gerendas *putavi, praesertim cum ea* (Clodia) *quam omnes semper* amicam *omnium potius quam cuiusquam* inimicam *putaverunt,* facete et contumeliose in Clodiam, quasi ἑταίραν omnium

virorum. Deiot. 11. inimicitias *hominum more* (*i. e.* non nimis acerbe) *gerere poteratis, non ficto crimine insectari, non expetere vitam, non capitis arcessere.*

INIMICUS. 1. De hominibus. Verr. III. 13. *quis hunc audet dicere oratoribus infestum aut* inimicum *fuisse?* Verr. II. 61 infenso *animo atque* inimico *venisse.* 2. De aliis rebus. Contrarius, adversus. Tusc. IV. 15 *turbidi animorum concitatique motus, aversi a ratione et* inimicissimi *menti vitaeque tranquillae.* Fat. 7. *Diodori vobis* inimica sententia. Lael. 16. *Scipio negabat ullam vocem* inimiciorem *amicitiae potuisse reperiri, quam eius, qui dixisset, ita amare oportere, ut si aliquando esset osurus* Orat. 57. *ut versum fugimus in oratione, sic hi sunt evitandi continuati pedes. Aliud enim quiddam est oratio* (*die Prosa*), *nec quidquam* inimicius *quam illa versibus.*

INIQUE. Dom. 33. *expulsi sunt* inique. 2. Inepte. Deiot. 11. inique *Castorem cum Domitio comparo.* Cluent. 21. *iam hoc quoque prope* iniquissime *comparatum est, quod in morbis corporis, ut quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus atque optimus quaeritur, in periculis capitis, ut quaeque causa difficillima est, ita deterrimus obscurissimusque patronus adhibetur.*

INIQUITAS. 1. Catil. IV 4. quum Caesar coniuratos municipiis dispertiendos esse censuisset: *Habere videtur ista res* iniquitatem, *si imparare velis, difficultatem si rogare.* Verr. III. 89. *locus intra oceanum iam nullus est — quo non per haec tempora nostrorum hominum libido* iniquitasque *pervaserit.* 2. *Iniquitas* dicitur etiam ubi summo iure agitur (*unbillige Strenge*). Caecin 23. *Si verbis et literis, et* (*ut dici solet*) *summo iure contenditur, solent eiusmodi* iniquitati *boni et aequi nomen dignitatemque opponere.* 3. De temporibus. Rosc. Am. 1. *defendere ipsi propter* iniquitatem *temporum non audent.*

INIQUUS. 1. Rab. Post. 9. de pecunia a Rabirio regi Ptolemaeo cum magno fortunarum suarum periculo credita: *in quo aequi sperasse Postumum dicunt, peccasse* iniqui, *ipse etiam insanisse se confitetur.* 2. Iniquus est vel in unum aliquem, qui ei parum favet, vel in omnes, qui nimia utitur severitate. Planc. 16. de iudicibus in reum deligendis: *Tu me ignaro, nec opinante, inscio notes et tuos et tuorum necessarios, vel*

iniquos *meos, vel etiam defensorum meorum eodemque adiungas, quos natura putes asperos atque omnibus* iniquos. Nempe *omnibus iniqui* iudices sunt qui in omnibus causis acerba severitate utuntur. Sic Orat. 70. quum Scipioni M. Flaccus — P. Mucium iudicem tulisset *Eiero, inquit*, iniquus *est. Quum esset admurmuratum, Ah, inquit, P. C. non ego mihi illum* iniquum *eiero, verum omnibus.* Fam. I. 5. *ceteri sunt partim obscurius* iniqui, *partim non dissimulanter irati.*

INIRE. 1. Sensu proprio. Deiot. 3. inire *domum.* Rosc. Am. 18. convivia. Harusp. 18. cubile. 2. Metaphorice, pro aggredi, suscipere. Phil. III. 1. inire *magistratum.* N. D. II. 48. *societatem.* Deiot. 2. *consilium facinoris.* Rosc. Am. 34. *si nullum iam ante consilium de morte ac de bonis eius* inieras, *nullamque societatem neque sceleris, neque praemii cum alio homine coieras.* Fam. XIII. 18. ineas *rationem, quemadmodum ea mulier Romam perducatur.* Att. XV. 9. *ea ratio aedificandi* initur *consiliario — Vestorio.* Verr. III. 46. *mihimet* ineunda *ratio et reperienda via est.* Rull. II. 25. inibitur *ratio quaestus de pecunia vestra.* Ibi in edd. vett. et aliquot MSS. legitur *inictur*, quod Graevius ferendum putabat, eadem scil. ratione dictum, qua *sciam* et *scibo*, *serviam* et *servibo*, *molliam* et *mollibo* occurrunt. 3. *Inire gratiam*, est sibi demereri. Fin. IV. 12. *gravitate membrorum, et cruciatu dolorum si quis quem levet, magnam* ineat gratiam. Caecin. 27. *permagnam* initis *a nobis gratiam* (*ihr thut uns einen grossen Gefallen*). Att. VII. 9. *quod ille si faciat iamiam a bonis omnibus summam* ineat *gratiam.*

INITIA. 1. Naturae. Fin. II. 12. III. 6. vid. *Commentatio. Elementum.* 2. Acad. pr. II. 36. initia *mathematicorum, quibus non concessis digitum progredi non possunt.* Sunt postulata et axiomata. 3. Mysteria. Leg. II. 14. *nihil melius illis mysteriis quibus ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem mitigatique sumus:* initiaque, *ut appellantur, ita revera* principia *vitae cognovimus.* Vid. *Mysterium.* Hortens fr. *Humanae vitae erroribus et aerumnis fit, ut interdum veteres illi sive vates, sive in sacris* initiisque *tradendis divinae mentis interpretes, qui nos ob aliqua scelera suscepta in vita superiore poenarum luendarum causa natos esse dixerunt, aliquid dixisse videantur.*

INITIARI. Admitti ad mysteria Cereris, Tusc. I. 13. *Reminiscere, quoniam es* initiatus *quae tradantur mysteriis.* N. D. I. 42, *omitto Eleusina, sanctam illam et augustam,* „*ubi* initiantur *gentes orarum ultimae.*" Leg. II. 15 *diligentissime sanciendum est, ut mulierum famam multorum oculis lux clara custodiat,* initienturque *eo ritu Cereri, quo Romae initiantur,* scil. interdiu, non noctu. Ceterum Cereris mysteria a Romanis quoque suscepta esse testatur Cicero Verr. V. 72. *Teque Ceres et Libera — quarum sacra populus Romanus a Graecis accepta et ascita tanta religione et publice et privatim tuetur.* 2. Consecrari. Catil. I. 6. *quoties iam tibi extorta est sica ista de manibus — quae quidem quibus abs te* initiata *sacris ac devota sit nescio, quod eam necesse putas consulis in corpore defigere.*

INITIUM. Tusc. I. 38. *quomodo* initium *nobis rerum omnium ortus noster affert, sic* exitum *mors.* Brut. 34. *L. Bestia bonis* initiis *orsus tribunatus — tristes* exitus *habuit consulatus.* Att. IX. 11. *belli* initium *ducetur a fame.* Att. III. 23. *tu velim, ut se* initia *dederint, ad me perscribas.*

INIUCUNDITAS. N. D. II. 55. *quemadmodum reliquiae cibi depellantur — haud sane difficile dictu est, sed tamen praetereundum est, ne quid habeat* iniucunditatis *oratio.*

INIUCUNDUS. Fam. XI. 6. *inanem sermonem literarum tibi* iniucundum *esse audiebam.* Q. Fr. III. 8. *rumor dictatoris* iniucundus *bonis.*

INIUNGERE, in epistola D. Bruti. Fam. XI. 13. *ne quod detrimentum reipubl.* iniungant.

INIURATUS. Sull. 11. *An me existimasti haec* iniuratum *in iudicio non esse dicturum, quae* iuratus *in maxima concione dixissem?* Off. III. 29. Scite Euripides: „*Iuravi lingua, mentem* iniuratam *gero.* Apud Euripidem in Hippolyto v. 611. est: ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος. Verr. Act. I. 10. quum Verres variis modis iudicium differre constituisset; sperabat defessa ac refrigerata accusatione rem integram ad M. Metellum (anno proximo) praetorem esse venturam. *Quem,* inquit Cic., *ego hominem si eius fidei diffisus essem, iudicem non retinuissem. Nunc tamen eo animo sum, ut eo iudice, quam praetore hanc rem transigi malim, et* iurato *suam, quam* iniurato *aliorum tabellas committere.*

boni esse videantur. Ibid. I. 14. *qui aliis nocent, ut in alios liberales sint, in eadem sunt* iniustitia, *ut si in suam rem alienam convertant.* N. D. III. 20. iniustitiae, *intemperantiae, timiditatis quae semina essent, si his vitiis ratio non subesset.*

INIUSTUS. 1. Sensu proprio. Orat. II. 50. *ut illam non Norbani seditionem, sed populi Romani iracundiam, neque eam* iniustam, *sed meritam ac debitam fuisse defendas.* Leg. II. 5. *Lex est iustorum* iniustorumque *distinctio.* Ibid. *ex quo intelligi par est, eos, qui perniciosa et* iniusta *populis iussa descripserint — quidvis potius tulisse, quam leges.* 2. Iniquus, inconveniens. Orat. 10. *si sustinere tantam quaestionem non potuero,* iniusti *oneris impositi tua culpa sit, mea recepti.*

INNASCI. N. D. II. 23. *altissimus gradus est eorum, qui natura boni sapientesque gignuntur, quibus a principio* innascitur *ratio recta constansque.* Off. I. 19. *in elatione et magnitudine animi facillime pertinacia et nimia cupiditas principatus* innascitur.

INNATARE. N. D. II. 48. *quum pisciculi parvi in concham hiantem* innataverint.

INNATUS. N. D. I. 17. *Intelligi necesse est, esse deos, quoniam insitas eorum vel potius* innatas *cognitiones habemus.* Fin. IV. 2. *habere insitam quandam vel potius* innatam *cupiditatem scientiae.* Ibid. II. 31. ista *— summorum officiorum in extremo spiritu conservatio indicat* innatam *esse homini probitatem gratuitam, non invitatam voluptatibus.* Verr. V. 53. *reliqua est ea causa — quae non iam recepta, sed* innata, *neque delata ad me sed in animo sensuque meo penitus affixa atque insita est.*

INNOCENS. 1. Tusc. V. 14. Innocens *dicitur, non qui leviter nocet, sed qui nihil nocet.* Verr. IV. 3. Vir *integer,* innocens, *religiosus.* Rosc. Am. 20. Innocens *si acusatus sit, absolvi potest; nocens, nisi accusatus fuerit condemnari non potest.* 2. Per translationem. Fam. VII. 19. *Epistolam tuam — concidi* innocentem; *nihil enim habebat, quod non vel in concione legi posset*

INNOCENTIA. Tusc. III. 8. *omnem abstinentiam, omnem* innocentiam (*quae apud Graecos usitatum nomen nullum habet, sed habere potest* ἀβλάβειαν; *nam est* innocentia *affectio talis animi, quae noceat nemini.*)

reliquas etiam virtutes frugalitas continet. Caecil. 9. (in eo qui alterum accuset, oportet esse) *integritatem atque* innocentiam *singularem.* Orat. 65. *ubi lubido dominatur,* innocentiae *leve praesidium est.*

INNOVARE. Pis. 27. *quo te modo ad tuam intemperantiam scelerate* innovasti

INNUMERABILIS. N. D. I. 10. *Anaximandri opinio est nativos esse deos, — eosque* innumerabiles *esse mundos.* cf. Acad. pr II. 10. Orat. II. 32. *quae quum de facto non ambigitur, quaeruntur qualia sint, ea si ex reis numeres et* innumerabilia *sunt, et obscura; si ex rebus, valde modica et illustria.* N. D I. 20. *infinita vis* innumerabilium *atomorum.*

INNUMERABILITAS. N. D. I. 26. *mundorum.* Ibid. 39. *atomorum.*

INNUERE. Her. IV. 26. *quod si iste suos hospites rogasset, immo* innuisset *modo, hoc facile perfici posset.*

INNUPTUS. Orat. III. 58. apud Poetam. *Paris Helenam* innuptis *iunxit nuptiis,* i. e. infelicibus s. ut Eurip. Hel. 696 ἀγάμοις γάμοις.

INOBSCURO. Phil. IX. 5. *nulla eius legationem posteritatis* inobscurabit *oblivio.*

INOFFICIOSUS Att. XIII. 27. *de epistola ad Caesarem nobis vero semper rectissime placuit, ut isti* (Oppius et Balbus) *ante legerent. Aliter fuissemus et in hos* inofficiosi, *et in nosmetipsos, si illum offensuri simus, paene periculosi.*

INOPIA. 1. Paupertas. Inv. I. 47. *si propter* inopiam *in egestate estis, pecuniam non habetis.* Sen. 3. *neque* in summa inopia levis esse senectus potest, ne sapienti quidem; nec insipienti, etiam in summa copia, *non gravis.* 2. Certarum rerum, quibus aegre caremus, absentia, s. paucitas, Dom. 4. frugum inopia. Ibid. inopia *rei frumentariae.* Att. IV. 1. *homines mea opera* inopiam *esse frumenti clamant* Dom. 30. inopia *tecti in foro pernoctare.* Att. VI. 3. *magna consilii* inopia. 3. Opponitur interdum gratiae, opibus. Quint. 27. *omnia sunt eiusmodi, quivis ut perspicere possit, in hac causa improbitatem et gratiam, cum* inopia *et veritate contendere.* Cluent. 20. *Fabricius — iis* (Aletrinatibus) *neque defensoribus uti postea, neque laudatoribus potuit. — Itaque tum ille* inopia *et necessitate coactus — ad Cepasios — confugit,* ubi *inopia* significat

cat, eum a defensoribus ceteris desertum fuisse. 5. In oratoribus *inopia* opponitur *ubertati*. Brut. 55. *Cavenda est presso illi oratori* inopia *et ieiunitas* (*Gedankenleere und Trockenheit*).

INOPINATUS. Verr. II. 8. *nova tibi haec sunt et* inopinata? Ibid. 28. *improvisum* inopinatumque. Parad. V. (secundum Stoicos) *omnes improbi servi. Nec hoc tam re est, quam dictu* inopinatum *et mirabile*. N. D. II. 48. *ut in araneolis — aliae ex* inopinato *observant, et si quid incidit, arripiunt*.

INOPPORTUNUS. Orat. III. 5. *est in eo loco sedes huic nostro non* inopportuna *sermoni*.

INOPS. 1. Qui caret pecunia. Verr. III. 70. *aerarium* inops *et exhaustum*. 2. Qui caret aliis commodis. Dom. 22. inops *erum ab amicis*. Orat. II. 10. inops *quidam humanitatis et inurbanus*. 3. De lingua verbis haud abundante. Fin. I. 3. *ita sentio — Latinam linguam non modo non* inopem, — *sed locupletiorem etiam esse, quam Graecam*. Fin. III. 15. Zeno dicitur usus esse *in lingua copiosa factis tamen nominibus ac novis, quod nobis in hac* inopi *lingua non conceditur; quamquam tu hanc copiosiorem etiam dicere soles*. Tusc. II. 15. *o verborum* inops *interdum quibus abundare te semper putas Graecia!* 4. De oratione ieiuna, vel sententiis, vel verbis. Brut. 70. *Messalla — nullo modo* inops, *sed non nimis ornatus genere verborum*. Ibid. 67. *non erat abundans, non* inops *tamen oratio*. Ibid. 70. *Lentulus — non tardus sententiis, non* inops *verbis*. 4. De arte rhetorica. Brut. 76. *disciplina Hermagorae* inops *ad ornandum, ad inveniendum expedita*.

INORATUS. Rosc. Am. 9. legati re inorata reverterunt.

INORDINATUS. Univ. 3. *id ex* inordinato *in ordinem adduxit*.

INORNATE. Her. IV. 31. non inornate dicere.

INORNATUS. Her. IV. 56. *nuda atque* inornata *inventio*. Orat. 23. *ut mulieres esse dicuntur nonnullae* inornatae, *quas id ipsum deceat, sic haec subtilis oratio etiam incompta delectat*. Ibid. 9. *intelligamus hoc esse Atticum in Lysia, non quod tenuis sit, atque* inornatus, *sed quod nihil habeat insolens atque ineptum*.

INPRIMIS, cum superlativo. Verr. III. 27. inprimis *improbissimus*.

INQUILINUS, qui in alienis aedibus habitat, praesertim conductis. Att. XIV. 9. *tabernae mihi duae corruerunt — itaque non solum* inquilini, *sed mures etiam migrarunt.* Phil. II. 41. *at vero te* inquilino, (in villa Varronis) *non enim domino, personabant omnia vocibus ebriorum.*

INQUINARE. Tusc. V. 2. inquinare *se parricidio.* Ibid. I. 30. *domesticis vitiis atque flagitiis..* Fin. V. 8. *ad eas res* (scil. vel voluptatem, vel vacuitatem doloris) *referre quae ugas — obscurantis est omnem splendorem honestatis, ne dicam* inquinantis. Planc. 19. *Ego Plancium, Laterensis* (qui illum ex lege Licinia de sodalitiis accusaverat) *et ipsum gratiosum esse dico et habuisse in petitione multos cupidos sui gratiosos, quos tu si sodales vocas, officiosam amicitiam nomine* inquinas *criminoso.* Pis. 29. *idem casus illum* — (Philodemum) — *istius impurissimae et intemperantissimae pecudis* (Pisonis) *coeno et sordibus* inquinavit.

INQUINATE. De vitiis sermonis. Brut. 74. *confluxerunt — in hanc urbem multi* inquinate *loquentes.*

INQUINATUS. 1. Sensu proprio. Tusc. V. 34. *Darius in fuga, quum aquam turbidam et cadaveribus* inquinatam *bibisset, negavit umquam se bibisse iucundius.* 2. De vitae turpitudine ex flagitiis et vitiis. Fin. IV. 23. *homines sceleribus et parricidiis* inquinati. Rosc. Am. 24. *omnibus flagitiis vita* inquinata. Cael. 32. *Sex. Clodius, quem — vidistis — hominem ore, lingua, manu, vita omni* inquinatum. Ibid. 6. *quis in voluptatibus* inquinatior? 3. De aliis rebus inhonestis. Off. II. 6. de hominibus qui pretio ac mercede ducuntur; *quae sordidissima est illa quidem ratio et* inquinatissima. Pet. Cons. 14. *comitia largitione* inquinata. 4. De sermone. Verr. III. 26. *sermo* inquinatissimus, *blanditiae flagitiosae.* Opt. Gen. Or. 3. *est vitiosum in verbis, si* inquinatum, *si abiectum* etc. Orat. 49. *versus* inquinatus *insuavissima litera.*

INQUIRERE. 1. Exquirere. Off. I. 13. *si quis ab ineunte aetate habet causam celebritatis et nominis — in hunc oculi omnium coniiciuntur, atque in eum, quid agat, quemadmodum vivat,* inquiritur. Brut. 82. *Calvus — accuratius quoddam dicendi et exquisitius afferebat genus — nimium tamen* inquirens *in se atque ipse sese observans, metuensque ne vitiosum colligeret etiam verum sanguinem deperdebat.* Leg. I. 1. *ne nimis*

diligenter inquiras *in ea, quae isto modo memoriae sunt prodita.* 2. De inquisitione accusatoris. Verr. Act. I. 2. *quum ego diem in Sicilia* inquirendi *perexiguam postulavissem,* (Verrem scil. accusaturus) Verr. IV. 65. *quod ad* inquirendum *in te venerit.* Scaur. fr. *subiit populi iudicium* inquirente *tribuno plebis.* Muren. 21. *scis tu illum accusationem agitare?* inquirere *in competitores? testes quaerere?*

INQUISITIO. 1. Investigatio. Off. I. 4. *inprimis hominis est propria veri* inquisitio *atque investigatio.* 2. Deinde est accusatorum, qui ea conquirunt, quae ad confirmandam accusationem pertinent. Flacc. 5. *Laelius inflammatus incredibili cupiditate hanc causam accusationem ue suscepit. Qui comitatus in* inquirendo? *comitatum dico! immo vero quantus exercitus! — quarum rerum invidia lege hac recenti et nova certus est* inquisitioni *comitum numerus constitutus.* Designatur *lex Iulia* de repetundis. Muren. 21 *petitorem ego, praesertim consulatus, magna spe — et in forum et in campum deduci volo; non placet mihi* inquisitio *candidati,* (i. e. non placet candidatum qui omnem operam diligentiamque in petitione ponere deberet, in competitorem inquirere) *pruenuntia repulsae.*

INQUISITOR. 1. Investigator. Acad fr. *non vocabulorum opificem, sed rerum* inquisitorem *decet esse sapientem.* 2. In iudiciis inquisitor dicitur accusator, quum ad accusationem instruendam, tabulas, literas, testes conquirit. Verr. Act. I. 2. inquisitor *Achaicus.*

INQUIT, pro secunda persona Fin. I. 2. Synephebos, inquit, ego potius — legam. De qua ratione vid. Gron. et Drackenborch ad Liv. XXXIV. 3. Sic et Horatius utitur, et Graeci τῷ ἔφη. 2. Pro plurali est. Fin. IV. 24. 3. Fam. XI. 1. *inquis* est pro *inquies. Ern.*

INSANABILIS. 1 Sensu proprio. Tusc. V. 2. insanabilis *morbus.* 2. Metaphorice. Orat. 26. *vitabit* insanabiles *contumelias.*

INSANIA. Tusc. III. 4. *nomen* insaniae *significat mentis aegrotationem et morbum.* Ibid 5. *Graeci μανίαν unde appellent non facile dixerim. Eam tamen ipsam distinguimus nos melius quam illi. Hanc enim* insaniam, *quae iuncta stultitiae patet latius, a furore disiungimus.* Sull. 25. insania *libidinum.* Q. Fr. III 1. insania *villarum,* est insana magnificentia in villis ex-

INSCIENTIA. 1. Ignorantia. N. D. III. 38. *Deo non est excusatio* inscientiae. cf. Inv. I. 2. Acad. IV. 47. 2. Est etiam vocabulum philosophicum. N. D. I. 1. *De hac quaestione tam variae sunt doctissimorum hominum tamque discrepantes sententiae, ut magno argumento esse debeat,* causam, id est, principium *philosophiae esse* inscientiam, *prudenterque Academicos a rebus incertis assensionem cohibuisse.* Huius loci quot sint explicationes atque emendationes, difficile est numerare. Olivetus, novem doctorum hominum sententiis commemoratis, ipse ita verba, de quorum sensu quaeritur, interpretatur: *que la philosophie doit porter des principes évidemment connus*; approbante Buherio. Vid. *Entretiens de Cicéron sur la Nature des Dieux.* T. I. p. 341. 437. Sed non erat, quare sic se verum verborum sensum vidisse existimaret. Nam si quis Academicae disciplinae rationem consideret, quae nihil certi esse ac percepti contendit, et hanc interpretationem cum sequentibus comparet, facile intelligat profecto, longe aliam his verbis vim esse subiiciendam. Vidit hoc vir doctissimus, qui in Miscell. Observatt. Vol. III. T. II. p. 154. quamquam interpretationem Oliveti viderat, tamen novam sententiam proposuit. Socrates, ait, a quo Academici profecti sunt, in cuius auctoritate certe libenter delitescebant, is igitur dicere solebat, se unum hoc scire, quod nihil sciat. Ideoque inter Academicos, receptum esse potuit (cur non potius, fuit?) hoc placitum: ἀρχὴν τῆς φιλοσοφίας εἶναι τὴν τῆς ἀγνοίας γνῶσι. Haec omnia recte. Quid ergo? Censeo legendum: *inscientiae scientiam.* Qua sensum, non male, sed emendatione nil opus. Abbas Morellius *in Elemens de la Critique* p. 68. corrigit *solertiam.* Male. Alius vir doctus eodem loco commemorat coniecturam docti hominis, nescio cuius, e Bernardi Novis Reip. Litter. qui legebat: *Principium philosophiae esse Scepsin:* Sed sibi, etsi se nondum expediat, tamen placere maxime ostendit Baelii coniecturam, qui reponi volebat: *principium philosophiae non esse scientiam.* Viderunt viri doctissimi veram loci sententiam, sed praeter rem medicas ei admoverunt manus. Scilicet *inscientiae* verbum duplicem vim habet apud Ciceronem: vulgarem alteram; quae neminem fugit; alteram vero remotam ab usu plebis, eamque in nullo Lexico, quod sciam, commemoratam. Ea est Acad. I. 12. *Si quid erat ita*

comprehensum, ut convelli ratione non posset scientiam: *sin aliter*, inscientiam *nominabat Zeno: ex qua existeret opinio, quae esset imbecilla et cum falso incognitoque communis.* Hanc *inscientiam* defendebant Academici, qui nihil statuebant esse perceptum, h. e. ita comprehensum, ut convelli ratione non posset, Acad. I. 6. Itaque hanc summam legem et principium totius philosophiae putabant, nihil certo sciri, nihil percipi posse: contra quos coorti Stoici scientiam menti humanae et perceptionem comprehensionemque asserebant. Quare cum Cicero, id quod inter omnes constat, Academicam rationem sequeretur, vel illam philosophorum de natura Deorum dissensionem confirmare *inscientiam Academicam* existimabat, et Academicos propterea prudenter, cum omnia incerta sint, assensionem ubique cohibendam putare. Haec ex prolusione a. 1737. edita, qua varios locos de Nat. D. emendavimus et illustravimus. Hactenus *Ernesti.* Sed illo loco N. D. I. 1. nihil melius, quam sic verba illa constituere, quod Wyttenbachius V. C. primus praecepit: *de qua tam variae sunt doctissimorum hominum tamque discrepantes sententiae, ut magno argumento esse debeat causam* (scil. *huius* discrepantiae) *esse inscientiam, prudenterque Academicis a rebus incertis assensionem cohibuisse.* Hic igitur *inscientia* est vel, i. q. *ignorantia*, vel saltem *incerta scientia*, s. opinio imbecilla et cum incognito communis. Etenim verbum inscientia 1. est idem quod *ignorantia*. Sull. 14. *Vos* (dii) *denique in tantis tenebris erroris et* inscientiae *clarissimum lumen praetulistis menti meae.* Fin. I. 14. *vitam omnem perturbari videmus errore atque* inscientia. 2. Inprimis est eorum, qui aliquid non animadvertunt, ut ipsis imprudentibus vel inscientibus aliquid fiat. Inv. I. 27. *Imprudentia autem in purgationem confertur, cuius partes sunt* inscientia, *casus, necessitas* N. D. III. 37. *non animadvertunt quidem omnia dii, ne reges quidem. Quid est simile? Reges enim si scientes praetermittunt, magna culpa est. At deo ne excusatio quidem est* inscientiae. 3 Cum genitivo coniunctum est ignorantia certarum rerum. Sic Orat. I. 34. *dicendi* inscientia. Etiam omisso genitivo refertur ad certam rem, quae ignoretur. E c. Orat. I. 46. *hanc vim si quis existimat, aut ab iis, qui de dicendi ratione expositam esse, aut a me posse exponi tam brevi, vehementer errat, neque solum*

inscientiam *meam*, (scil. artis rhetoricae) *sed ne rerum quidem magnitudinem perspicit.* Ibid. III. 35. *dummodo hoc constet, neque* infantiam *eius, qui rem norit, sed eam explicare dicendo non queat, neque* inscientiam *illius, cui res non suppetat, verba non desint, esse laudandam.*

INSCITE. Div. II. 13. *Democritus non* inscite *nugatur, ut physicus, h. e.* nugatur quidem, sed tamen non sine specie quadam altioris scientiae. Fin. III. 7. inscite (h. l. i. q. inscienter) *medicinae et gubernationis ultimum cum ultimo sapientiae comparatur.*

INSCITIA. 1. Imprudentia. Off. I. 34. *ineuntis aetatis* inscitia *senum constituenda et regenda prudentia est.* 2. Inscientia. Div. I. 52. *male coniecta maleque interpretata falsa sunt non rerum vitio, sed interpretum* inscitia, ubi tamen alii melius legunt *inscientia.* Sed quae sit *inscitiae* et *inscientiae* differentia nuper eleganter exposuit Gernhardus V. D. in excursu ad Catonem maiorem ab eo una cum Paradoxis, h. a. editum. „Quoniam, inquit, in vita communi et actione, in qua scientia et cognitio rerum debet expromi sollertia et iudicio opus est, hanc, quid aptum sit et decens inveniendi et opportuno tempore suoque loco agendi subactam et facilem facultatem cum consilio et prudentia, cui deesse apparuerit, sive naturae iniquitas sollertiaeque inopia accusanda sit, sive disciplina usus et exercitatio desideretur, huic *inscitia* tribuitur, non sine vituperatione ea, qua quis notandus est, quisquis rem imperite, incaute, sine consilio, sine calliditate, nullo decori sensu ac iudicio gesserit. Haec *inscitia*, qualis est iuniorum, inertium, imperitorum, imprudentium, stultorum, etsi in agendo et in singulis rebus gerendis deprehenditur, non tamen idcirco ubique additum habet obiecti genitivum saepeque a veteribus scriptoribus ut *error* cum *inscientia*, sic *inscitia* cum *temeritate* vel *stultitia* iungitur." Hactenus ille. Fin. II. 11. *nihil vero putare esse* (in primis naturalibus) *praeter voluptatem, non membra, non sensus, non ingenii motum, non integritatem corporis, non valitudinem, summae mihi videtur* inscitiae (*Mangel an Nachdenken*). Eodem modo, Brut. 17. *In nostris* inscitia *est, quod ii ipsi qui in Graecis antiquitate delectantur eaque subtilitate quam Atticam appellant, hanc in Catone ne noverunt quidem* (i. e. agnoscere nolunt.) Leg. I. 2. *Ecce autem succes-*

sere huic Gellii, Clodius, Asellio nihil ad Caelium (Antipatrum) *sed potius ad antiquorum languorem atque* inscitiam. Hic inscitia dicitur de historico, qui nescit historiam ornate scribere, sed potius horride scribit, et, ut paullo ante dixerat, sine *nitore ac palaestra*. Parad. III. 1. *Auri navem evertat gubernator, an paleae, in re aliquantulum, in gubernatoris* inscitia (*Ungeschicklichkeit*) *nihil interest.* Orat. I. 22. *istius disputationis insolentia, et earum rerum quae quasi traduntur in arte* inscitia (*Ungewandtheit im theoretischen Vortrage*). N. D. I. 31. inscitia *plane loquendi* tribuitur ei, qui saepe ambigue loquitur, quia nescit uti verbis planis et dilucidis. Off. I. 40. inscitia *temporis* est eius, qui non cogitat, quid tempus postulet.

INSCITUS. N. D. II. 13. *quid autem est* inscitius (*was kann weniger folgerecht seyn*) *quam eam naturam, quae omnes res sit complexa, non optimam dici, aut quum sit optima, non primum animantem esse, deinde rationis et consilii compotem, post etiam sapientem?* Div. II. 62. *quid* inscitius (i. e. *imprudentius*) *est, quam mentes mortalium falsis et mendacibus visis concitare?*

INSCIUS. 1. Scientia destitutus. Brut. 85. *Socrates se omnium rerum* inscium *fingit et rudem.* Fin. V. 19. *nec vero sum* inscius *esse utilitatem in historia non modo voluptatem.* Leg. II. 5. *neque medicorum praecepta dici vere possunt, si quae* inscii *imperitique pro salutaribus mortifera conscripserunt.* 2. Dicitur is, qui ignorat non animadvertit aliquid geri. Planc. 16. *Tu me ignaro nec opinante*, inscio *notes et tuos et tuorum necessarios?* scil. quos mihi iudices edas. 3. Qui non cogitat aliquid evenire posse. Phil. IX. 5. *perficite* ut is, quem vos ad mortem inscii misistis immortalitatem (memoriae) *habeat a vobis.* Sulpicium enim, quamvis morbum excusare posset, legationi obiecerant, non cogitantes eum morbis periculo obiici.

INSCRIBERE. 1. Pro scribere. Att. IV. 1. *ea* inscribam *brevi* (in hac epistola) *quae te arbitror velle cognoscere.* 2. De titulis librorum. Tusc. I. 24. *in eo libro* (Platonis) *qui* inscribitur *Meno.* Tusc. I. 15. *quid nostri philosophi?* nonne in his *ipsis libris, quos* inscribunt de contemnenda gloria *sua nomina* inscribunt? 3. De inscriptionibus in monumentis. Fam. XII. 3. *in statua quam posuit in Rostris* inscripsit: PA-

RENTI OPTIME MERITO. Pis. 38. *ut esset, quod in basi tropaeorum* inscribi *incidique posset.* Verr. II. 69. *statuae equestres quas — poni* inscribique *iussisti.* 4. Inscribere sibi, pro tribuere, arrogare. Tusc. V. 26. *Epicurus qui tantummodo induit personam philosophi et sibi ipse hoc nomen* inscripsit. 5. De animo, imprimere. Orat. II. 87. *ut illi non infundere in aures tuas orationem, sed in animo videantur* inscribere.

INSCRIPTIO. 1. Titulus s. index libri. Top. 1. *incidisti in Aristotelis Topica — qua* inscriptione *commotus continuo a me eorum librorum sententiam requisisti.* Att. XVI. 11. *quod de* inscriptione (librorum de officiis) *quaeris, non dubito quin καθῆκον* officium *sit*, (scil. sicut Panaetius inscripsit librum suum *περὶ τοῦ καθήκοντος*, sic ego potuissem inscribere *de officio*) *sed inscriptio plenior* de officiis. 2. De titulis monumentorum. Phil. XIII. 4. haec causa fuit cur (M. Lepido) *decerneretis statuam cum* inscriptione *praeclara.* Dom. 30. *legem de iniuriis publicis tulisti Anagnino nescio cui Menulae, qui tibi ob eam legem statuam in meis aedibus posuit, ut locus ipse in tanta tua iniuria legem et* inscriptionem *statuae refelleret!*

INSCRIPTUS. 1. De titulis s. indicibus librorum. Orat. II. 14. *deceptus indicibus librorum, quod sunt fere* inscripti *de rebus notis et illustribus.* Div. II. 1. *in eo libro qui est* inscriptus *Hortensius.* 2. De epigraphis monumentorum, aedium, parietum. Phil. VI. 5. *adspicite — illam equestrem statuam inauratam, in qua quid* inscriptum *est?* XXXV TRIBUS PATRONO. Tusc. V. 23. *tenebam quosdam senariolos, quos in eius* (Archimedis) *monumento esse* inscriptos *acceperam.* Dom. 38. *si manet illud non monumentum sed sepulchrum inimico nomine* (Clodii) inscriptum. Orat. II. 59. *in omnibus parietibus* inscriptas *fuisse literas* LLL MM. 3. De inscriptionibus epistolarum. Att. VI. 3. *puer legit epistolam* inscriptam *patri suo.* Ibid. VIII. 5. *tu fasciculum, qui est M. Curio* inscriptus, *cures ad eum perferendum.* 4. Metaphorice. Catil. I. 13. *sit* inscriptum *in fronte cuiusque quid de rep. sentiat.*

INSCULPERE. 1. Sensu proprio. Div. II. 41. *sortes in robore* insculptas *priscarum literarum notis.* 2. Metaphorice, de animo. N. D. I. 17. *quae nobis natura informationem deorum ipsorum dedit, eadem* insculpsit *in mentibus, ut eos aeternos et beatos haberemus.* Ibid.

bum primam rursus syllabam adiunxit insequentis (scil. sententiae)

INSEQUI. 1. Sequi. Brut. 10. *Hunc proximo saeculo Themistocles est* insecutus. Fin. I. 16. *suspicio* insequitur *facta improborum.* 2. Persequi. Phil. II. 9. *tu illum in foro — stricto gladio* insecutus *es.* Att. XIV. 14. *homines benivolos qualescunque sunt, grave est* insequi *contumelia.* Fam. VIII. 14. *Caelium Vinicianum — promulgatio subito deiecit* (ab aedilitate) *et deiectum magno clamore* insecuta *est.* Sext. 11. *Flagitabatur ab his* (Pisone et Gabinio consulibus) *ut meam causam susciperent, agerent — hi non modo negando, sed etiam irridendo amplissimum quemque illius ordinis* (senatus) insequebantur. Orat. II. 3. *nec vero te rhetoricis quibusdam libris* insequor, *ut erudiam.* 3. Oratione exsequi. Sull. 20. insequi *turpitudinem vitae.* 4. Intransitive de ordine. Phil. XIV. *grave bellum Octavii* insecutum *est.* Orat. 48. *postremam literam detrahebant, nisi vocalis* insequebatur. 5. Urgere, instare. Verr. III. 20. *pergam atque* insequar *longius.* N. D III. 17. *Haec Carneades aiebat, non ut deos tolleret — sed ut Stoicos nihil de diis explicare convinceret. Itaque* insequebatur.

INSERO, inserui. Verr. IV. 17. *homini iam collum in laqueum* inserenti *subvenisti.* Orat. II. 39. *si quem nunc plane rudem institui ad dicendum velim, his potius tradam qui omnes tenuissimas particulas atque omnia minima mansa, ut nutrices infantibus pueris, in os* inserant. Her. III. 14. *res* inserere *— in animis auditorum.*

INSERO, insevi. Univ. 12. *quum animis corpora cum necessitate* insevisset.

INSERVIRE. Fam. XI. 4. inservire *communi commodo.* cf. III. 13. *honori alicuius.* Att. IX. 4. *optimatibus tuis nihil* inservio. Orat. I. 4. *nec dici potest plures ceteris artibus* inservire. Orat. 20. *nonnullorum voluptati vocibus magis, quam rebus* inserviunt. Off. I. 15. *a quo plurimum sperant, ei potissimum* inserviunt.

INSIDERE. 1. Sensu proprio, de eo quod corporis loco inhaeret. N. D. II. 51. *quum in locis semen* insedit, *rapit omnem fere cibum ad sese.* N. D. II. 27. *dii penates dicti, ab eo quod penitus* insident. 2. De eo quod animo inhaeret. Balb. 2. *oratio quae non praetervecta est aures vestras sed in animis omnium penitus*

minibus *qui partim inertia, partim male gerendo negotio, partim etiam sumptibus in vetere aere alieno vacillant, qui vadimoniis, iudiciis proscriptionibus bonorum defatigati erant.* Hos ait in castris Catilinae *non tam milites acres quam insidiatores lentos esse*, i. e. homines qui occasiones latrociniorum et praedae furtim capiendae aucupaturi sint. Vulgatam lectionem „infitiatores lentos" interpretantur debitores in solvendo lentos, et saepe debiti solutionem infitiando recusantes.

INSIDIOSE. Mil. 24. *omnia falsa et* insidiose *ficta* (*boshafte Erdichtungen*) *comperta sunt.* Rab. 12. insidiose *redire in gratiam* est cum malitia simulate. Q. Fr. I. 3. *me sceleratissime* insidiosissimeque (*heimtückisch*) *tractavit.*

INSIDIOSUS. 1. Sensu proprio. Catil. II. 13. *in tanto et tam* insidioso *bello.* 2. De malitiosa simulatione. Dom. 11. *apertis inimicis obsistere*, insidiosis *amicis* (*heimtückischen Freunden*) *non credere.* Rull. II. 3. *Versatur magnus error, propter* insidiosas *nonnullorum simulationes, qui quum populi non solum commoda, verum etiam salutem oppugnant et impediunt*, oratione *assequi volunt, ut populares esse videantur.*

INSIGNE. 1. Ornamentum aliquod hominis fortunam, vel ordinem aut dignitatem designans. Verr. I. 58. bulla aurea *indicium atque* insigne *fortunae* (in puero ingenuo). Sext. 26. *rex sedens cum purpura et sceptro et illis* insignibus *regiis.* Sext. 27. (Tigranem regem) *Cn. Pompeius quum in suis castris supplicem abiectumque vidisset, erexit atque* insigne *regium* (diadema) *quod ille de suo capite abiecerat, reposuit.* Q. Fr. I. 1. *maiora praeferant fasces illi et secures dignitatis* insignia *quam potestatis.* Sull. 31. *quae habet* (P. Sulla) ornamenta — *quibus perfrui possit.* Domus erit, *credo, exornata; aperientur* maiorum imagines: ipse ornatum ac vestitum *recuperabit. Omnia — haec amissa sunt; omnia generis, nominis, honoris* insignia *atque ornamenta unius iudicii calamitate* (scil. quo de ambitu damnatus erat) *occiderunt.* Div. I. 17. *lituus — quod clarissimum est* insigne *auguratus.* Sull. 9. *sibi haberent honores, sibi imperia, sibi provincias, sibi triumphos, sibi alia praeclarae laudis* insignia. Manil. 3. *ita cum illo rege* (Mithridate) *contenderunt imperatores, ut ab illo* insignia *victoriae non victoriam reportarent.* Rull. II. 13. (Rullus) dat (decemviris lege sua agraria)

potestatem verbo praetoriam re vera regiam — ornat apparitoribus, scribis, librariis, praeconibus, architectis *praeterea* mulis, tabernaculis, centuriis, supellectili — *Formam adhuc habetis et speciem ipsam tyrannorum: insignia videtis potestatis, nondum ipsam potestatem.* Pis. 8. *maerorem relinquis, maeroris aufers* insignia, i. e. vestitum lugubrem. Nimirum quum senatus luctum suum vestitus mutatione declarandum censuisset. Piso edixit, ut ad vestitum suum rediret. Pis. 30. *toga pacis est* insigne *et otii.* Rab. Post. 9. *obiicias licet quam voles saepe* (Rabirium) *palliatum fuisse, aliqua habuisse non Romani hominis* insignia. 2. *Insigne* etiam dicitur luculentum aliarum rerum signum. Fam. III. 13. insignia *virtutis.* Phil. VI. 1. insignia *belli.* 3. Insignia in oratione dicuntur figurae verborum et sententiarum. Orat III. 25. *ut oratio conspersa sit quasi verborum sententiarumque floribus — ut sint quasi in ornatu disposita quaedam* insignia *et lumina.*

INSIGNIS. 1. Magnitudine conspicuus. Verr. IV. insignis *impudentia.* Harusp. 17. *maxime* insigne *atque illustre periurium* 2. Clarus et illustris (ausgezeichnet). N. D. I. 4. dii *quorum* insignem *vim et illustrem faciem videmus*, solem dico et lunam. Lael. 27 *virtus posteris erit clara et* insignis. Fam. III. 11. *vir* insignis *ad laudem.* 3. *Hervorstechend, auffallend.* Orat. II. 22. *illa quae* insignia *ac paene vitiosa sunt consectari imitando.* Orat. 64. *dochmius quovis loco aptus est, dum semel ponatur; iteratus aut continuatus numerum apertum et nimis* insignem *facit.*

INSIGNITE, valde, insigniter. Orat. II. 85. insignite *atque aspere vituperare.* Quint. 23. insignite *improbus.*

INSIGNITER. Phil. III. 4. insigniter *impudens.* Partit. 23. *parentes, amicos, hospites praecipue atque* insigniter *diligere.*

INSIGNITUS. Orat. II. 87. *de memoria artificiosa. Utendum est — imaginibus agentibus, acribus,* insignitis, *i. e.* propter differentiam ab aliis clare notatis. Top. 5. *Non esse ea dico, quae tangi demonstrarive non possunt, cernì tamen animo atque intelligi possunt, ut si usucapionem, si tutelam — definias, quarum rerum nullum subest quasi corpus, est tamen quaedam conformatio* insignita *et impressa intelligentia.* Div. I. 30. *quod plenus sit aer immortalium*

animorum, in quibus tamquam insignitae *notae veritatis appareant.*

INSIMULARE, accusare, criminari, arguere. Phil. II. 38. *probri* insimulasti *pudicissimam feminam.* Off. III. 26. insimulant eum (Ulyssem) *tragoediae simulatione insaniae militiam subterfugere voluisse.* Fam. VII. 13. *hic tu me etiam* insimulas, *nec satisfactionem meam accipis.* Her. II. 3. *alios quoque id quod ipse* insimuletur *facere potuisse.* Acad. pr. II. 10. *alii — etiam queruntur, quod eos* insimulemus *omnia incerta dicere.*

INSINUATIO, genus exordii in oratione. Inv. I. 15. *Exordium in duas partes dividitur; in principium et* insinuationem. Insinuatio *est oratio quadam dissimulatione et circuitione subiens auditoris animum.* Her. I. 4. *Exordiorum duo sunt genera,* principium, *quod Graece* προοίμιον *appellatur, et* insinuatio, *quae* ἔφοδος *nominatur.* De insinuatione agitur ibid. c. 6.

INSINUARE. 1. Verr. III. 67. insinuare *se in familiaritatem alicuius.* Tusc. V. 11. *Zeno Cittieus —* insinuasse *se in antiquam philosophiam videtur.* Orat. I. 20. *quod ita nati essemus, ut et blandiri et suppliciter* insinuare *iis, a quibus esset petendum — possemus.* Rull. II. 4. *quum familiariter me in eorum sermonem* insinuarem. Her. I. 3. *his rebus nos* insinuabimus *ad causam.* Orat. II. 35. *ut se penitus* insinuet *in causam, ut sit cura et cogitatione intentus diligentia est.* 2. Phil. V. 3. *eccui potestas in forum* insinuandi (sich einzuschleichen) *fuit,* scilicet quia aditus omnes sepsisset Antonius.

INSIPIENS. Fin. II. 15. *quid turpius quam sapientis vitam ex* insipientium *sermone pendere?* Lael. 15. *neque quidquam* insipiente *fortunato intolerabilius fieri potest.* Sen. 22. mihi nunquam *persuaderi* potuit *— tum animum esse* insipientem, *quum ex* insipienti *corpore evasisset.* Phil. XII. 2. cuiusvis *hominis est errare, nullius nisi* insipientis *in errore perseverare.*

INSIPIENTER. Sen. 19. *Sperat adolescens diu se victurum, quod sperare idem senex non potest.* Insipienter *sperat. Quid enim* stultius, *quam incerta pro certis habere?*

INSIPIENTIA. Tusc. III. 5. *a Socrate acceptum diligenter Stoici retinuerunt omnes* insipientes *esse non sanos. — Ita fit ut sapientia sanitas sit animi,* insi-

pientia *autem quasi insanitas quaedam eademque dementia.*

INSISTERE. 1. Stare. Verr. IV. 49. insistebat *in manu Cereris dextra simulacrum Victoriae.* Somn. 6. australis ille (Cingulus) *in quo qui* insistunt *adversa vobis urgent vestigia.* Orat. III. 9. *quibus vestigiis primum* institi *in iis fere soleo perorare.* 2. Consistere, gradum sistere. Phil. XII. 3. *exercitus si pacis nomen audierit, ut non referat pedem,* insistet *certe.* Top. 25. *status, in quo primum* insistit, *quasi ad repugnandum congressa defensio.* 3. Urgere aliquid s. confidenter aliquo niti. Ac. pr. II. 25. *confidere suis testibus et importune* insistere. 4 Immorari. Verr. III. 47. insistere *singulis peccatorum gradibus.* 5. Assensum suspendere. Ac. pr. II. 33. *ille in reliquis rebus non poterit eodem modo* insistere, *praesertim quum possit sine assentione ipsam verisimilitudinem non impeditam sequi?* 6. Constitutum esse. Sext. 67. *in tanta gloria* insistentes, *ut omnia humana leviora videri debeant.* 6. Fungi. Orat. III. 45. *quonam modo tantum munus* insistemus. 7. De oratione, quum numeri inciduntur, vel periodi. Orat. III. 49. *Oratio ne* insistat *interius, ne excurrat longius;* ubi dicitur oratio interius insistere, quum iusto citius periodi aut membra concluduntur. Orat. 51. *quid est cur claudere* (i. e. claudicare) *aut* insistere *orationem malint, quam cum sententia pariter excurrere?* Ibid. 56. *circuitus* (*die Periode*) — *incitatior numero ipso fertur et labitur, quoad perveniat ad finem et* insistat. 8. Rarior est usus in versiculo poetae. Orat. III. 41. *exsultantem te et praefidentem tibi repriment validae legum habenae atque imperii* insistent *iugo*, ubi insistere iugo idem est ac *subdere iugo;* non, ut Ernestius putabat, *habenas imperii tenere.*

INSITIO. Sen. 15. *nec consitiones modo delectant, sed etiam* insitiones, *quibus nihil invenit agricultura sollertius.*

INSITIVUS. Sext. 47. insitivus *Gracchus,* est homo ille libertinus, qui se Ti. Gracchi filium mentitus erat, ab Apuleio Saturnino subornatus, quem Q. Caecilius Metellus in censum non recepit.

INSITUS. 1. Sensu proprio, *eingepfropft.* Brut. 58. *o generosam stirpem, et tamquam in unam arborem plura genera, sic in istam domum multorum* insitam — *sapientiam.* 2. Metaphorice, de eo quod animo impres-

pressum est. N. D. I. 17. *Necesse est esse deos; quoniam* insitas *eorum vel potius innatas cognitiones habemus.* Fin. IV. 2. *habere* insitam *quandam vel potius innatam cupiditatem scientiae.* Cluent. 2. *evellere opinionem penitus* insitam. Rosc. Am. 19. *amorem penitus* insitum *ex animo eiicere.* Verr. V. 53. *reliqua est ea causa, quae non iam recepta, sed innata; neque delata ad me, sed in animo sensuque meo penitus affixa atque* insita *est.* 3. Ponitur etiam pro eo ipso quod innatum et naturale est. Fin. I. 9. *naturalis atque* insita *in animis nostris notio.* 4. Muren. 14. insita *virtus* opponitur studiis ad honorem dispositis, ut eloquentiae et scientiae militaris.

INSOLENS. 1. Imperitus. Orat. I. 48. *ea requiruntur a me, quorum sum ignarus atque* insolens. Sext. 56. insolens *in dicendo.* 2. Inexpertus Att. II. 21. *amicus noster* (Pompeius) insolens *infamiae, semper in laude versatus.* 3. Insolitus. Orat. 8. *religioni* (Atheniensium) *quum serviret orator, nullum verbum* insolens, *nullum odiosum ponere audebat.* 4. *Uebermüthig.* Marcell. 3. *Victoria quae natura* insolens *et superba est.* Rosc. Am. 8. *qui in sua re fuisset egentissimus, erat ut fit* insolens *in aliena.* Orat. II. 84. *naturae et fortunae bona; in quibus est summa laus non extulisse se in potestate, non fuisse* insolentem *in pecunia.* 5. Molestus. Orat. II. 87. *ne in re nota et pervulgata multus et* insolens *sim.*

INSOLENTER. 1. Raro. Inv. I. 28. *natura eius evenire vulgo soleat, an* insolenter *et raro.* 2. Superbe, arroganter. Tusc. IV. 17. *an ratio parum praecipit, nec bonum illud esse, quod aut cupias ardenter, aut adeptus efferas te* insolenter. Att. I. 13. *gloriari* insolenter. Phil. IX. 3. *declaravit* (*Antonius*) *quam odisset senatum, quum auctorem senatus* (Ser. Sulpicium) *exstinctum laete atque* insolenter *tulit.* 3. Moleste, *übertrieben, bis zur Ausschweifung.* Orat. 52. *Gorgias — his festivitatibus —* insolentius *abutitur.*

INSOLENTIA. 1. *Ungewohnheit.* Orat. I. 22. *me quidem fateor semper a genere hoc toto sermonis refugisse — quod ego non superbia neque inhumanitate faciebam — sed mehercule istius disputationis* insolentia, *atque earum rerum quae quasi in arte traduntur inscitia.* Deiot. 2. *moveor loci* insolentia, *quod tantam causam — dico intra domesticos parietes* scil. non in

foro, ut consuevi. Rosc. Am. 31. *is qui propter fori iudiciorumque* insolentiam *non modo subsellia, verum urbem ipsam reformidat.* 2. In oratione insolentia vitium est ex inusitatis verbis et quaesita ambiguitate. Orat. III. 13. *simulac Fusius aut — Pomponius agere coepit, non aeque quid dicant nisi admodum attendi intelligo, ita confusa est oratio tantaque* insolentia *ac turba verborum.* Brut. 82. *insulsitatem et* insolentiam *tamquam insaniam quandam orationis odit.* Orat. III. 12. *quum sit quaedam vox Romani generis urbisque propria, in qua nihil offendi, nihil displicere, nihil animadverti possit, nihil sonare aut olere* peregrinum, *hanc sequamur, neque solum rusticam asperitatem, sed etiam* peregrinam insolentiam *fugere discamus.* 3. *Insolentia* est animi vitium, quo aliquis superbe se gerit, alios fastidiose contemnit, *Uebermuth.* Inv. I. 28. *ex arrogantia odium, ex* insolentia *arrogantia.* Orat. II. 82. *etiam superioribus invidetur saepe vehementer et eo magis, si* intolerantius se iactant, *et aequabilitatem iuris praestantia dignitatis aut fortunae suae transeunt, quae si inflammanda sunt — dicendum — non esse tanta ulla merita, quanta* insolentia *hominis, quantumque fastidium.* Fam. X. 1. *M. Antonius cuius tanta est non* insolentia *solum — sed immanitas non modo ut vocem sed ne vultum quidem liberum possit ferre cuiusquam.*

INSOLITUS. Tusc. I. 24. *animus, quum tam repente in* insolitum *tamque perturbatum domicilium immigravit.* Brut. 81. *hunc quoque* (P. Crassum) *absorbuit aestus quidam non* insolitae *adolescentibus gloriae.* Sext. 9. de Gabinio ad consulatum evecto: *quum is praeter spem in altissimo gradu alienis opibus positus esset, qui non modo tempestatem impendentem intueri temulentus, sed ne lucem quidem* insolitam *aspicere posset;* ubi *lux insolita* dicitur administratio reipubl. quae consuli erat credita, qui ut paullo ante dictum erat, *emersus erat subito ex diuturnis tenebris lustrorum ac stuprorum.* Balb 16. *priscum aliquod aut* insolitum *verbum.*

INSOMNIUM. Sen. 13. *senectus caret epulis — et frequentibus poculis? Caret ergo etiam vinolentia, et* cruditate *et* insomniis (*leidet nicht an Unverdaulichkeit und schlaflosen Nächten*).

INSPERANS. Orat. I. 21. insperanti *mihi — cecidit, ut in istum sermonem delaberemini.*

INSPERATUS. Catil. II. 9. *qui se in* insperatis *repentinisque pecuniis sumtuosius insolentiusque iactarunt.* Phil. X. 11. insperatum *et repentinum reip. praesidium.* Tusc. III. 13. *Cyrenaici non omni malo aegritudinem effici censent, sed* insperato *et nec opinato malo.* Her. I. 8. insperatum *incommodum.*

INSPERGERE. Div. II. 16. *Caput est in iecore, cor in extis; iam abscedet, simulac molam et vinum* inspersesis.

INSPICERE. Att. XIII. 1. hortos. Fam. IX. 7. praedium; de iis qui empturi sunt. Leg. III. 17. *leges quae tegunt omni ratione suffragium, ne quis* inspiciat *tabellam.* Q. Fr. II. 15. *mihi curae erit, ut Ciceronem tuum videam scilicet quotidie, sed ut* inspiciam *quid discat quam saepissime.* Phil. II. 18. *Visne igitur te* inspiciamus *a puero.* Caecin. 21. *tanquam si arma militis* inspicienda *sint* (scil. examinandi causa) *ita probat armatum.* Orat. 11. *Genus orationis, quod Graece ἐπιδεικτικὸν nominatur, quod quasi ad* inspiciendum *delectationis causa comparatum est.* Fin. III. 19. *etiam in bestiis vis naturae* inspici *potest*, i. e. spectari.

INSTABILIS. Her. II. 23. ex Pacuvio: fortunam *insanam aiunt, quia atrox, incerta,* instabilisque *sit.*

INSTANS, praesens, proxime imminens. Tusc. IV. 6. *quae venientia metuuntur, eadem efficiunt aegritudinem* instantia. Orat. II. 25. *Est igitur genus primum causarum in iudiciis, ex controversia facti. In deliberationibus plerumque ex futuri, sane etiam ex* instantis, *aut facti.*

INSTANTIA, praesentia temporis. Fat. 12. *ut praeterita ea vera dicimus, quorum superiore tempore vera fuerit* instantia, *sic futura, quorum consequenti tempore vera erit* instantia, *ea vera dicemus.*

INSTAR. 1. Similitudo, imago. Tusc. I. 17. *persuadent mathematici terram in medio mundo sitam ad universi cueli complexum quasi puncti* instar *obtinere, quod κέντρον illi vocant.* Fam XV. 4. *Erana, quae fuit non vici* instar *sed urbis.* Verr. V. 35. *navis urbis* instar. Fam. IX. 6. *equidem has Tusculanenses dies* instar *esse vitae puto.* Rab. Perd. 8. *mortis erat* instar. Pison. 22. *unus ille dies mihi quidem immortalitatis* instar *fuit, quo in patriam redii.* Q. Fr. III. 1. *Nemo istorum est, qui non a te munus fundi suburbani* instar

exspectet. 2. Fere. Att. XVI. 5. *mearum epistolarum nulla est συναγωγή, sed habet Tiro* instar *septuaginta.*

INSTARE. 1. Insistere. Herenn. II. 23. *fortunam insanam esse — perhibent philosophi, saxoque illum* instare *globoso praedicant volubilem;* ex Pacuvio. 2. Incipere. (praesertim in praeterito) Fam. X. 16. *flagitare senatus* institit *Cornutum.* Orat. III. 1. *pignoribus ablatis Crassum* instituit *coërcere.* 3. Urgere. Font. 1. *insector ultro atque* insto *accusatori.* Planc. 19. *etiam atque etiam* insto, *urgeo, insector.* 4. Proxime impendere, imminere. Pis. 27. instant *magnificentissimi ludi.* Catil. II. 5. *quibus ego confido impendere fatum aliquod, et poenas — aut* instare *iam plane, aut certe iam appropinquare.* Att. I. 15. instat *nunc ille annus egregius.* 5. De praesenti negotio. Inv. II. 11. *negare oportebit de vita eius et moribus quaeri, sed de eo crimine, quo de arguatur; quare ante factis omissis, illud quod* instet, *agi oportere.*

INSTAURARE. 1. Renovare. Verr. Act. I. 4. *scelus suum illud pristinum renovavit et* instauravit. 2. Dicitur de sacrificiis et ludis, qui quum vel omissi vel aliquo modo funestati aut polluti sunt, denuo instituuntur. Q. Fr. II. 6. *etiam Latinae (feriae)* instaurantur. Att. I. 10. *quum id sacrificium* (Bonae Deae a Clodio pollutum) *virgines* (Vestales) instaurassent. Div. I. 26. *antequam fierent* (ludi) *quumque iam populus consedisset, servus per circum, cum virgis caederetur, furcam ferens ductus est. Exinde cuidam rustico Romano dormienti visus est venire, qui diceret, praesulem sibi non placuisse ludis — Itaque somnio comprobato a senatu ludos illos iterum* instauratos *memoriae proditum est.*

INSTAURATIO. Harusp. 11. si ludius constitit, aut tibicen repente conticuit, aut puer ille patrimus et matrimus si terram non tenuit, aut tensam aut lorum omisit, aut si aedilis verbo aut simpulo aberravit, ludi sunt non rite facti eaque errata expiantur, et mentes *deorum immortalium, ludorum* instauratione *placentur.*

INSTAURATIVUS. Div. I. 26. instaurativi *ludi sunt,* qui prioribus vel ob causam aliquam omissis, vel non rite factis denuo instituuntur.

INSTIGARE, incitare, sollicitare. Her. III. 15. *hoc est a natura datum, ut quam proxime tum vultum*

admoveamus ad auditores, si quam rem docere eos, et vehementer instigare *velimus.* Pison. 11. *quum mea domus ardebat ignibus iniectis* instigante *te.*

INSTIGATIO. Her. II. 30. amplificatio (pars conclusionis) *est, quae per locum communem* instigationem *auditorum causa sumitur.* Eius generis loci ibidem decem explicantur.

INSTILLARE. 1. Sensu proprio. Tusc. II, 10. *liquatae solis ardore excidunt guttae quae saxa assidue* instillant *Caucasi* (versiculi ex Aeschyli Prometheo soluto translati). Sen. 11. *nisi tamquam lumini oleum* instilles.

INSTIMULATOR. Dom. 5. *seditionum.*

INSTINCTUS, instigatus. Fragm. de suis consil. *adolescentes tibiarum cantu* instincti. Verr. V, 72. *nefario quodam furore et audacia* instinctus.

INSTINCTUS, subst. *Eingebung.* Tusc. I. 26. *mihi ne haec quidem — carere vi divina videntur, ut ego — poëtam grave plenumque carmen sine caelesti aliquo mentis* instinctu *putem fundere.* Div. I. 18. *oracula — quae* instinctu *divino afflatuque funduntur.* Div. I. 6. *vis et natura quaedam quae — aliquo* instinctu *inflatuque divino futura praenuntiat.* Ibid. I. 31. *inest in animis praesagitio extrinsecus iniecta atque inclusa divinitus. Ea si exarsit acrius, furor appellatur, quum a corpore animus abstractus divino* instinctu *concitatur.*

INSTITIO. Tusc. I. 25. *quis errantium stellarum motus, cursus, progressiones* institiones *notavit.* Vulgo legebatur *institutiones.* Sed hanc vocem nullum idoneum sensum habere viderunt viri docti. Quidam legunt *institiones* quod receptum est in Davisianam secundam. Id habet commodam interpretationem. Nam planetae, de quibus sermo, interdum *insistere,* h. e. *stare* videntur; unde *stationes planetarum* dicuntur, et ipsi planetae stationales apud Plin. II. 15. 16. Buherius autem legendum censet *insecutiones*, et pro *progressiones, praegressiones,* nixus loco N. D. II. 20. *tum antecedunt, tum subsequuntur.* Sed ibi haec verba referuntur ad solem, quem planetae modo antecedunt, modo sequuntur; hic autem de eorum cursu simpliciter, et per se loquitur Cicero. Ibidem autem hae stellae dicuntur interdum ad quoddam tempus *insisterē. Ern.*

sunt disceres atque cognosceres. Milon. 4. *est haec non scripta, sed nata lex — ad quam non docti sed facti, non* instituti *sed imbuti sumus.* Brut. 55. (Sulpicii) *gestus et motus corporis ita venustus, ut tamen ad forum non ad scenam* institutus *videretur.* Ibid. 47. *L. Philippus erat inprimis, ut temporibus illis, Graecis doctrinis* institutus.

INSTITUTIO. 1. Adornatio, *Einrichtung.* N. D. II. 13. *Neque dici potest in ulla rerum* institutione, *non esse aliquid extremum atque perfectum.* 2. Ratio aliquid agendi, *der Plan.* Att. I. 17. *ego conservans rationem* institutionemque *nostram* (*bleibe meinen Maafsregeln und meinem Plane getreu*), *tueor ut possum, illam a me conglutinatam concordiam.* 3. Disciplina, doctrina. N. D. I. 3. *complures Graecis* institutionibus *eruditi.* Orat. I. 9. *videmus ex eodem quasi ludo summorum in suo cuiusque genere artificum et magistrorum exisse discipulos, dissimiles inter se, attamen laudandos, quum ad cuiusque naturam* institutio *doctoris accommodaretur.* Orat. II. 1. *opinio fuit — L. Crassum non plus attigisse doctrinae, quam quantum prima illa puerili* institutione *potuisset.* Ibid. III. 9. *ex mea disputatione forsitan occurrat illud — non posse ea, quae inter se discrepant iisdem praeceptis atque in una* institutione *formari.*

INSTITUTUM. 1. Consilium, propositum. Hortens. fr. *eius omne* institutum *voluntatemque omnem successio prospera consecuta est.* 2. Ratio vitae instituta, consuetudo. Cael. 20. *mulier vita* institutoque *meretricio.* Fam. II. 13. *genus* institutorum *et rationum mearum* (in administranda provincia) *dissimilitudinem habet cum illius administratione.* Fin. IV. 15. *duarum vitarum nobis erunt* instituta *capienda* (scil. si, ut Herillus putabat, duo sint seiuncta ultima bonorum). 3. Id quod more maiorum in rep. institutum est. Pis. 13. *quisquam vos consules tunc fuisse, aut nunc esse consulares putet, qui eius civitatis, in qua in principum numero vultis esse, non leges, non* instituta, *non mores, non iura noritis?* Caecil. 2. *adductus — multorum bonorum exemplo, veteri consuetudine,* institutoque *maiorum.* Muren. 34. *nulla est poena, quae possit observantiam tenuiorum ab hoc vetere* instituto *officiorum excludere;* scil. tenuiorum hominum consuetudinem candidatos in petitionibus honorum assectandi. 4. De

generum causis atque naturis omnia sita esse, quae in dubium vocarentur; — ut eam materiam orationis, quae cuiusque esset generis, studiosi quae essent dicendi, omnibus locis descriptam, instructam *ornatamque comprehenderent, rebus dico et sententiis.* Fin. I. 7. *Epicurus vellem equidem aut ipse doctrinis fuisset* instructior, (*est enim — non satis politus iis artibus, quas qui tenent eruditi appellantur*) *aut ne deterruisset alios a studiis.* Orat. I. 60. *reliqua — historiam dico, et prudentiam iuris publici, et antiquitatis iter et exemplorum copiam, — a viro optimo et istis rebus* instructissimo — *Longino mutuabor.* Brut. 43. *eo nihil ferme quisquam addere posset, nisi qui a philosophia, a iure civili ab historia fuisset* instructior. Orat. I. 49. *oratorem — praeterea* instructum *voce et actione et lepore quodam volo.* Brut. 66. *mediocriter a doctrina* instructus, *angustius etiam a natura.* 3. Instructus ad aliquid est vel natura aptus, vel doctrina idoneus factus. Orat. 3. *omnis ubertas et quasi silva dicendi ducta ab illis* (philosophis) *est, nec satis tamen* instructa *ad forenses causas.* Ibid. 5. (oratores) *ad permovendos et convertendos animos* instructi *et parati.* Orat. III. 8. *Sulpicius fortissimo quodam animi impetu, plenissima et maxima voce, summa contentione corporis et dignitate motus, verborum quoque ea gravitate et copia est, ut unus ad dicendum* instructissimus *a natura esse videatur.* Fin. II. 17. instructus *ad mortem contemnendam, ad exsilium, ad ipsum etiam dolorem.* 4. Eruditus, edoctus. Orat. 35. *sic* instructus (*orator*) *veniet ad causas.* Vatin. 1. *es confessus a te accusatores esse* instructos (*abgerichtet*) *et subornatos.* Orat. I. 58. *cur ergo non iidem in iure civili, praesertim quum in causis, et in negotiis, et in foro conteramur, satis* instructi *esse possumus, ad hoc duntaxat, ne in nostra patria peregrini atque advenae esse videamur?* 5. Instructa *oratio* Orat. 5. est *apte composita.*

INSTRUERE. 1. Adornare. Rull. II. 33. *Capua — opportunissimam se nobis praebuit et ad bellum* instruendum *et ad exercitus ornandos.* Cluent. 66. *nullum locum praetermisit, in quo non instrueret insidias aliquas.* Verr. IV. 27. *omnibus curat rebus* instructum *et paratum ut sit convivium.* Phil. IV. 5. *possessores — nullam impensam fecerunt; nondum* instruxerunt. Muren. 9. *tu actionem instituis, ille aciem* instruit. Catil.

II. 11. instruite *contra has tam praeclaras Catilinae copias vestra praesidia vestrosque exercitus.* Cluent. 6. *Hoc ipsum iudicium, hoc periculum, illa accusatio, omnis testium copia — a matre initio est adornata, a matre hoc tempore* instruitur. 2. Parare. Verr. IV. 26. *vos certiores facio, quid iste in provincia praetor egerit, ne cui forte nimium negligens fuisse videatur, neque se satis, quum potestatem habuerit,* instruxisse *et ornasse.* Ibid. IV. 19 *ad iudicium nondum se satis* instruxerat. Off. II. 7. *ita se* instruunt *ut metuantur.* 3. Erudire, instituere. Cael. 30. *prima aetas dedita disciplinis fuit, iisque artibus quibus* instruimur *ad hunc usum forensem, ad capessendam rempublicam.* Att. V. 6. instruar *consiliis idoneis ad hoc negotium.* 4. De oratione positum instruere est, i. q. disponere. Brut. 59. *Curio quum tardus in cogitando, tum in* instruendo *dissipatus fuit.*

INSTRUMENTUM. 1. *Werkzeug.* Leg. II. 18. *aes atque ferrum duelli* instrumenta *sunt, non fani.* Verr. III. 23. *Apronius in arationes venit, omne* instrumentum *diripuit.* Ibid. 21. *arationes magna impensa magnoque* instrumento *tueri.* Oecon. fr. *seponebantur* instrumenta, *quibus ad lanificia utuntur.* 2. Subsidium, *Hülfsmittel.* Brut. 77. *quicquid habuit, habuit ex disciplina;* instrumenta *naturae deerant.* Catil. II. 5. *quum industriae subsidia atque* instrumenta *virtutis in libidine atque audacia consumerentur.* Rab. 2. *ut in augenda re non avaritiae praedam, sed* instrumentum *bonitati quaerere videretur.* Fin. II. 34. *quid tanto opus est* instrumento *in optimis artibus comparandis, quid tanto concursu honestissimorum studiorum — si ea nullam ad aliam rem nisi ad voluptatem conquiruntur?* Brut. 97. *Eloquentiam locupletasti graviorum artium* instrumento. Att. VII. 8. *solvendi sunt nummi Caesari, et* instrumentum *triumphi eo conferendum.* Milon. 12. *praeclarum munus atque* instrumentum *tribunatus ad aliquem — deferre.*

INSUAVIS. Orat. II. 6. *addidisti vos eos esse, qui vitam* insuavem *sine his studiis putaretis.* Orat. 47. *ipsum* meridiem, *cur non* medidiem? *credo quod erat* insuavius. Her. III. 12. *quid* insuavius *quam clamor in exordio causae?*

INSUERE. Rosc. Am. 25. *maiores nostri — supplicium in parricidas singulare excogitaverunt. — In-*

sui voluerunt in culeum vivos atque ita in flumen deiici. Q. Fr. I. 2. *Smyrnae duo Mysos* insuisti *in culeum.*

INSUETUS. Att. XII. 2. contumeliae. Her. IV. 4. rerum maiorum.

INSULA. 1. Sensu proprio. Fin. V. 19. *Veteres philosophi in* beatorum insulis *fingunt qualis natura sit vita sapientium, quos cura omni liberatos, nullum necessarium vitae cultum aut paratum requirentes nihil aliud esse acturos putant, nisi ut omne tempus in quaerendo ac discendo, in naturae cognitione consumant.* Fam. XV. 16. insula *Britannia.* Mil. 27. insula *in lacu Prelio.* Leg. II. 3. insula *in fluvio Fibreno.* Somn. 6. *omnis terra quae colitur a vobis, angusta verticibus, lateribus latior, parva quaedam* insula est, *circumfusa illa mari, quod Atlanticum, quod Magnum quem Oceanum appellatis in terris.* 2. *Insula* dicitur etiam magna domus ex aedibus pluribus inter se iunctis ab omni parte liberis. Cael. 7. *nunc intelligo Clodii* insulam *esse venalem.* Off. III. 16. *Claudius proscripsit* insulam, *vendidit.* At Phil. X. 4. *Brutum vidi in* insula *clarissimi adolescentis Luculli — nihil nisi de pace et concordia civium cogitantem,* h. l. *insula* est *Nesis* Campaniae obiecta.

INSULSE, *abgeschmackt, ungescheid, ungereimt.* Att. XV. 4. *Sane* insulse, *ut solet, nisi forte quae non ames, omnia videntur* insulse *fieri.* Orat. II. 54. *Nonnulli ridiculi homines hoc ipsum non* insulse *interpretantur.* (*Einige Witzköpfe drücken dieses gar nicht uneben aus.*)

INSULSITAS. Att. IV. 11. *vix harum rerum* insulsitatem (*Abgeschmacktheit*) *fero.* Att. XIII. 29. *villa cuius* insulsitatem (*geschmacklose Anlage*) *bene noram.* Brut. 82. insulsitas *et insolentia tamquam insania orationis.*

INSULSUS. Homo sine sale ac sapientia. Orat. II. 54. *qui eius rei* (ridiculi et facetiarum) *rationem quandam conati sunt artemque tradere, sic* insulsi *exstiterunt, ut nihil aliud eorum nisi ipsa* insulsitas *rideatur.* Fam. X. 24. *quae mens eum* (Caesarem Octavianum) — *ad cogitationem consulatus bimestris summo cum terrore hominum et* insulsa *cum efflagitatione transtulerint, exputare non possum.* Tusc. I. 8. *tu mihi videris Epicharmi acuti nec* insulsi *hominis* (*nicht unwitzig*) *ut Siculi, sententiam sequi.* Att. XII. 31. de Q. Cicerone filio, *O gulam* insulsam! *pudet me patris.*

INSULTARE. 1. Superbe adoriri. Milon. 32. *Clodius qui tot annos in hanc remp.* insultavit. 2. Invehi in aliquem, vehementius urgere. Flacc. 16. *Nunc vero non* insultabo *vehementius, nec volitabo in hoc insolentius, neque in istum nugatorem* — invehar. 3. Illudere. Her. IV. 39. inimici — insultabunt *in horum miserias et superbi re simul et verbis invehentur.* Verr. V. 50. alicui in calamitate insultare. 4. De philosophis alios impugnantibus. N. D. II. 29. nominat Epicurum insultantem *in omnes sine acumine ullo, sine auctoritate, sine lepore.*

INSUM. Orat. I. 50. *nec si P. Crassus idem fuit eloquens et iuris peritus, ob eam causam* inest *in facultate dicendi iuris civilis scientia.* N. D. I. 42. *horum sententiae non modo superstitionen tollunt, in qua* inest *timor inanis deorum, sed etiam religionem, quae deorum cultu pio continetur.* Top. 20. *Divina haec fere sunt testimonia. Primum orationis (oracula enim ex eo ipsa appellata sunt, quod* inest *in his deorum oratio) deinde rerum in quibus* insunt *quasi opera divina quaedam.*

INSUMERE, aufwenden. Att. V. 17. *sic in provincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, ut nullus teruncius* insumatur (a provincialibus) *in quemquam* (ex cohorte mea). Inv. II. 38. *quid sumptus in eam rem aut laboris* insumpserit. Att. XII. 4. *plus* insumptum *in monumentum est.* Verr. III. 64. *quantam illi spem praedae propositam arbitramur fuisse, qui tantum praesens lucrum, nulla opera* insumpta *contempserit atque despexerit?*

INSUSURRARE. 1. De vento. Ac. pr. II. 48. *non solum nauta significat sed etiam Favonius ipse* insusurrat, *navigandi nobis tempus esse.* 2. In aurem loqui. Att. I. 16. insusurrare *alicui cantilenam suam.* Verr. V. 41. *eum vident sedere ad latus praetoris et ad aurem familiariter, ut solitus erat,* insusurrare. Q. Fr. I. 1. *nec in aures tuas ficte aut simulate quaestus causa* insusurretur.

INTABESCERE. N. D. III. 35. *diuturno morbo.*

INTACTUS. Fam. VIII. 2. intactus *a sibilo pervenerat Hortensius ad senectutem.*

INTEGELLUS. Fam. IX. 10. *suavissimum συμβιώτην nostrum* (Curtium Niciam grammaticum) *prae-*

stabo integellum, *i. e.* efficiam ne quid damni patiatur, in lite cum Vidio.

INTEGER. 1. De corporibus, incolumis non violatus. Div. I. 17. *lituus in curia Saliorum situs, quum ea deflagrasset, inventus est* integer. Ac. pr. II. 7. integri *et incorrupti sensus.* Div. I. 29. integri opponuntur repletio. Catil. III. 5. *literae* integris *signis datae.* Fin. II. 20. integra *valitudo.* Verr. Act. I. 5. *coniuges* integras *ab istius petulantia conservare non licitum est.* 2. De animo, (*rechtschaffen*). Inv. II. 11. *homo* integer *et castissimus.* 3. Alienus a partium studio. Sull 31. *deos testor* integro *me animo ac libero P. Sullae causam defendere.* 4. De negotiis non iam occupatis. Fam. XIII. 4. *reservare omnem causam* integram *alicui.* Fam. VIII. 6. *de Dolabella* integrum *tibi reservet suadeo.* Catil. III. 3. *ut ad consilium publicum rem* integram *referrem.* 5. *Integrum alicui* dicitur, quod est in eius potestate positum. Att. IV. 2. *mihi integrum est* (*habe es in meiner Gewalt*) *vel facere, vel non facere.* Verr. II. 40. quum tibi in integro tota res esset. Muren. 4. *non iam mihi licet, neque* integrum *est, ut meum laborem hominum periculis sublevandis non impertiam.* 6. De integro est, i. q. *denuo.* Att. XI. 49. *ei de* integro gratulare.

INTEGRARE. Inv. I. 17. *animus defessus audiendo aut admiratione* integratur (*aufgefrischt*) *aut risu iuvatur.*

INTEGRE. 1. *Redlich.* Mil. 1. *in amicorum periculis caste atque* integre *versari.* 2. De facultate iudicandi, *rein, unverfälscht.* Fin. I. 9. *ipsa natura incorrupte atque* integre *iudicante.* 3. De oratione. Opt. gen. or. 3. *Attice dicere id est quasi sicce et* integre. Sic Orat. II. 45. *tam* integrae *sententiae, tam verae, tam novae tam sine pigmentis fucoque puerili.*

INTEGRITAS. 1. De corpore. Fin. V. 14. (summum bonum) *cumulatur ex* integritate *corporis et ex mentis ratione perfecta.* Ibid. V. 27. integritas *unguiculorum omnium.* Tusc. V. 34. integritas *valitudinis.* 2. De animo, *Rechtschaffenheit, Ehrlichkeit.* Caecil. 9. integritas *atque innocentia singularis.* Orat. II. 9. *Eadem facultate fraus hominum ad perniciem* (condemnationem) *et* integritas *ad salutem* (i. e. absolutionem) *vocatur.* Q. Fr. I. 1. *tua* integritas *et continen-*

tia. 3. De oratione. Brut. 35. *incorrupta Latini sermonis* integritas.

INTEGUMENTUM. Metaphorice, id quo aliquid occultatur in animo. Orat. I. 35. *in oratione Crassi divitias atque ornamenta eius ingenii per quaedam involucra atque* integumenta *perspexi.* Orat. II. 86. *libenter te cognitum iam artificem aliquandoque evolutum illis* integumentis *dissimulationis tunc* (*aus der Hulle deiner Zurückhaltung*) *nudatumque perspicio.* P. Red. in Sen. 7. *ut frontis tibi* integumento *ad occultanda tanta flagitia diutius non liceret.* Pis. 6. *Vereor ne qui sit, qui istius insignem nequitiam frontis involutam* integumentis *nondum cernat.*

INTELLECTIO. Figura verborum. Inv. IV. 33. intellectio *est, quum res tota parva de parte cognoscitur, aut de toto pars.* Est quae Gr. dicitur συνεκδοχή.

INTELLIGENS. 1. Facultate intelligentiae praeditus. Univ. 3. *nihil non* intelligens *intelligente praestantius est.* 2. Qui praecipue valet intelligentia, verständig, einsichtsvoll. Fin. III. 5. *istiusmodi res dicere ornate velle puerile est; plane autem et perspicue expedire posse, docti et* intelligentis *viri.* 3. Praesertim is dicitur intelligens, ein Kenner, geschmackvoller Beurtheiler, qui de elegantia rerum recte et acute iudicat, verumque habet pulchritudinis sensum. Brut. 54. intelligens *dicendi existimator non assidens et attente audiens, sed uno aspectu et praeteriens de oratore saepe iudicat.* Brut. 93. de Hortensio: *Primus et secundus annus et tertius* (post eius consulatum) *tantum quasi de picturae veteris colore detraxerat, quantum non quivis unus ex populo, sed existimator doctus atque* intelligens *posset cognoscere.* Opt. gen. or. 4. *qui dici a nobis Attico more nolunt, ipsi autem se non oratores esse profitentur, si teretes aures habent,* intelligensque *iudicium, tamquam ad picturam probandam adhibentur etiam inscii faciendi cum aliqua sollertia iudicandi.* Verr. IV. 2. *signa pulcherrima, quae non modo istum hominem ingeniosum atque* intelligentem, (*einen geschmackvollen Kenner*) *reum etiam quamvis nostrum quos iste idiotas, appellat, delectare possent.*

INTELLIGENTIA. 1. Der Verstand. Inv. II. 53. Intelligentia *est per quam animus perspicit quae sunt.* Leg. I. 16. *communis* intelligentia *nobis notas res efficit, easque in animis nostris inchoat ut honesta in virtute*

ponantur, in vitiis turpia. N. D. I. 11. *aperta simplexque mens nulla re adiuncta, quae sentire possit, fugere* intelligentiae *nostrae vim et notionem videtur.* Div. I. 32. *Intelligitur — quae pars animi rationis atque* intelligentiae *sit particeps, eam tum maxime vigere, quum plurimum absit a corpore.* Orat. 33. *erit haec facultas in eo quem volumus esse eloquentem, ut definire rem possit, neque id faciat tam presse et anguste, quam in illis eruditissimis disputationibus fieri solet, sed quum explanatius tum etiam uberius et ad commune iudicium popularemque* intelligentiam *accommodatius.* Orat. I. 3. *ut in ceteris* (artibus) *id maxime excellat, quod longissime sit ab imperitorum* intelligentia *sensuque disiunctum.* 2. Notio, *der Begriff.* Top. 5. *quarum rerum est quaedam conformatio insignita et impressa* intelligentia, *quam notionem voco.* Leg. I. 9. *Natura hominem — celeritate mentis ornavit — et rerum plurimarum obscurarum necessarias* intelligentias *enodavit, quasi fundamenta quaedam scientiae.* Ibid. I. 22. *qui se ipse novit — intelliget, quemadmodum a natura subornatus in vitam venerit, quantaque instrumenta habeat, ad obtinendam adipiscendamque sapientiam, quoniam principia rerum omnium, quasi* adumbratas intelligentias *animo ac mente conceperit.* Fin. III. 6. *simul cepit* (homo) intelligentiam *vel notionem potius, quam appellant ἔννοιαν illi.* Tusc. I. 22. *difficilis erat animi quid aut qualis esset* intelligentia. 3. *Einsicht.* Orat. III. 50. *omnes tacito quodam sensu — quae sint in artibus ac rationibus recta ac prava diiudicant, idque — faciunt in picturis et in signis et in aliis operibus ad quorum* intelligentiam *a natura minus habent instrumenti.* N. D. I. 18. *fretus* intelligentia *vestra brevius dissero, quam causa desiderat.* 4. Inprimis de intelligentia artium elegantiorum ponitur, et significat, Kunstverstand, Geschmak, Kennerschaft. Opt. gen. or. 4. *sin* intelligentiam *ponunt in audiendi fastidio, neque eos quodquam excelsum magnificumque delectat.* Verr. IV. 21. *quum* narratum esset Verrem a Papirio cum inspiciendum turibulum poposcisset, *illud* vulso emblemate remisisse, additur: *ut intelligatis in homine* intelligentiam *esse non avaritiam, (dass dem Manne Kennerschaft, nicht Habsucht eigen ist).*

INTELLIGERE. 1. *Verstehen.* N. D. I. 26. *corpus quid sit, sanguis quid sit,* intelligo; *quasi corpus*

et quasi sanguis quid sit nullo prorsus modo intelligo. Ibid. I. 39. *studeret me dicere non* intelligere, *si vos ipsi* intelligeretis, *qui ista defendatis.* Orat. II. 6. *modo non* intelligi *orationem meam, quum reprehendi.* 2. *Einsehen.* Orat. 39. *forma ipsa restat, et character ille qui dicitur, qui qualis esse debeat ex ipsis, quae supra dicta sunt* intelligi *potest.* Inv. I. 39. *propositio ex se* intelligitur (*der Obersatz ist an und für sich klar*). 3. *Ersehen, vernehmen.* Att. II. 18. *accepi aliquot epistolas tuas, ex quibus* intellexi etc. Orat. 4. (Demosthenis) *ex epistolis* intelligi licet, *quam frequens fuerit Platonis auditor.* 4. Philosophari. Orat. 3. *ille non* intelligendi *solum sed etiam dicendi gravissimus auctor et magister* (*dieser erhabne Meister und Lehrer im Denken wie im Vortrage*).

INTEMPERANS. De intemperantia libidinis vel nimia luxuria. Verr. III. 68. *qui inter impudicas mulieres et* intemperantes *viros versatus sit.* Sen. 9. *libidinosa et* intemperans *adolescentia.* Pis. 29. *idem casus illum ignarum quid profiteretur, quum se philosophum esse diceret, istius impurissimae atque* intemperatissimae *pecudis* (L. Pisonis) *coeno et sordibus inquinavit.* 2. Nimius. Att. XIII. 26. intemperans *sum in rei cupiditate quam nosti.* Tusc. II. 17. intemperans *militaris in forti viro gloria.* 3. De eo qui modum excedit in alio verbis offendendo. Vatin. 1. *fui paullo* (in te) intemperantior *fortasse quam debui* (*hätte doch wohl mehr Schonung beweisen sollen*).

INTEMPERANTER, immoderate. Tusc. I. 3. *mandare quemquam literis cogitationes suas, qui eas nec disponere, nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis est* intemperanter *abutentis et otio et literis* 2. De excessu iracundiae. Phil. I. 5. *ille* (Antonius) *cum fabris se domum meam venturum esse dixit. Nimis iracunde hoc quidem, valdeque* intemperanter.

INTEMPERANTIA. 1. Sensu generali. Tusc. IV. 9. *omnium perturbationum fontem esse dicunt* intemperantiam, *quae est a tota mente et a recta ratione defectio, sic aversa a praescriptione rationis ut nullo modo appetitiones animi, nec regi nec contineri queat.* Acad. post. I. 10. *omnium perturbationum arbitratur esse matrem immoderatam quandam* intemperantiam. Tusc. IV. 18. *nihil interest utrum moderatas perturbatio-*

tiones approbent, an moderatam iniustitiam, moderatam ignaviam, moderatam intemperantiam. 2. Imprimis de intemperantia libidinum vel gulae. P. Red. in Sen. 5. *qui ne a sanctissima quidem parte corporis potuisset hominum impuram* intemperantiam *propulsare.* Off. I. 34. *luxuria quum omni aetati turpis, tum senectuti foedissima est. Sin autem libidinum etiam* intemperantia *accesserit, duplex malum est, quod et ipsa senectus concipit dedecus, et facit adolescentium impudentiorem* intemperantiam.

INTEMPERATE. Univ. 12. *qui immoderate et* intemperate *vixerit, eum secundus ortus in figuram muliebrem transferet.*

INTEMPERATUS. Lael. 20. intemperata *quaedam benivolentia.* Pis. 10. intemperatissimae *perpotationes.*

INTEMPERIES. Att. IV. 6. *mehercule incipiendo refugi, ne quod videor stulte illius amici* (Hortensii) intemperiem *non tulisse, rursus stulte iniuriam illius faciam illustrem, si quid scripsero.*

INTEMPESTIVE. Off. I. 25. *ne si irascamur aut* intempestive *accedentibus, aut impudenter rogantibus in morositatem inutilem et odiosam incidamus.* Fam. XI. 16. *quemadmodum coram qui ad nos* intempestive *adeunt, molesti saepe sunt, sic epistolae offendunt non loco redditae.*

INTEMPESTIVUS. Lael. 6. *amicitia numquam* intempestiva, *numquam molesta est.* Att. IV. 14. *numquam mihi tua epistola aut* intempestiva, *aut loquax visa est.*

INTEMPESTUS. Phil. I. 3. *quum* intempesta *nox esset* (*da es schon tief in der Nacht war*) *mansi in villa.* Pis. 38. *nocte* intempesta, *crepidatus, veste servili navem conscendit.* Nempe nox intempesta est, i. q. media.

INTENDERE. 1. Proprie i. q. tendere (*spannen, aufspannen*), ut arcum, balistam. Acad. pr. II. 28. intendit *crinitus Apollo arcum auratum.* 2. De viribus corporis vel totius, vel eius partium quae contenduntur, *anstrengen.* Acad. pr. II. 10. intendere *sensus ad res percipiendas.* Tusc. II. 24. *qui volunt exclamare maius num satis habent latera, fauces, linguam* intendere *e quibus eiici vocem et fundi videmus? toto corpore atque omnibus ungulis, ut dicitur, contentioni vocis asserviunt.*

rabit. 2. In actionibus iudicialibus, est ipsa assertio eius litis vel criminis quod in alicui intenditur. Her. I. 17. *ex* intentione *et infitiatione iudicatio constituitur hoc modo.* Intentio: *occidisti Aiacem. Infitiatio — non occidi.* Indicatio *occideritne.*

INTENTUS, subst. Sext. 55. *Quum ille* (Clodius) *venisset* (ad ludos spectandos) *vix se populus Rom. tenuit; vix homines odium summa corpore eius — represserunt. Voces quidem, et* palmarum intentus *et maledictorum clamores omnes profuderunt.* Nempe inter sibilos et clamores Clodio etiam manus quasi minitabundi intentabant.

INTENTUS. 1. Aufgespannt. Verr. V. 12. *in ipso aditu atque ore portus — tabernacula carbaseis* intenta *velis collocabat.* cf. c. 31. Orat. III. 57. *Voces, ut chordae sunt* intentae, *quae ad quemvis tactum respondeant.* 2. Directus in aliquem s. intentatus. Prov. cons. 9. *quum omnia tua undique esse* intenta *in patriam viderem.* Sext. 7. *fuerat ille annus — tamquam* intentus *arcus in me unum.* Pis. 1. *ego tela —* intenta *iugulis civitatis de coniuratorum nefariis manibus extorsi.* Sext. 19. *quum viderem —* intenta *signa legionum existimari cervicibus bonisque vestris.* 3. Extensus. N. D. I. 11. *Pythagoras censuit animum esse per naturam rerum omnem* intentum (*verbreitet*) *et commeantem.* 4. Attentus. N. D. I. 19. Epicurus docebat, *quum infinita simillimarum imaginum species — ad deos affluat — in eas imagines mentem* intentam *infixamque nostram intelligentiam, capere quae sit et beata natura et aeterna.* Sen. 11. *Appius et senex et caecus* intentum *animum tamquam arcum habebat.*

INTER. 1. Rosc. Am. 5. *iudicium* inter *sicarios;* formula antiqua, pro de sicario, de caede rei. Phil. II. 14. inter *sicarios defendere aliquem*, h. e. reum caedis. 2. Pro *per* de tempore. Verr. Act. I. 13. inter *decem annos, postquam* etc., i. e. per decem illos annos quibus etc. *Ern.*

INTERARESCERE. Tusc. V. 14. *nihil* interarescere, *nihil exstingui, nihil cadere debet eorum in quibus vita beata consistit.*

INTERCALARE, diem unum aut plures inserere, quod quum proprie fieri debuisset, ut annus cum ratione coeli congrueret, negligentia et arbitrio Pontificum quibus intercalandi potestas permissa erat, Cice-

ronis tempore eo devenerat, ut aequinoctium vernum paene in aestatem incideret, quam confusionem deinde Caesar adhibito Sosigene astronomo sustulit. Hinc est quod Cicero qui nolebat sibi provinciam ultra annum prorogari ad Att. V. 13. ita scribit: *Primum illud praemuni quasi ut simus annui; ne* intercaletur *quidem;* et V. 21. *cum scies Romae* intercalatum *sit necne velim, ad me scribas certum, quo die mysteria futura sint.* Immanis autem huiusmodi licentiae exemplum de Verre narratur. Verr. II. 52.

INTERCALARIS, intercalatus. Quint. 25. *ante V. Kalendas intercalares.* Intellige de Kalendis mensis intercalati, ex instituto Numae: de qua re vid. quem ad h. l. laudat Graevius, Gronov. Obs. II. 18. Sed eius mentem ex Graevianis verbis vix tirones satis intelligant. Est autem haec: Annus Numae erat 355 dierum, ex quo instituto, quia octo annorum spatio 90 dies aberrabat annus a cursu solis, hos 90 dies in quatuor menses intercalares, sive Merkedonios, descripsit Numa, *duos binum* (ita Gronov. Sed debet esse, *unius*, quod aliter summa non constat, nisi 6 horas, quae sunt super 365 dies, ducas) duos *ternum et viginti* dierum, et post biennium quodque unum ex his, et quidem alternis, modo parem, modo imparem, interposuit. Eos menses a Graecis inventos induxerat. Quia autem Graeci tantum 354 dierum faciebant annum, post tertiam octaëterida, h. e. post vicesimum quartum annum, dies erant XXIV superflui Numae, hi scilicet, quos singulis annis, in honorem imparis numeri, adiecerat. Itaque tertia octaëteride non 90 ut primis octaëteridibus, sed 66 dies interposuit, quo facto solem et lunam ad easdem metas reduces habebat. Atque hic est Cyclus Numae 24 annorum, de quo est apud Livium I. 20. 2. Fam. VI. 14. *Kalend. intercalares priores.* Hunc locum capio de mensibus intercalariis Caesaris. Is, quia anni ratio, propter intercalandi licentiam, qua Pontifices usi erant, perturbata erat, et ipse fastos emendare instituerat, primo instituit annum 365 dierum; deinde, ut ante in ordinem rediret annus, fecit *annum*, quem vocant *confusionis.* (i. e. A. U. c. 707.) (In eo erant *tres menses intercalarii,* primus is, qui ex instituto Numae in illum annum incidebat, deinde duo Caesaris integri, interiecti inter Novembrem et Decembrem. Prioris Kalendae dictae sunt intercalares priores, alte-

rius posteriores. Vid. Sueton. Caesar. 40. et Scaligeri diatribon de hac correctione fastorum sub initium libri IV. de emendatione temporum. Similiter Livius XLIII. 11. dixit *Kalendas intercalares.* Aliud egerunt viri doctissimi, Manutius, Lambinus et alii, cum de die intercalari post d. 23. Febr. ceperunt, qui nunquam Kalendarum nomine venit. *Ern.*

INTERCALARIUS. Verr. II. 52. Cephaleditani *decreverunt* intercalarium *XLV dies longum, ut reliqui menses in suam rationem reverterentur* nempe quia Verres in Sicilia quum pro praetore esset „*novus astrologus qui non tam caeli rationem quam caelati argenti duceret,*" eximi iusserat ex anno unum et dimidiatum mensem.

INTERCAPEDO, intervallum. Fin. I. 18 *in eorum vita nulla est* intercapedo *molestiae.* Fam. XVI. 21. intercapedo *scribendi.* Fam. IX. 22. *quid enim? non honestum verbum est divisio? at inest obscenum* (scil. *visio*) *cui respondet intercapedo* (propter obscenitatem in verbo *pedo*).

INTERCEDERE. 1. Intervenire. Verr. II. 36. *una nox* intercesserat. Orat. II. 21. *vix annus* intercesserat. Fam. I. 9. *reditus* intercesserat *in gratiam.* 2. De rationibus vel necessitudinis, vel amicitiae, vel inimicitiae, quae inter duo homines extant. Fam. VI. 12. *veteres mihi necessitudines cum his omnibus* intercedunt. Fam. XIII. 65. *multa et magna inter nos officia et paria et mutua* intercedunt. Cael. 13. intercedunt *mihi inimicitiae cum illo.* 3. Intercedere est etiam sponsorem fieri pecuniae quam suo quis interventu alteri conciliavit. Att. VI. 1. intercessisse *se pro iis magnam pecuniam.* Phil. II. 18. *tantum pro te* intercessisse *dicebat.* 4. Intercedere est tribunorum plebis, quum decretum aliquod, aut rogationem legis impediunt. Orat. II. 47. Fam. I. 2.

INTERCEPTIO, ablatio (*die Wegnahme*). Cluent. 60. *quae deinde* interceptio *poculi?* nempe quod Balbutius *intercepisse* dicebatur.

INTERCEPTUS. Att. I. 13. *literae interceptae aufgefangener Brief*).

INTERCESSIO. 1. Sponsio in re pecuniaria. Parad. VI. 2. intercessiones *pecuniarum.* 2. Opera eius qui se in aliqua re interponit, mediator fit. Att. I. 4.

mea intercessio (*Vermittelung*) *et est et fuit parata. Ern.* 3 Intercessio est tribunorum plebis. Rull. II. 12.

INTERCESSOR. 1. Qui se interponit, mediator ut hodie dicunt. Rosc. Am. 38. *isto hortatore, auctore,* intercessore, *legati ad Sullam non adierunt.* 2. Sponsor. Fam. VII. 27. *utinam semper tribunus esses*, intercessorem *non quaereres;* ludit in ambiguitate verbi, quod et sponsorem significat, et tribunum intercedentem alicui rei, id est vetantem. *Ern.*

INTERCIDERE. 1. i. q. perire. Deiot. 9. *Pereant amici dum una inimici* intercidant. 2. Accidere. Fam. V. 8. *siqua* interciderint (*wenn auch dazwischen etwas vorgefallen ist*) *non tam re quam suspicione violata.*

INTERCIPERE. Cluent. 60. *Venenum quum in mulso daretur, quendam eius familiarem* intercepisse, *bibisse, statimque mortuum esse.* Att. I. 13. *non committendae* (*literae*) *eiusmodi periculo, ut aut interire, aut aperiri, aut* intercipi (*aufgefangen, unterschlagen werden*) *possint.*

INTERCISE. Partit. 7. *in coniunctis verbis triplex adhiberi potest commutatio non verborum, sed ordinis tantummodo; ut quum semel dictum sit directe — invertatur ordo; — deinde idem* intercise (*durch einander*) *atque permiste.*

INTERCLUDERE. 1. Claudere. Rab. perd. 1. intercludere *omnes seditionum vias, munire praesidia reip.* 2. Impedire. Cael. 18. *deserta via et inculta atque* interclusa *iam frondibus atque virgultis.* 3. Prohibere, ad Quir. p. Red. 5. *inimici mei corporibus civium trucidatis flumine sanguinis meum reditum* intercludendum *putaverunt.* Att. VIII. 9. *ille a commeatu et reliquis copiis* intercludendus (*abgeschnitten*). Rosc. Am. 38. *omnes aditus ad Sullam* intercludere. Att. VII. 19. intercludere *fugam.* Ibid. IX. 4. *plane capti* interclusique *sumus.* Att. VIII. 8. intercludor *dolore.*

INTERCLUSIO. Orat. III. 46. Clausulas atque interpuncta verborum animae interclusio (*das Ausbleiben des Athems*) *atque angustiae spiritus attulerunt.*

INTERCOLUMNIUM, spatium columnis interiectum (*Säulenweite*). Verr. I. 19. Q. Fr. III. 1. adi Gothofred. ad Cod. Theos. I. 45. de operibus publ. (L. XV. Tit. 1.). *Ern.*

INTERCURRERE. 1. Sensu proprio. Phil. VIII. 6. *pugnatur acerrime, qui* intercurrerent (scil. ad res componendas) *misimus tres principes civitatis.* 2. Incidere. Her. I. 8. *genus narrationis quod* intercurrit *nonnunquam.*

INTERCUS. Off. III. 24. *si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam* intercutem (*gegen die Wassersucht*).

INTERDICERE, est praetorum. Caecin. 8. *praetor* interdixit (*gab den richterlichen Bescheid*) — *sine ulla exceptione tantum ut unde deiecisset, restitueret.* Ibid. 13. *praetor, qui dies totos aut vim fieri vetat, aut restitui factam iubet, qui de fossis, de cloacis, de minimis aquarum itinerumque controversiis,* interdicit. 2. *Aqua et igni interdicere* est *in exsilium eiicere.* Phil. I. 9. *Leges quae iubent ei, qui de maiestate damnatus sit* aqua et igni interdici. 3. Prohibere vetare. Orat. I. 50. *neque enim interdictum est aut a rerum natura, aut a lege aliqua atque more, ut singulis hominibus ne amplius quam singulas artes, nosse liceat.* Cael. 20. *si quis est qui etiam meretriciis amoribus* interdictum *iuventuti putet, est ille quidem valde severus.* 4. Obiter aliquid dicere. Her. II. 11. *in praesentiarum hoc* interdicere (*beyläufig zu sagen*) *non alienum fuit.*

INTERDICTIO. Dom. 30. *tecti et aquae et ignis* interdictio.

INTERDICTUM; decretum praetoris certis formulis conceptum, quo aliquid iubet vel vetat; inprimis in controversiis de possessionibus, quum eum qui aliquo loco deiectus est, restitui iubet, donec res iudicio plana facta sit. Vid. Iustiniani. Inst. IV. 10. et ibi Hotomann. Caecin. 3. *possessio per* interdictum *repetita.* Ibid. 14. *huius rei* interdictum *maioribus in mentem non venisse.* Ibid. 31. interdictum *quotidianum.* Fam. VII. penult. interdictis *defendere possessionem.* Orat. I. 10. interdicto tecum *contenderent.* 2. Dom. 26. interdictum *sceleris,* i. e. *scelestum,* de lege, qua Ciceroni aqua et igni interdictum erat. 3. Pis. 21. interdicta *deorum,* sunt prodigia et similia, ut responsa sacerdotum. *Ern.*

INTERDUCTUS, interpunctio. Her. II. 68. *oratio non aut spiritu pronuntiantis, aut* interductu *librarii, sed numero coacta debet insistere.*

INTERDUM. Brut. 67. *acumen* (M. Pisonis) *in reprehendendis verbis versutum et sollers, sed saepe sto-*

gloria. P. Cod. in Sen. 2. *hostes atque* interfectores *rei publicae.*

INTERFICERE. 1. Occidere. Cluent. 8. *Oppianicus Aurium — tollendum* interficiendumque *curavit.* 2. De herbis. Oecon. fr. apud Non. *nullo modo facilius posse neque herbas arescere et* interfici *neque terram ab sole percoqui.* Sic Virgil. IV. Georg. 530.

INTERIECTIO. Her. I. 6. *si negamus nos de aliqua re dicturos, et tamen occulte* dicemus interiectione *verborum* (*beyläufige Erwähnung*).

INTERIECTUS. 1. De spatio. N. D. II. 26. *aer* interiectus, *inter mare et caelum.* Somn. 6. *Vides habitari in terra raris et angustis in locis, et in ipsis quasi maculis, ubi habitatur, vastas solitudines* interiectas. N. D. II. 57. *Nasus ita locatus est, ut quasi murus oculis* interiectus *esse videatur.* 2. De temporis intervallo. Brut. 64. *Sisenna* interiectus *inter duas aetates Hortensii et Sulpitii.* Orat. 8. *eorum vicini non ita lato* interiecto *mari.* Fin. II. 34. *in voluptate maxima nullo intervallo* interiecto *dies noctesque versari.* 3. De intervallo differentiae. Rull. II. 33. *videte quantum intervallum sit* interiectum *inter maiorum nostrorum consilia et inter istorum hominum dementiam.* Opt. gen. or. 1. *Alii eis* interiecti *et tanquam medii.* Orat. 6. *est autem quidam* interiectus *inter hoc medius et quasi temperatus.* Off. I. 26. *qui* interiecti *inter philosophos et eos qui rem publicam administrarent, delectarentur re sua familiari.* 4. De iis quae in oratione passim intermiscentur. Her. II. 2. *Narratio accusatoris suspiciones* interiectas *et dispersas habere debet.*

INTERIECTUS, subst. N. D. II. 40. *Luna quum est e regione solis interpositu* interiectuque *terrae repente deficit.*

INTERIICERE. Univ. 7. *ex materia quae individua est — et ex ea quae corporibus dividua gignitur tertium materiae genus ex duobus in medium admiscuit — idque* interiecit *inter individuum, atque id, quod esset dividuum in corpore.*

INTERIMERE. 1. Interficere. Fin. II. 20. *stuprata per vim Lucretia — se ipsa* interemit. 2. Interitum afferre. N. D. I. 19. *Ex hac* (*ἰσονομία* secundum Epicurum) *illud efficitur — si quae* interimant *innumerabilia sint, etiam ea quae conservent, infinita esse debere.* 3. De gravissimo animi dolore. Mil. 34. *me qui-*

dem exanimant et interimunt *hae voces Milonis quas audio assidue.* 4. Tollere. Muren. 12. *sacra interire illi* (maiores) *noluerunt horum* (ICtorum) *ingenio senes ad coëmptiones faciendas* interimentorum *sacrorum causa aperti sunt.* Vid. COEMPTIO.

INTERIOR. 1. Remotior, et paene ultimus. Manil. 22. *gentes* interiores, *sc.* Asiae, remotiores ab ora maritima, adeoque etiam Roma. Q. Fr. III. 1. interiore *epistola, h. e.* paene ultima, ad h. l. Manut. Et ratio, atque aliae formulae ostendunt, *interius esse*, quod a conspectu longe remotum est. Sic fere Acad. IV. 2. interiora *Luculli* sunt ea eius bona, quae non omnibus nota sunt, nec in oculis omnium versantur, ut studia literarum. Hinc *interiora* dicuntur *subtiliora.* Nat. D. III. 16. interiores *et reconditae literae.* Fam VII. 33. interiores *literae*, conf. III. 10. Div. II. 16. *haec in promptu sunt*, interiora *videamus*, cf. *intimus.* Ad Q. Fr. I. 1. Octavius, qui Macedoniam regebat, dicitur Ciceronis, Asiae Praetoris, vicinus interior. 2. Arctior, coniunctior. Off. III. 17. interior *societas.* Ibid. I. 17. interius *est, esse eiusdem civitatis.* 3. Brevior. N. D. II. 41. *cursu* interiore *brevi convertitur orbe.* Acad. IV. 20. *cursu* interiore. 4. Medius. Or. III. 61. *contentionis extremum*, quod *tamen* interius est, *quam acutissimus clamor — est item contra quiddam in remissione gravissimum. Ern.*

INTERIUS. Orat. III. 49. *Oratio ne insistat* interius, *ne excurrat longius.*

INTERITIO. Verr. III. 54. *aratorum* interitio *facta nulla est*, i. e. ut paullo post dicitur *incolumis numerus mansit aratorum.*

INTERITUS. Tusc. I. 23. interitus *est quasi discessus et secretio ac diremptus earum partium, quae ante* interitum *in actione aliqua tenebantur.* Div. II. 16. *Non ergo omnium* interitus *atque obitus natura conficiet; et erit aliquid quod aut ex nihilo oriatur, aut in nihilum subito occidat. Quis hoc physicus dixit umquam? Haruspices dicunt.* N. D. I. 25. *Epicurus individuorum corporum concretionem fugit, ne* interitus *et dissipatio consequatur.* Tusc. I. 37. *qui viderit — animo et corpore consumpto totoque animante deleto et facto* interitu *universo illud animal quod fuerit, factum esse nihil, is plane perspiciet inter Hippocentaurum, qui nunquam fuerit et regem Agamemnonem nihil inter-

esse. N. D. III. 14. *quidquid est, quod sensum habeat, id necesse est sentiat et voluptatem et dolorem; ad quem autem dolor veniat, ad eundem etiam* interitum *venire.* 2. Mors Brut. 33. Gracchi *immaturus* interitus. Fam. X. 17. *acerbissimus* interitus *consulum* (Hirtii et Pansae). 3. Clades. Div. I. 32. interitus *exercitus.* 4. Finis. Fin. II. 9. *qualis ista philosophia est, quae non* interitum *afferat pravitatis, sed sit contenta mediocritate vitiorum?*

INTERLITUS, lituris inductus. Cluent. 33. *codex* interlitus. Verr. II. 42. *tabulae sunt in medio quae se corruptas atque* interlitas *esse clamant.*

INTERLUCERE. Her. III. 19. (in memoria artificiali) *dissimiles forma atque natura loci comparandi sunt, ut distincte* interlucere *possint.*

INTERMINATUS. N. D. I. 20 *Immensa et* interminata *in omnes partes regionum magnitudo.*

INTERMISSIO. 1. Fam. VII. 13. intermissio *literarum.* Lael. 2. *officii.* Fam. V. 17. *consuetudinis.* Div. II. 68. *forensis operae.* Hortens. fr. *sine ulla minimi temporis* intermissione. 2. Partit. or. 6. *dilucidum fit usitatis verbis, propriis, dispositis aut circumscriptione conclusa* (i. e. periodo) *aut* intermissione (*i. e.* per membra s. *κῶλα*) *aut concisione verborum* (h. e. per incisa s. *κόμματα*).

INTERMITTERE. 1 Sensu proprio. Orat 10. *studia doctrinae.* Div. I. 26. *ludi* intermissi. Off. II. 24. *acriores morsus sunt* intermissae *libertatis, quam retentae.* Fam. VII. 12. *literas mittere* intermiseras. Div. I. 34. (Calliphanes narravit) *quum — apud Lebadiam Trophonio res divina fieret, gallos gallinaceos in eo loco sic assidue canere coepisse, ut nihil* intermitterent. 2. Interiicere. Muren. 17. *Dies* intermissus *unus, aut nox interposita saepe perturbat omnia.*

INTERMORI, de oblivione. Fam. VI. 16. *nullum officium tuum apud me* intermoriturum *existimas.*

INTERMORTUUS. Muren. 7. *memoriam prope* intermortuam *generis sui virtute renovare.* Pis. 17. *Vos eandem illam manum ex* intermortuis (i. e. debilibus). *Catilinae reliquiis concitastis.* Sic Att. I. 14. *de* intermortuis *reliquiis coniurationis* legendum esse vidit Ernestius pro vulg. *immortuis.* Mil. 5. *tribuni* intermortuae *conciones*, sunt languidae, quibus parum aut nihil efficere potuit.

INTERMUNDIA, gr. μετακόσμια sunt loca vacua inter mundos, quae Epicurus sedes esse deorum fingebat. Div. II. 17. *Deos ipsos iocandi causa induxit Epicurus perlucidos et perflabiles et habitantes tanquam inter duos lucos, sic inter duos mundos propter metum ruinarum.* Fin. II. 13. *individua quum dicitis et* intermundia, *quae nec sunt ulla nec possunt esse, intelligimus.* N. D. I. 8. *tamquam modo ex deorum concilio et ex Epicuri* intermundiis *descendisset.*

INTERNECINUS. Phil. XIV. 3. quum P. Servilius Antonium eiusque asseclas improbos et audaces appellasset, quos Cicero hostes iudicandos esse censebat; ait: *de improbis inquit et audacibus. Nam sic eos appellat clarissimus vir, quae sunt urbanarum maledicta litium, non inustae belli* internecini *notae.* Idem *bellum* deinde dicit *inexpiabile.*

INTERNECIO. Catil. III. 10. internecio *civium:* Sull. 11. internecione *cives liberavi.*

INTERNOSCERE, discernere, distinguere. Ac. pr. II. 7. *quomodo geometres cernere ea potest, quae aut nulla sunt, aut* internesci *a falsis non possunt.* Lael. 25. *secerni blandus amicus a vero et* internosci *tam potest, adhibita diligentia, quam omnia fucata et simulata a sinceris et veris.* Acad. pr. II. 15. *nonne verisimile sit, sic etiam mentem moveri, ut non modo non* internoscat *visa vera illa sint, anne falsa, sed ut in his nihil intersit omnino?* Rosc. Am. 20. *Canes aluntur in Capitolio, ut significent si fures venerint. At fures* internoscere *non possunt.*

INTERNUNCIUS. Fam. X. 11. *assiduis* internunciis *cum Lepido egi.* Div. II. 34. *aves* internuntiae *Iovis.* Phil. XIII. 5. Iovis Opt. max. *interpretes* internuntiique *constituti sumus (scil.* nos augures).

INTERPELLARE. 1. Interrumpere sermonem alterius. Tusc. I. 8. *Sed nihil te* interpellabo; *continentem orationem audire malo.* 2. Alicuius negotia odiose turbare. Q. Fr. II. 19. *tu metuis, ne me* interpelles? *primo si in isto essem, tu scis quid sit* interpellare. — *Tu vero ut me et appelles, et* interpelles *et obloquare et colloquare velim.* 3. Impedire, refragari. Fam. XI 28. *Caesar numquam* interpellavit, *quin quibus vellem, atque etiam quos ipse non diligebat tamen iis uterer.* Fam. XI. 10. interpellent me, *quo minus honoratus sim, dum ne* interpellent *quo minus resp. a me*

commode administrari possit. Att. XIV. 14. interpellantibus *his inimicitiis animus tuus mihi magis patuit, quam domus.*

INTERPELLATIO. Prov. cons. 8. interpellationem *mei familiarissimi, qua paullo ante interrupta est oratio mea, non pertimescam.* Partit. 8. *interventus alicuius aut* interpellatio.

INTERPELLATOR. Fam. VI. 18. *domus est, quae nulli villarum mearum cedat; otium omni desertissima regione maius. Itaque ne literae quidem meae impediuntur, in quibus sine ullo* interpellatore *versor.* Sed h. l. alii legunt *sine ulla interpellatione.* Att. XV. 13. *in Pompeianum properabam, non quo hoc loco quidquam pulchrius, sed* interpellatores *illic minus molesti.* Off. III. 14. *Canius dictitabat — se hortulos aliquos velle emere — ubi se oblectare sine* interpellatoribus *posset.* Her. II. 11. *omnes illi amphibolias aucupantur. Itaque et alieni sermonis* interpellatores, *— et scripti tum odiosi, tum obscuri interpretes sunt.*

INTERPOLARE. 1. Q. Fr. II. 12. de rege Commageno qui Caesare consule praetextam adeptus erat: *quod nos vult renovare honores eosdem, quo minus togam praetextam quotannis* interpolet, (i. e. novis coloribus inducat) *decernendum nihil censeo.* 2. „Verr. I. 61. interpolare *tabulas* int. cera; nam cera teguntur literae, quae occultare in tabulis volumus ut fuco maculas faciei." *Ern.*

INTERPONERE. 1. In oratione. Her. III. 10. mediocres argumentationes interponi et in medio collocari oportet. Inv. I. 19. *Degressio aliqua extra causam* — interponitur. Orat. 67. *inter quae variis clausulis* interponit *se raro numerosa comprehensio.* Orat. 20. *huic generi historia finitima est, in qua* — interponuntur *etiam conciones et hortationes.* Orat. II. 64. *saepe etiam versus* interponitur *vel ut est, vel paullulum commutatus.* 2. De aliis rebus. Verr. III. 19. interponere *edicta.* Div. II. 72. *proprium est Academiae iudicium suum nullum* interponere. 3. Adhibere. Leg. II. 12. *in iureiurando dii immortales tam iudices tam testes* interponuntur. 4. *Se interponere* est se immiscere. Fam. X. 27. *sapientius facies, si te in istam pacificationem non* interpones. Q. Fr. III. 3. *de Ascanione tu vero, quod voles facies, me nihil* interpono.

INTERPOSITIO. 1. Inv. I. 6. *controversia in dicendo posita vel cum personarum certarum* interpositione, *vel sine certarum personarum* interpositione. Illam Hermagoras *causam*, hanc *quaestionem* appellabat. 2. Interpositio est locus in scripto quodam interpositus. Fam. XVI. 22. *una* interpositio *difficilior est, quam ne ipse quidem facile legere soleo.*

INTERPOSITUS, subst. N. D. II. 40. *Luna — quum est e regione solis* interpositu *interiectuque terrae repente deficit.*

INTERPRES. 1. *Ausleger.* Div. I. 18. *Grammatici* interpretes *poëtarum.* 2. Uebersetzer. Opt. gen. or. 5. *nec converti ut* interpres, *sed ut orator sententiis iisdem et earum formis tamquam figuris.* 3. *Dollmetscher.* Verr. III. 37. *Valentius est in Sicilia* interpres, *quo iste* interprete *non ad Graecam linguam, sed ad furta et flagitia uti solebat.* 4. Interpres dicitur etiam is, qui auguria, portenta et id genus alia explicat. Orat. 46. *auguriûm atque extûm* interpretes. N. D. III. 2. interpretes *Sibyllae, i. e.* librorum Sibyllinorum. Div. II. 44. *omnia* (quae dicunt Astrologi) *eiusmodi sunt ut ne caeli quidem naturam* interpretes, *istos caeli nosse appareat.* Div. II. 28. *coniector quidam et* interpres *portentorum.* Div. I. 51. *somniis, vaticinationibus, oraculis, quod erant multa obscura multa ambigua, explanationes adhibitae sunt* interpretum. 5. *Interpres* etiam dicitur artis alicuius magister. Fam. VII. 19. *Cogitare debebis nullam artem literis* (*blos aus Büchern*) *sine* interprete *et sine aliqua exercitatione praecipi posse.* 6. Ein Vermittler. Verr. IV. 22. *aliquid per amicos et* interpretes *agere.* Ibid. Act. I. 12. *qui aut sequestres aut* interpretes *corrumpendi iudicii solent esse.* Cluent. 36. *nummarius* interpres *pacis et concordiae.* 7. „N. D. II. 4. interpretes *comitiorum* dicuntur Haruspices, qui scil. scirent utrum iusta comitia fuerint an vitiosa. Sic Phil. V. 4. sunt interpretes *armorum*, qui indicant an aliquis arma ceperit, contra remp. 8. Ad Brut. ep. 10. *fallaces* interpretes *ac nuntii* sunt, qui res gestas ac non gestas interpretationibus suis in partem aliam detorquent, ut spem metumve iniiciant, aut incitent aliquem in alterum, de qua vi verbi v. Schwarzium ad Plin. Panegyr. p. 44. n." *Ern.*

INTERPRETARI. 1. Sua vel aliorum verba et sententias explicare. Fin. II. 7. *animadverte igitur rectene*

hanc sententiam interpreter. N. D. III. 31. *si verum est, quod Aristo-Chius dicere solebat, nocere audientibus philosophos iis, qui bene dicta male* interpretarentur, *posse enim asotos ex Aristippi, acerbos e Zenonis scholu exire; prorsus, si qui audierunt, vitiosi essent discessuri, quod perverse philosophorum disputationem* interpretarentur, *tacere praestaret philosophis, quam iis, qui se audissent nocere.* Att. XV. 28 (Bruti) *epistolae, quam* interpretari *ipse vix poteram exemplum pridie tibi miseram.* Muren. 31. *quod atrociter in Senatu dixisti, aut non dixisses, aut mitiorem in partem* interpretarere. 2. Inprimis est eorum, qui de iure respondent. Leg. I. 4. *qui id* (ius civile) interpretari *populo et responsitare soliti sunt* 3. Deinde augurum, qui auspicia aliorumque, qui somnia, portenta exta quid significent, exponunt. Div. I. 23. *quid ego* (somnia) *quae magi Cyro illi principi* interpretati *sunt — proferam?* Ibid. I. 6. *quae est gens aut quae civitas quae non aut extis pecudum, aut monstra aut fulgura* interpretantium — *praedictione moveatur.* 4. Est etiam alia lingua in aliam convertere. Fin. II. 31. *Epistolam* (Epicuri) *laudandam arbitror eam, quam modo totidem fere verbis* interpretatus *sum.* Off. II. 17. *Panaetius quem multum in his libris secutus sum non* interpretatus. 5. Diiudicare. Rab. Post. 10. *Nolite — consilium ex necessitate nec voluntatem ex vi* interpretari. Brut. 2. *summam eius felicitatem non satis grato animo* interpretamur.

INTERPRETATIO. 1. Verborum, aut nominum. Balb. 16. *Erat accusatoris* interpretatio *indigna responsione, qui ita dicebat* comiter *esse* communiter; *quasi vero priscum aliquod aut insolitum verbum interpretaretur.* Orat. II. 63. interpretatio *nominis habet acumen, quum ad ridiculum convertas, quamobrem ita quis vocetur.* 2. Off. I. 10. *nimis callida sed malitiosa iuris* interpretatio. Opt. gen. or. *causa habens* interpretationem *legem satis acutam.* Balb. 6. interpretatio *foederis.* 3. Est auguriorum somniorum etc. Div. I. 20. 22. 4. Explicatio, elocutio (der Vortrag) Orat. I. 6. *quum illa pateant — neque ea* interpretatione *mea aut ornatius explicari, aut planius exprimi possint.* 5. Figura rhetorica. Her. IV. 28. Interpretatio *est, quae non iterans idem redintegrat verbum sed id commutat, quod positum est, alio verbo, quod idem valeat.*

INTERPUNCTIO. Muren. 11. *res sunt parvae prope in singulis literis atque* interpunctionibus *occupatae.*

INTERPUNCTUM. Orat. III. 46. *Clausulas atque* interpuncta *verborum animae interclusio atque angustiae spiritus attulerunt.*

INTERPUNCTUS. 1. De membris orationis interstinctis. Orat. III. 46. *verborum et sententiarum modo* interpunctas *clausulas in orationibus esse voluerunt.* Orat. 16. *distincta alios et* interpuncta *intervalla, morae respirationesque delectant.* 2. Intermistus. Orat. II. 80. *festivitatem habet narratio, distincta personis, et* interpuncta *sermonibus.*

INTERQUIESCO. Brut. 23. *quum — paullum* interquievissem (*bey einer kleinen Pause*).

INTERREGNUM; in libera republica fuit, quum nullus magistratus maior esset, propter dilata et denuntiationibus crebris dirempta comitia. Att. VIII. 9. IX. 11. Fam. VII. 11. Q. Fr. III. 8. *Ern.* Scilicet tum interreges creabantur. A. U. C. 700. antequam Calvinus et Messala consules crearentur, urbs sine magistratibus fuit per sex menses, et quum singuli interreges in quinos dies proderentur, habendorum comitiorum causa, illo anno fuerunt XXXVI interregna. Itaque Cicero Fam. VII. 11. iocans cum Trebatio, quaerit *quis tot* interregnis *iureconsultum desiderat?* Nimirum, quia interreges ius non dicebant, Romae tamdiu iustitium erat, quamdiu interregna.

INTERREX. Dom. 14. est magistratus extraordinarius, qui comitiorum habendorum causa creatur, quum magistratus maior nullus sit, qui habere possit. Nomen retinuit in libera republ. quod olim acceperat, post mortem Romuli in interregno. Liv. I. 17. Interregem autem et patricium esse et a patricio prodi oportebat. Dom. l. c. *Ern.*

INTERROGARE. Fin. II. 1. *Socrates percunctando atque* interrogando *elicere solebat eorum opiniones, quibuscum disserebat.* Orat. 40. *ut* (orator) interrogando *urgeat, et rursus quasi ad interrogata sibi ipse respondeat.* „2. Flacc. 10. *bene testem* interrogavit. — Moris erat, quum testis ab aliquo in iudicio producebatur, ut et ipse, qui eum produceret, de iis rebus, quas vellet testimonio eius confirmari cum interrogaret, et patronus eius, contra quem producebatur, si forte

forte responsiones elicere posset eiusmodi, quibus se impediret ipse, quibusque testimonium eius convinci posset falsitatis; in quo in primis ingenium et artificium patroni cernebatur. Atque hoc est *bene interrogare.* Vid. *Interrogatio.* 3. Compellare de crimine aliquo, quod est accusatoris. Dom. 29. *quis me interrogavit ulla lege? quis postulavit? quis diem dixit?* Sic saepe usus est hoc verbo Tacitus, ut Ann. XIV. 46, itemque Sallust. Catil. 18. ubi Cortius et h. l. Ciceronis affert, sed male *interrogare*, explicat, quaerere de aliquo et de iudicio; peius laudat locum Livii VIII. 32. ubi longe alia ratio." *Ern.*

INTERROGATIO. 1. De ratione dialecticorum quae dicebatur ἀργὸς λόγος Fat. 13. *Sic* interrogant: *si fatum tibi est ex hoc morbo convalescere, sive medicum adhibueris, sive non, convalesces — Recte genus hoc* interrogationis ignavum *atque iners nominatum est.* 2. Aliae sunt Fin. IV. 4. quae dicuntur *captiosae* interrogationes, ut in Sorite. Exemplum est Acad. pr. II. 16. 3. *Interrogatio* in rhetoricis est figura sententiarum. Her. IV. 15. „4. Interrogatio est actoris quum testem, sive suum sive adversarii interrogat; cuiusmodi est oratio in Vatinium. Vid. Argum. Orat. in Vat. Fam. I. 9. *tota vero* interrogatio *mea nihil habuit, nisi reprehensionem tribunatus eius.* Ex interrogatione hac Vatinii intelligitur, etiam obiecta esse testibus interrogando, quibus fides eorum infirmari posset. Conf. de hoc genere Casaub. ad Sueton. Aug. 53." Gruter ad Tacit. Ann. VI. 47. *Ern.*

INTERROGATIUNCULA. Fin. IV. 3. *pungunt quasi aculeis* interrogatiunculis *angustis.* Parad. prooem. 1. Cato *perfectus Stoicus — in ea est haeresi, quae nullum sequitur florem orationis, neque dilatat argumentum; minutis* interrogatiunculis, *quasi punctis, quae proposuit, efficit.*

INTERRUMPERE, dirimere. N. D. II. 45 *contingere terrae necesse est, ut omnibus eius partibus in medium vergentibus — nihil* interrumpat, *quo labefactari possit tanta contentio gravitatis ac ponderum.*

INTERRUPTE. Orat. II. 80 *perspicua narratio — si non* interrupte *narrabitur.*

INTERRUPTUS. 1. De oratione. Prov. cons. *interpellatio — qua paullo ante* interrupta *est oratio mea.* Cael. 24. *Metellus — me intuens flentem, signi-*

loquacitas. 5. De numero oratorio et pedibus metricis. Orat. 34 *ut numerus* intervallis, *compositio vocibus — appareat.* Ibid 57 *Ephorus syllabis metientibus pedes non* intervallis *existimat, quod idem facit in trochaeo* (h. e. tribracho) *qui temporibus et* intervallis *est par iambo.* Orat. 66. nisi intervallo (*nach einer Pause*) *dixisset:* ipsi prodeant; *sensisset profecto effugisse senarium.* 6. De differentia s. diversitate rerum aut personarum Rull. II. 33. *vide quantum* intervallum *sit interiectum inter maiorum nostrorum consilia et inter istorum hominum dementiam.* Rab. Perd 5 *quantum tandem* intervallum *inter te atque illum interiectum putas?*

INTERVENIRE. 1. De hominibus. Att. XV. 11. *quam orationem quum ingressus essem Cassius* intervenit. 2. De casu et fortuna incidente. Fam. VII. 4 *casus viro mirificus quidam* intervenit. Tusc. V. 9 *quid melius quam* (quod Epicurus dicit) *fortunam exiguam* intervenire *sapienti!* Ibid. III. 17. *eum esse beatum, qui praesentibus voluptatibus frueretur confideretque se fruiturum aut in omni aut in magna parte vitae, dolore non* interveniente, *aut si* interveniret, *si summus fuerit, futurum brevem* etc.

INTERVENTOR. Fat. 1. *quodam — magis vacuo ab* interventoribus *die.*

INTERVENTUS. 1. Hominum. Partit. 8. interventus *alicuius aut interpellatio.* 2. Rerum. N. D. I. 40, *suppeditatio bonorum, nullo malorum* interventu.

INTERVERTERE. 1. Intercipere. Phil. II 32. *ille induxit ut peteret* (consulatum Dolabella); *promissum et receptum* intervertit *ad legem transtulit* Verr. IV. 30. interverso *hoc regali dono.* 3. Omittere (*überschlagen, übergehen*). Dom. 43. intellexit, posse *se,* interversa *aedilitate a L. Pisone consule praetorem renuntiari.*

INTERVISERE. 1. Besuchen. Fam. VII. 1. *quod minus nos* intervisis *hoc fero animo aequiore.* 2. Inspicere. Q. Fr. III. 1. urbanam expolitionem — ipse crebro interviso (*sehe öfters selbst nach*).

INTESTATO. Nullo facto testamento. Orat. I. 40. *paterfamilias* intestato *mortuus.*

INTESTATUS. Cluent. 60. intestatum *dico esse mortuum* (Vibium Capacem).

INTOLERANTER. Tusc. II. 10. intoleranter *dolere.* Orat. II. 52. intolerantius *se iactare.* Vatin. 12. intolerantissime *gloriari.*

INTOLERANTIA. Rull. II. 13. *perspicite, quanta potestas permittatur; non privatorum insaniam, sed* intolerantiam *regum esse dicetis.* Cluent. 40 *Quintius si fuisset homo nobilis, quis eum cum illa superbia atque* intolerantia *ferre potuisset?*

INTONARE. 1. Sensu proprio. Div. I. 47. *partibus* intonuit *caeli pater ipse sinistris.* 2. Metaphorice. Muren. 38. *hesterna concione* intonuit *vox perniciosa tribuni.*

INTONSUS. Tusc. III. 26. Agamemno (apud Attium) *scindens dolore* intonsam *comam.*

INTORQUERE. 1. Orat. II. 66. *Tito Pinario mentum in dicendo intorquenti* dixit Crassus, *tum ut diceret, si quid vellet, si nucem fregisset.* 2. Harusp. 3. *si quod in me telum* intorserit. Att. IX. 7. *vereor ne Pompeio quid oneris imponam, μή μοι γοργείην κεφαλὴν* — intorqueat. Tusc. IV. 36. *alternis versibus* intorquentur *inter fratres contumeliae.*

INTRA. Manil. 12. *nulla* intra *Oceani ostium* Fam. IV. 4. *modice hoc faciam aut etiam* intra *modum.* Ibid. IX. 26. *epulamur una non modo non contra legem* (sumptuariam) — *sed etiam* intra *legem.*

INTRACTATUS. Lael. 19. in ipso equo — *nemo est qui non eo quo, consuevit, libentius utatur, quam* intractato *et novo.*

INTRARE. 1. Sensu proprio. Phil. II. 26. intrare *limen.* Tusc. I. 24. *animus antequam in corpus* intravisset. Dom. 2. intrare in Capitolium. 2. Metaphorice. Q. Fr. I. 2. *qui in tuam familiaritatem penitus* intravit. Flacc. 10. intrabo *etiam magis* scil. in causam, i. e. accuratius agam. Fin. V. 16. intrandum *est igitur in rerum naturam, et penitus, quid ea postulet videndum.* 3. Orat. II. 26. *definitio — in sensum et in mentem iudicis* intrare *non potest* (*kann nicht recht gefaſst werden*) *ante enim praeterlabitur quam percepta est.*

INTRICARI. Subtilius disputare. Fat. fr. apud Gellium V. 3: *Chrysippus aestuans laboransque, quonam pacto explicet, et fato omnia fieri et esse aliquid in nobis* intricatur *hoc modo.*

Div. II. 51. *negant id esse alienum maiestate deorum scilicet casas omnium* introspicere, *ut videant quid cuique conducat.*

INTRUDERE. Caecin. 5. atque etiam se ipse inferebat et intrudebat (*drang sich auf*).

INTUERI. 1. Oculis contemplari. Tusc. I. 30. *nisi idem nobis accideret, diligenter de animo cogitantibus, quod iis saepe usu venit, qui quum acriter oculis deficientem solem* intuerentur, *ut adspectum omnino amitterent.* Somn. 5. Intueri *solem nequitis adversum.* Div. I. 14. *an — tot navium rectores non ita profecti sunt ab Ilio, ut profectione laeti piscium lasciviam* intuerentur, *ut ait Pacuvius.* 2. Considerare (*betrachten, beobachten*). Tusc. I. 30. *mentis acies se ipsam* intuens *nonnumquam hebescit ob eamque causam contemplandi diligentiam amittimus.* Orat. 8. *omnes* (oratores) *voluntatem eorum, qui audiunt*, intuentur. Fin. I. 17. *quum ea quae praeterierunt acri animo et attento* intuemur Lael. 7. *amicum qui* intuetur, *tamquam exemplar aliquod* intuetur *sui.* 3. Rationem alicuius habere (*Rücksicht nehmen*). Phil. XI. 15. *non tam vetera nos* intuendos *vobis arbitror, quam quid tirones milites, flos Italiae, — quid cuncta Italia de vestra gravitate sentiat.* 4. Cum cupiditate aut invidia aliquid aspicere. Sext. 45. *quid est igitur propositum his reip. gubernatoribus, quod* intueri, *et quo cursum suum dirigere debeant!* Fam. I. 9. *hic meae vitae cursus offendit eos fortasse, qui splendorem et speciem huius vitae* intuentur, *sollicitudinem autem et laborem perspicere non possunt.* 5. Contemplari aliquid imitandi causa. Orat. II. 21. *omnino in illud genus eum* (Sulpicium) *Crassi magnificum atque praeclarum natura ipsa ducebat; sed ea non satis proficere potuisset, nisi eodem studio atque imitatione intendisset, atque ita dicere consuesset, ut tota mente Crassum atque omni animo* intueretur. 6. De eius quod proxime instat, praevisione. Sext. 9. *qui non modo tempestatem impendentem* intueri *tumulentus, sed ne lucem quidem insolitam aspicere posset.*

INTUS. 1. Domi. Sen. 4. *nec vero ille in luce modo atque in oculis civium magnus, sed* intus *domique praestantior.* Orat. II. 68. *Nasica sensit illum* intus *esse.* 2. *Quod intus est*, dicitur id quod domesticum est. Deiot. 11. de servis in dominum sollicitatis: *Ubi id quod* intus *est, atque nostrum impune evolare potest*

contraque nos pugnare, fit in dominatu servitus, in servitute dominatus 3. Intus *canere;* vid. CANERE.

INVADERE. 1. Attingere. N. D. II. 15. *Ignis quocumque* invasit *cuncta disturbat ac dissipat.* 2. Amplecti. Phil. II 31. *quum mulier fleret uberius, homo misericors ferre non potuit, caput aperuit; in collum* invasit. 3. Aggredi, adoriri. Caecin. 9. *praedicat se — servo imperasse ut in Caecinam advenientem cum ferro* invaderet. Sext. 6. *neque quemquam offendet oratio mea, nisi qui se ita obtulerit, ut in eum non* invasisse, *sed incurrisse videamur.* Fam. I. 9. *non potui magis in arcem illius causae* invadere; *id est* magis adversari Caesaris ac Pompeii voluntati. Off. I. 22. *illud optimum est, in quod* invadi *solere ab improbis et invidis audio.* H. l. invadere est carpere aliquid et cum irrisione reprehendere. Loquitur enim de illo suo versiculo: *Cedant arma togae, concedat laurea laudi.* 4. Occupare. Q. Fr. III. 2. *imperator noctu urbem hostium* invasit. Phil. II. 16. *in multas pecunias alienissimorum hominum eiectis veris heredibus, tamquam heres esset,* invasit. 5. De morbi alicuius aut mali accessu. Off. III. 7. *Panaetius negat ullam pestem maiorem in hominum vitam* invasisse. Off. II. 21. *hoc malum in remp.* invasit. Fam. XVI. 10. *mirus furor* invasit *improbis.*

INVALESCERE. Muren. 15. *rex — tantum ipse opibus conatuque invaluit.*

INVALITUDO. Att. VII. 2. invalitudo *tua valde me conturbat.*

INVECTIO. 1. *Einfuhr.* Off. II. 3. *rerum quibus abundaremus exportatio, et eorum, quibus egeremus* invecti- *certe nulla esset, nisi his muneribus homines fungerentur.* 2. Incitatio (de animo). Inv. II. 54. *Clementia per quam animi temere in odium alicuius concitati* invectio *comitate retinetur.*

INVEHERE. 1. Importare. Off. II. 22. *Paullus tantum in aerarium pecuniae* invexit, *ut unius imperatoris praeda finem attulerit tributorum.* 2. De fortunae casibus et malis. Tusc. III. 12. *haec mala — non inerant in his, quae tibi casus* invexerat. Ibid. IV. 29. *ira caelitum* invectum *malum.* Ibid. 17. *quemcunque casum fortuna* invexerit. Inv. I. 1. *non minimam video per disertissimos homines* invectam *partem incommodorum.*

INVEHI, depon. 1. Equo, curru, vel nave aliquo vehi. Muren. 2. *qui in portum ex alto* invehuntur. Prov. cons. 14. *si (Caesar) in Capitolium* invehi *victor cum insigni illa laurea gestiret.* N. D. I. 28. *Triton nutantibus* invehens *beluis.* 2. Verbis aliquem insultare. Lael. 16. *acerbius in aliquem* invehi, *insectarique vehementius.* Orat. II. 75 *si in homines caros iudicibusque iucundos sine ulla praemunitione orationis acerbius et contumeliosius* invehare, *nonne abs te iudices abalienes?*

INVENIRE. 1. Reperire. Rosc. Am. 15. *ille quomodo crimen commenticium confirmaret non* inveniebat, *ego res tam leves qua ratione infirmem ac diluam reperire non possum.* 2. Nancisci, accipere. Fin. I. 7. *Torquatus qui hoc primus cognomen* invenit. Fam. V. 9. *scis meam fortunam nescio quomodo facile obtrectatores* invenire. 3. Parare. Manil. 14. *unde tam incredibilem cursum* inventum *putatis.* Vatin. 9. inventis *auspiciis,* i. e. *inductis.* 4. Deprehendere. Catil. III. 7. *haec tanta in rep. coniuratio manifesto* inventa *atque deprehensa est.* 5. Inveniri seque ponitur pro exstare. Orat. I. 2. *consilio ac sapientia qui regere — remp. possent multi nostra, plures patrum memoria — exstiterunt, quum boni perdiu nulli, vix autem singulis aetatibus singuli tolerabiles oratores* invenirentur. Phil. II. 34. *tu unus* inventus *es qui — eum quem collegam habebas dominum habere velles.*

INVENTIO. 1. Actus inveniendi. Ac. pr. II. 8. *quaestio est appetitio cognitionis quaestionisque finis* inventio. 2. Inveniendi facultas. Tusc. I. 25. *illa vis, quae investigat occulta quae* inventio *et excogitatio dicitur.* 3. In arte rhetorica Inv. I. 7. inventio *est excogitatio rerum verarum aut verisimilium, quae causam probabilem reddant.*

INVENTOR. N. D. III. 18. *Aristaeus, qui olivae dicitur* inventor. Fin. I. 10. inventor *veritatis.* Inv. I. 28. *facti principes et* inventores

INVENTRIX. N. D. III 21. *Minerva, quam principem et* inventricem *belli ferunt.* Orat. I. 4. *omnium doctrinarum* inventrices *Athenae.* Tusc. V. 2. *philosophia* inventrix *legum, magistra morum et disciplinae.*

INVENTUM. Orat. I. 18. *philosophorum* inventa. Cluent. 31. *Sapientissimum dicunt eum, cui, quod opus sit, ipsi veniat in mentem; proxime accedere illum, qui*

INVETERATUS. Phil. V. 11. *malum* inveteratum *fit plerumque robustius.* Sen. 20. *omnis conglutinatio recens aegre*, inveterata *facile divellitur* Fam. III 9. *nostra non instituta sed* inveterata *amicitia.* Balb. 19. *Caesar dicitur* inveteratam *quondam barbariam ex Gaditanorum moribus disciplinaque delevissse.*

INVICTUS. Rull. 11. *Hannibal armis* invictus. Verr. IV. 38. nomen invicti imperatoris. Fin. III. 22. *sapiens recte* invictus (appellabitur) *cuius etiam si corpus constringatur, animo tamen vincula inici nulla possunt* Off. I. 5. *animi excelsi atque* invicti *magnitudo et robur.*

INVIDENTIA. Tusc. III. 10. Invidentia *aegritudo est ex alterius rebus secundis.* Ibid. IV. 8 invidentiam *esse dicunt aegritudinem susceptam propter alterius res secundas, quae nihil noceant* invidenti. Ibid. 7. invidentia; *utendum est enim docendi causa verbo minus usitato, quoniam invidia non in eo, qui invidet solum dicitur, sed etiam in eo, cui invidetur.*

INVIDERE. Orat. II. 52. Invident *homines maxime paribus aut inferioribus quum se relictos sentiunt illos autem dolent evolasse; sed etiam superioribus* invidetur *saepe vehementer, si insolerantius se iactant.* Fam. III. 7. *video non ut antehac putabam novitati esse* invisum *meae.* Off. II. 13. *non modo non* invidetur *illi aetati* (iuvenum), *sed etiam favetur.* Planc. 3. *populus semper aut* invidet *aut favet.* Phil. X. 1. *ego semper sensi neminem alterius, qui suae confideret, virtuti* invidere. Flacc. 29. *longo intervallo — Romam venis; affers faciem novam, nomen vetus* purpuram Syriam. *In qua tibi* invideo, *quod unus vestimentis tamdiu lautus es*; i. e. quod veste purpurea tot annos uteris. Tusc. III. 9. *Sapiens — incidere posset in* invidentiam. *Non dixi* invidiam, *quae tum est quum* invidetur, *ab* invidendo *autem* invidentia *recte dici potest ut effugiamus ambiguum nomen* invidiae, *quod verbum ductum est a nimis intuendo fortunam alterius, ut est in Menalippa:* quisnam flores liberûm *invidit* meûm. *Male Latine videtur. Sed praeclare Attius, ut enim videre sic* invidere, *florem rectius quam flori. Nos consuetudine prohibemur; poëta ius suum tenuit et dixit audacius.*

INVIDIA. Tusc. IV. 7. invidia *dicitur non solum in eo, qui* invidet, *sed etiam in eo cui* invidetur. Brut. 42. de Cicerone et Scr. Sulpicio *illud gaudeo, quod et*

INVITAMENTUM. Fin. V. 6. *prima* invitamenta *naturae*. Sull. 26. (Sulla) *quum multa haberet* invitamenta *urbis et fori propter summa studia amicorum — abfuit ab oculis vestris.*

INVITARE. Verr. IV. 11. invitare *senatorem tecto ac domo*. Phil. XII. 9. *hospitio aliquem* invitare. Muren. 35. invitare *ad prandium*. Att. II. 18. *a Caesare valde liberaliter* invitor *in legationem illam*. Sen. 16. *ad agrum fruendum nonmodo non retardat, verum etiam* invitat *atque allectat senectus*. Ac. post. I. 3. *iucunditate ad legendum* invitati. Tusc. III. 34. invitare *se ad miseriam*.

INVITATIO. Att. IX. 14. *in Epirum* invitatio *quam suavis, quam liberalis, quam fraterna*. Verr. I. 26. invitatio *ut Graeco more biberetur*. Ibid. II. 34. invitationes *adventusque nostrorum hominum*. Tusc. III. 34. invitatio *ad dolendum*.

INVITATUS. Fam. VII. 5. *initio mea sponte, post autem* invitatu *tuo mittendum duxi*.

INVITE. Att. VII. 3. invite *cepi Capuam*. Orat. II. 89. invitius *accedere ad aliquid*. Fam. III. 10. *a me* invitissime *discessit*.

INVITIATUS. Fin. II. 31. *probitas* invitiata.

INVITUS. Parad. V. 1. *Sapiens nihil facit* invitus, *nihil dolens, nihil coactus*. Rosc. Com. 13. invitum *et huc atque illuc tergiversantem facere aliquid*. Att. VII. 13. *delectus* invitorum *atque a pugnando abhorrentium*. Fam. XIII. 63. *ego eum a me* invitissimus *dimisi*.

INULTUS. Caecil. 16. *iniuriae impunitae atque* inultae. Manil. 5. *vos eum regem* inultum *esse patiemini, qui legatum P. R. — excruciatum necarit*.

INUNDARE. N. D. I. 37. *Locus — naturis quae sine animis sunt suus est cuique proprius, ut terra infimum teneat, hanc* inundet *aqua*.

INVOCATUS. N. D. I. 38. de imaginibus ex sententia Democriti et Epicuri: *quid quod etiam ad dormientem veniunt* invocatae? Fam. VIII. 8. invocatus *ad subsellia rei occurro*.

INVOCARE. N. D. II. 27. *ut apud Graecos Dianam, eamque Luciferam, sic apud nostros Iunonem Lucinam in pariendo* invocant. Orat. II. 47. *quum ipsum* (C. Marium) *advocatum ad communem imperatorum fortunam defendendam* invocarem.

INVOLARE. Orat. III. 31. *nostra est si modo oratores sumus — omnis ista prudentiae doctrinaeque possessio, in quam homines quasi caducam atque vacuam — abundantes otio, nobis occupatis* involarunt.

INVOLATUS. Fam. VI. 6. *non ex alitis* involatu — *ubi auguror.*

INVOLGARE s. INVULGARE, patefacere in vulgus edere. Att. II. 1. *quo die Allobroges* involgarunt, h. e. indicia fecerunt de Catilinae coniuratione. cf. Catil. III. 4. sqq.

INVOLUCRUM. 1. Sensu proprio. Verr. IV. 28. *candelabrum involutum — attulerunt,* involucrisque *reiectis constituerunt* N. D. II. 14. *Scite Chrysippus ut clypei causa* involucrum, *vagi am autem gladii, sic praeter mundum omnia aliorum* causa esse *generata.* 2. Metaphorice. Orat. I. 35. *in oratione Crassi divitias et ornamenta eius ingenii per quaedam* involucra *atque integumenta perspexi.* Q. Fr. I. 1. *Multis simulationum* involucris *tegitur, et quasi velis quibusdam obtenditur uniuscuiusque natura.*

INVOLVERE. Fam. IX. 20. *Ubi salutatio defluxit, literis me* involvo.

INVOLUTUS. 1. Sensu proprio. Phil. II. 31. *cisio celeriter ad urbem advectus domum venit capite* involuto. Pis. 6. *meministine — nescio quo e gurgustio te prodire,* involuto *capite soleatum?* Verr. V 60. *qui capitibus* involutis — *producebantur ut securi ferirentur.* 2. Metaphorice. Fin. I. 9. *occulta quaedam et quasi* involuta *aperiri.* Div. I. 18. *non reperio causam. Latet fortasse obscuritate* involuta *naturae* Top. 2. *definitio adhibetur, quae quasi* involutum *evolvit id de quo quaeritur.* Orat. 33. involutae *rei notitia definiendo aperienda est.* Tusc. IV. 24. *notio* involuta *et tecta.* Acad. post. I. 4. *res* involutae *et occultae.* Pis. 6. *Vereor, ne qui sit, qui istius insignem nequitiam frontis* involutam *integumentis nondum cernat.* Phil. VII 6. *pacis nomine bellum* involutum *reformido.* Ibi Muretus et Lambinus legerunt *obvolutum.* Sed in fragm. Ep. ad Caes. iun. ap. Nonium in *Involvere* idem illud legitur: *quod videret nomine pacis bellum* involutum *fore.*

INURBANE. N. D. III. 19. Apud Alabandenses *non* inurbane (*nicht ohne Witz*) *Stratonicus ut multa, quum quidam ei molestus Alabandum deum esse confir-*

maret, Herculem negaret: Ergo inquit, mihi Alabandus, tibi Hercules sit iratus.

INURBANUS. 1. Carens humanioribus literis. Orat II. 10. *hesterno sermone unius cuiusdam operis remigem aliquem aut baiulum nobis oratorem descripseras inopem quendam humanitatis atque* inurbanum. 2. Urbis elegantiam haud referens. Brut. 63. *erat eius quidem tamquam habitus non* inurbanus (*war nicht ohne Anstand*). 3. *Unartig, ungefällig.* Orat. II. 90. *non essem tam* inurbanus *ac paene inhumanus, uti eo gravarer, quod vos cupere sentirem.*

INURERE. 1. Brut. 75. *calamistris inurere* quum proprie de capillis dicatur, illo loco transfertur ad conatum orationis genus simplex et rectum, quo aliquis usus est ambitiosis ornamentis augendi. Sic enim de C. Iulii Caesaris Commentariis, *nudi sunt recti et venusti omni ornatu orationis tamquam veste detracta. Sed dum voluit alios habere parata unde sumerent, qui vellent scribere historiam, ineptis gratum fortasse fecit, qui volent illa calamistris* inurere (*die seine Schreibart erst recht aufkräuseln wollen*) *sanos quidem homines a scribendo deterruit.* 2. Infligere, altius imprimere. Tusc. III. 9. *Proprium est irati, cupere a quo laesus videatur, et quam maximum dolorem* inurere. Verr. I. 44. *cur tantam iniuriam P. Annio mortuo fecisti? cur hunc dolorem cineri eius atque ossibus* inussisti? Muren. 4. *dignitas hominis — summam mihi superbiae crudelitatisque famam* inussisset, *si hominis — amplissimi causam tanti periculi repudiassem.* Cluent. 46. *qui pretio adductus eripuerit patriam, fortunas, liberos viro innocenti, is censoriae severitatis nota non* inuretur? Phil. I. 13. *haec* inusta *est a te mortuo Caesari nota ad ignominiam sempiternam.* Phil. II. 46. *plurima mala quae ab illo reip.* inusta *sunt.* Mil. 13. *quas leges fuerit — impositurus atque* inustrus.

INUSITATE. Brut. 75. (Sisenna) *recte loqui putabat esse,* inusitate *loqui.* Q. Fr. I. 2. *absurde et* inusitate *scriptae epistolae.*

INUSITATUS. Orat. 3. inusitatas *vias indagare, tritas relinquere.* Orat. III. 38. inusitata (verba) *sunt prisca fere ac vetusta et ab usu quotidiani sermonis iam diu intermissa.* Brut. 74. *Sisenna quasi emendator sermonis* usitati *quum esse vellet, ne a C. Rufio quidem accusatore deterreri potuit, quo minus* inusitatis *verbis*

IOCOSUS. Off. I. 37. *vident quibus de rebus loquatur, si serius, severitatem adhibeat; si* iocosis *leporem.*

IOCULARIS. Leg. I. 20, de L. Gellii ioco, qui quum esset Athenis, philosophis unum in locum convocatis operam suam pollicitus erat, si posset inter eos aliquid convenire: ioculare *istuc quidem et a multis saepe derisum.* Fat. 8. *o licentiam* iocularem!

IOCULATOR Att. IV. 15, de Scaevola: *huic* ioculatorem *senem illum, ut noras, interesse sane nolui.* Nisi potius legendum est *cavillatorem.*

IOCUS. Orat. II. 54. *suavis est et vehementer saepe utilis* (oratori) iocus *et facetiae;* de quibus ibi fusius agitur c. 54 — 71. Ibid 59. *praecipitur, ne quid insulse, sed etiam, si quid perridicule possis; vitandum est oratori utrumque, ne aut scurrilis* iocus *sit aut mimicus* Fin. II. 20. *non hilaritate, nec lascivia, nec risu aut* ioco, *comite levitatis sed saepe etiam tristes* (sehr ernsthafte Leute) *firmitate et constantia sunt beati.* Off. I. 29 *Ludo et ioco uti illo quidem licet, sed sicut somno et quietibus ceteris, tum quum gravibus seriisque rebus satisfecerimus.* Fin. II. 26. *quicum* ioca *seria ut dicitur* (scil. *miscere possis*). Att XIV 15 ioca *tua plena facetiarum* Fam XIII. 1. extra iocum. Ibid, VII. 11. remoto ioco (*Spafs bey Seite*).

IPSE. Quum numeris adiicitur indicat non numerum certum pro incerto aut rotundum poni, sed verum, cui nihil neque additum, neque detractum sit. Verr. II. 9. ipso *vigesimo anno.* Att. III. 21. *triginta dies* ipsi. cf. Ibid. V. 11. Brut. 16. Fam. VI. 18. ipsas *triginta legiones.* 2. Significat etiam *per se, sua sponte.* Cael. 19. *valeat tamen* ipsum *suis viribus.* Div. I. 34. *valvae se* ipsae *aperuerunt.* Orat. I. 24. *non* ipse *aliquid a me promsisse, sed fortuito in sermonem vestrum incidisse.* Huc pertinet illud. Off I. 22. *delapsa arma* ipsa *ceciderunt,* i. e. sponte, sine vi externa, ubi male Gronovius τὸ *ipsa* delevi vult. Sic Graeci utuntur τῷ αὐτός Callimach. hymn. in Apoll. v. 1, 3. Quum pronominibus *mihi, me, tibi, te,* iungitur, modo in eodem casu ponitur, modo diverso. Muren. 20, *in me* ipso. Ibid, 3. *mihimet* ipsi. Orat. 52. *se* ipse, Critici saepe pro obliquo casu reponunt rectum, ut Graevius in Cicerone. Sed quia certam legem, ex qua refingant loca, non habent, saepe relinquunt obliquum

casum, ubi alienus est, et rectum contra ponunt interdum, ubi obliquo opus. Ego existimo in oppositionibus requiri obliquum, in ceteris locis rectum. Orat. II. 3. *rationem dicendi per te* ipsum, *usum per* nos *percipere voluisti*. Ibid. 52. *aut intuens alium crebro ad se* ipsum *revertatur*. Cf. Caecin. 14. *videte — quod ius nobis, quam conditionem vobismet* ipsis *quam denique civitati legem constituere velitis;* ubi bene nil Critici tentant. Contra male Pearcius Orat. I. 26. *equidem et in vobis animadvertere soleo et in me* ipso *saepissime experior*, legendum censet *ipse*, quum sit in oppositione. Ceterum non negabo huic regulae meae obstare duo loca ex lectione vulgata, quae mihi quidem se obtulerint. Fam. I. 1. 1. *ego — ceteris satisfacio omnibus, mihi* ipse *numquam satisfacio*. Orat. 52. *Ern.* Vere quidem Ernestius sensit, utrum *me ipse*, an *me ipsum*, *tibi ipse* an *tibi ipsi* scribendum sit, ex oppositione definiendum esse; verum in eo erravit, quod in oppositionibus semper obliquum casum, in ceteris rectum requiri putavit. Nam si illud verbum cui opponitur pronomen *ipse*, in nominativo ponitur, etiam *ipse* in casu recto ponendum est. Verbi causa, recte dicitur: nemo *alius mihi plaudit, at mihi* ipse *plaudo*. Contra vero: *ne mihi* ipsi *quidem hoc concedo, nedum* aliis. Itaque Epp. ad Fam. I. 1. 1. necessario scribendum est: ceteris *satisfacio omnibus, mihi* ipsi *numquam satisfacio*. In Oratore c. 52. ubi agitur de Isocratis moderatione in usu oratorio bis occurrit *se ipse*; primo loco recte; altero vero corrigendum. Cicero enim *Gorgias*, inquit — *his festivitatibus insolentius abutitur, quas Isocrates — — moderatius temperavit. Quin etiam se* ipse *tantum quantum aetate procedebat — relaxarat a nimia necessitate numerorum, quod declarat in eo libro — in quo dicit sese minus iam servire numeris quam solitus esset.* (Hic igitur verum est *se ipse*, quia Isocrates ipse se, non alius eum relaxarat.) *Ita non modo superiores, sed etiam* se ipse *correxerat*. Hic legendum est *se ipsum*. Opponitur enim accusativo *superiores*.

IRA. Tusc. IV. 9. *Ira* sit *libido poeniendi eius qui videatur laesisse iniuria*. Div. I. 29. *tertia parte animi in qua* irarum *exsistit ardor sedata atque restincta* ex Platonis lib. IX. de Republ. Att. I. 38. *ira procul absit, cum qua nihil recte fieri, nihil considerate potest.*

IRACUNDE. Tusc. IV. 22. (Hector et Aiax) *collocuti inter se priusquam manum consererent, leniter et quiete, nihil ne in ipsa quidem pugna* iracunde *rabioseve fecerunt.* Phil. VIII. 5. *Vehementer me agere fateor*, iracunde *nego.* Rosc. Com. 11. *quo quisque est sollertior et ingeniosior, hoc docet* iracundius *et laboriosius; quod enim ipse celeriter arripuit, id quum tarde percipi videt, discruciatur.*

IRACUNDIA. Orat. I. 51. *quis unquam orator magnus et gravis, quum iratum adversario iudicem facere vellet, haesitavit ob eam caussam, quod nesciret quid esset* iracundia, *terrorne mentis an cupiditas puniendi doloris?* Acad. pr. II. 44. *Academici* — iracundiam *fortitudinis quasi cotem esse docebant* Tusc. IV. 19. *Peripatetici multis verbis* iracundiam *laudant, cotem fortitudinis esse dicunt; — imperia severiora nulla esse putant, sine aliqua acerbitate* iracundiae — *oratorem denique non modo accusantem, sed ne defendentem quidem probant sine aculeis* iracundiae. Q. Fr I. 1. *in tuis summis laudibus unam excipiunt* iracundiam, *quod vitium quum in hac privata vita levis esse animi atque infirmi videtur tum vero nihil est tam deforme, quam ad summum imperium etiam acerbitatem naturae adiungere.* Ibid. *si implacabiles sunt* iracundiae, *summa est acerbitas, si exorabiles summa levitas* Flacc. 35. *o conditiones miseras administrandarum provinciarum in quibus* — — (erga praetores) *frons omnium familiaris, multorum animus iratus;* iracundiae *occultae, blanditiae apertae.* Brut 70 Pontidius — *effervescens in dicendo stomacho saepe* iracundiaque *vehementius.*

IRACUNDUS. Sen 18 *At sunt morosi, anxii,* iracundi *et difficiles senes — — Sed haec morum vitia sunt, non senectutis.* Tusc. IV 7. *quomodo si naturalis esset ira — alius alio magis* iracundus *esset?*

IRASCI Rosc Com 16 *non ex pacti ne verborum, quibus iusiurandum comprehenditur, sed ex perfidia et malitia, per quam insidiae tenduntur alicui dii immortales hominibus* irasci *et succensere consuerunt.* Tusc. IV. 19. *Peripatetici virum — videri negant, qui* irasci *nesciat. Eamque quam lenitatem nos dicimus, vitioso lentitudinis nomine appellant.*

IRATUS. Tusc. III. 9. *Proprium est* irati, *cupere, a quo laesus videatur, ei quam maximum dolorem inurere.* Orat. II. 17. *ubi saepe is qui rei dominus fu-*

turus est alienus atque iratus — *tibi est.* Tusc. IV. 36. *laudatur illud Archytae, qui quum villico factus esset* iratior, *quo te modo, inquit, accepissem, nisi* iratus *essem.* Phil. VIII. 6. *Caesar qui illis* (Massiliensibus) *fuerat* iratissimus, *tamen — quotidie aliquid iracundiae remittebat.*

IRONIA. Brut. 85. *bella* ironia, *si iocaremur.* Orat. II. 67. *Socratem opinor in hac* ironia *dissimulantiaque longe lepore et humanitate omnibus praestitisse.* cf. Brut. 85. Att. XVI. 11. — Acad. pr. II. 23. *At multi sermones perscripti sunt, e quibus dubitari non possit, quod Socrati nihil sit visum sciri posse. — Quid dicam de Platone? qui certe tam multis libris haec persecutus non esset, nisi probavisset.* Ironiam *enim alterius perpetuam praesertim nulla fuit ratio persequi.* Nempe hic serio locutus erat Socrates, nihil solita illa sua εἰρωνείᾳ usus.

IRRAUCESCERE. Orat. I. 61. *nos* (oratores) *saepe attentissime audiri video; et Aesopum* (histrionem) *si paullum* irrauserit, *explodi.* Ibi codd. aliquot *irraucuerit.*

IRREPERE. 1. Blande se insinuare. Orat. 28. *eloquentia modo perfringit, modo* irrepit insensus. Harusp. 25. *in opinionem gratiae* irrepere. Orat. III. 53. *illa quae maxime quasi* irrepit *in hominum mentes alia dicentis ac significantis dissimulatio.* 2. De vitio quod animum occupat. Fam. X. 23. *credulitas in optimi cuiusque mentem facillime* irrepit. 3. Astute aliquid occupare, seu aliquo pervenire. Balb 2. *Is furatus esse civitatem, genus suum ementitus,* irrepsisse *in censum dicitur.* Arch. 5 *ceteri in eorum municipiorum tabulas* irrepserunt. Off. III. 19. *si vir bonus habeat hanc vim, ut si digitis concrepuerit, possit in locupletium testamenta nomen eius* irrepere.

IRRETIRE. 1. Sensu proprio. Tusc. II. 8. *haec me* irretivit *veste furiali inscium* 2. Metaphorice. Tusc. V. 21. *iis erratis se* irretierat. Vatin. 4. *quum homines negotia gerentes iudiciis iniquissimis* irretires. Catil. I. 6. *adolescentulus quem corruptelarum illecebris* irretisses.

IRRETITUS. Harusp. 4. *illaqueatus omnium legum periculis,* irretitus *odio bonorum omnium, implicatus exspectatione supplicii.* Fin. V. 18. *cantiunculis* irretitus. Orat. I. 10. *Stoici disputationum suarum atque*

interrogationum laqueis te irretitum *tenerent.* Vat. 1. *ut loquacitatem tuam paucissimis interrogationibus* irretitam *retardarem.*

IRRIDERE. Ac. pr. II. 39. *vos ab illo* irridemini, *et ipsi illam vicissim eluditis.* Div. II. 17. *d. leo tantam Stoicos nostros Epicureis* irridendi *sui facultatem dedisse.* N. D. II. 65. *nihil tam* irridet *Epicurus, quam praedictionem rerum futurarum:* Fam. IX. 26. *qui etiam in philosophum* irriseris.

IRRIGARE. 1. Sensu proprio. N. D. II. 52. *Aegyptum Nilus* irrigat. 2. Metaphorice. N. D. I. 43. *Democriti fontibus Epicurus hortulos suos* irrigavit.

IRRIGATIO. Off. II. 4. *ductus aquarum, derivationes fluminum, agrorum* irrigationes. cf. Sen. 15.

IRRISIO. Off. I. 38. *cum* irrisione *audientium imitari militem gloriosum.* Orat. I. 12. *oratio, si res non subest — aut nulla sit necesse est, aut omnium* irrisione *ludatur.*

IRRISOR. Parad. I. 3. *veniunt igitur isti* irrisores *huius orationis ac sententiae.*

IRRITABILIS. Att. I. 17. *si ita statueris et* irritabiles *animos esse optimorum saepe hominum, et eosdem placabiles.*

IRRITARE. Milon. 31. *vi* irritare *ferroque lacessere fortissimum virum.*

IRRITUS. Leg. II. 8. *quae augur iniusta et vitiosa — defixerit,* irrita *infectaque sunto.* Phil. V. 7. *quae si leges* irritas feceritis rata esse non *possunt.*

IRROGARE, est populum lege rogare ut aliquid iubeat, quod ad alterius incommodum pertineat. Dom. 22. *Multam* irrogare. Vid. *Multa.* Sext. 30. irrogare *privilegium.* Vid. *Privilegium.* Ern.

IRROGATIO. Rab. perd. 3. irrogatio *multae.*

IRRUMPERE. 1. Sensu proprio. Phil. XI. 2. *alter in Asiam* irrupit *cursim.* Div. I. 24. *Syracusani — in castra Poenorum irruperunt.* 2. Metaphorice. Orat. III. 27. *ab iis qui in nostrum patrimonium* irruperunt, *quod opus nobis est mutuemur.* Orat. III. 42. *luxuries quam in domum* irrupit. Acad. pr. II. 44. *atrocitas ista tua, quomodo in veterem Academiam* irruperit *nescio.* Ibid. 40. *tunc putes — imagines extrinsecus in animos nostras per corpus* irrumpere?

IRRUERE. Fin. II. 19. *equo admisso in mediam aciem Latinorum* irruebat. Orat. I. 10. *quod in alienas*

possessiones tam temere irruisses. 2. Metaphorice Orat. III 4. *verecunda debet esse translatio, ut deducta in alienum locum non* irruisse — *videatur.*

IRRUPTIO. Phil. XI. 3. irruptio *armatorum in domum.*

IS, *reciproce.* Or. I. 54. sesemeruisse, ut — — decoraretur, et ei victus publice praeberetur. *Dat.* eo, *pro* ei. Verr. IV. 4. quod *eo* loce praeerat. *Nisi* praeerat *absolute accipere, et* in eo loco *intelligere malis Ern.*

ISTIC. Fin. V. 26. *istic* sum, i. e. *hoc ago, cogito facere.*

ITA, *in confirmando, et iurando.* Catil. IV. 6. *ita* mihi salva rep. perfrui liceat, *ut* ego etc. cf. Verr. V. 14. *Elegans et varius porro est huius particulae usus, ut, hac causa allata;* Verr. I. 46. *ita* intercessit, quod etc. ad. Div. XIII. 56. is *ita* sibi persuadet; *sequente acc. cum inf. ubi aut redundat, aut pro* hoc *ponitur.* Sic et est ep. 23. 25. VI. 2. Lig. 1. Sull. 7. si *ita* sunt, *redundat.* Verr. I. 46. *ita* me audite, i. e. *eo animo.* Mil 10. *ita* profectus est, i. e. *eo tempore. Ern.*

ITAQUE *post longiorem parenthesin*, ut Fin. I. 6. deinde homo acutus cum — — attingere; *itaque. Ubi plura v. ap. Davisium.*

ITEM. 1. etiam quoque. Orat. II. 59. *in re est* item *ridiculum.* Div. I. 48. *Romulus augur cum fratre* item *augure.* 2. Sic, eodem modo. Orat. 60. *non* item *in oratione ut in versu exstat numerus.* Att. II. 21. *spectaculum tibi uni iucundum, ceteris non* item. Orat. I. 26 *Nihil est quod cogat homines sicut in foro non bonos oratores* item *in theatro malos actores perpeti.* 3. Vicissim. Att. X. 14 *tu meas epistolas concerpito, ego* item *tuas.*

ITER. 1. Sensu proprio. Att. V. 14. iter *conficiebam aestuosa et pulverulenta via.* Att. XIV. 10. *itineribus* deviis profectus est in provinciam. 2. Via. Att. XVI 13. *quum venissem ad pontem Tirenum — in quo flexus est ad* iter *Arpinas.* Rosc Am. 9. *cui ne* iter *quidem ad sepulcrum patrium relictum est.* 3. Ius per fundum aliquem transeundi. Caecin. 26. *aquaeductus, haustus,* iter; paullo ante dictum: *iura finium, possessionum aquarum,* itinerum. 4. Metaphorice. Leg. I. 13. iter *huius sermonis vides* (*den Gang dieses Gesprächs*). Att. IV. 2. *iter amoris nostri et officii.*

ITERARE, repetere. 1. Att. XV. 13. *tibi itero dicere.* Orat. 40. *ut, quod dixit,* iteret. Ibid. 39. *quum duplicantur* iteranturque *verba.* Tusc. II. 19. Att. XIV. 14. itera *dum eadem ista mihi.* Hic utitur Cicero versiculo illo ex Ennii Iliona, quem affert Acad. pr. II. 27. Significant autem ista verba, ut Gronovius monuit idem quod: repete quaeso et rursus dic, quae dixisti; sunt enim talia, ut vix credam me audisse. Nempe est formula dicendi qua utebantur in rebus nec opinatis.

ITERATIO. Orat. 25. *si quae verborum* iterationes *contentionem aliquam et clamorem requirent, erunt ab hac summissione orationis* (i. e. genere tenui orationis) alienae. Her. IV. 28. *Conduplicatio est cum ratione amplificationis aut commiserationis eiusdem unius aut plurium verborum* iteratio.

ITERATUS. 1. Partit. 6. *verba geminata atque duplicata, vel etiam saepius* iterata. 2. De agro. Orat. II. 30. *ager non semel aratus, sed novatus atque* iteratus. Nempe rudis ager quum primum arabatur *proscindi*, quum denuo, *offringi* vel *novari* aut *iterari* dicebatur. Et ager semel tantum proscissus, appellabatur *novalis*, s. *vervactum.* Copiose haec illustravit Salmasius ad Solinum p. 509—516.

ITIO. Att. XI. 16. *de obviam* itione (scil. Caesari) *ita faciam, ut suades.* Div. I. 32. *Rhodiorum classi propinquum reditum ac* domum itionem *dari.* Hic codd. nonnulli *domuitionem*, quod tamen poeticae est licentiae, ut in versu Herenn. III. 21. laudato: *iam* domuitionem *reges Atridae parant.*

ITO. Fam. IX. 24. *te ad cenas* itare *desiisse moleste fero.*

ITUS. Att. XV. 5. *qui porro noster* itus, *reditus, vultus, incessus inter istos?*

IUBA. Div. I. 33. *Dionysius paullo ante quam regnare coepit — quum equum ipse demisisset in flumen, submersus equus voraginibus non exstitit — quum autem aliquantulum progressus esset — equum alacrem laetus aspexit, cuius in* iuba *examen apum consederat.* De eodem ostento Div. II. 31. N. D. 43. *equus* iubam *quatiens;* inter signa caelestia.

IUBATUS. Her. IV. 49. *iste quotidie per forum medium tamquam* iubatus *draco serpit.*

IUBERE. 1. Proprie. Fam. XIII. 26. *literae non quae te aliquid* iuberent, *sed commendaticiae.* 2. Hor-

tari. Fam. XV. 1. *sperare nos amici* iubent, *suadent, hortantur.* 3. In salutandi formulis. Att. IV. 14. Dionysium iube salvere. Ibid. V. 2. *illum agentem aliquid, credo salutavi, postea* iussi *valere.* 4. De populo quum legem accipit vel sancit. Flacc. 7. *o morem praeclarum disciplinamque, quam a maioribus accepimus, si quidem tenremus; sed nescio quo pacto iam de manibus elabitur. Nullam enim illi nostri sapientissimi et sanctissimi viri vim concionis esse voluerunt. Quae sciceret plebes, aut quae populus* iuberet, *summota concione distributis partibus, tributim et centuriatim descriptis ordinibus, classibus, aetatibus, auditis auctoribus, re multos dies promulgata et cognita* iuberi *vetarique voluerunt.* 4. De praetore ius dicente, quum decernit. Quin. 8. praetor (Dolabella) decernit, *quam aequum nihil dico, unum hoc dico novum* — iubet *P. Quintium sponsionem cum Sex. Naevio facere etc.* 5. „An *iubere* casum accusativum vel dativum regat apud aureae aetatis scriptores disputatur. Vid. Lexic. Fabr. et adde interpretes ad Caes. B. C. III. 98. Burmann. ad Ovid. Met. VIII. 752. Gronov. Duker et Drakenborch ad Liv. XXVII. 24. in loco Ciceronis. Att. IX. 13. *quamquam hae* mihi *literae Dolabellae* iubent *ad pristinas cogitationes reverti.* Corradus intelligebat *scriptae,* ut ad *literas* referatur. Malim *mihi* pleonastice additum dicere, ut in illo: *Vide* mihi *hominem,* et similibus, quae ratio etiam in nostra lingua obtinet, in familiari imprimis sermone. Sed cum infinitivo activo poni, intellecto post *iubeo* accusativo personae, patet ex loco illo Quint. 8. *Dolabella aut satisdare, aut sponsionem* iubet *facere.* cf. Burm. ad Virgil. Aen. II. 3." *Ern.*

IUCUNDE. Lael. 1. *narrare memoriter et* iucunde. Cael. 6. *cum tristibus severe, cum remissis* iucunde *vivere.* Deiot. 7. *quum in convivio comiter et* iucunde *fuisses.* Tusc. V. 34. *Darius in fuga quum aquam turbidam et cadaveribus inquinatam bibisset, negavit umquam se bibisse* iucundius.

IUCUNDITAS. Off. I. 34. *relaxare animos et dare se* iucunditati. Fin. I. 11. *Non hanc solam* (nos Epicurei) *sequimur* (voluptatem) *quae suavitate aliqua naturam ipsam movet, et cum* iucunditate *quadam percipitur sensibus, sed maximam illam voluptatem habemus, quae percipitur omni dolore detracto.* Lael. 22. *tranquillitas animi atque* iucunditas. Fin. I. 18. *si corporis gra-*

vioribus morbis vitae iucunditas *impeditur, quanto magis animi morbis impediri necesse est.* Att. X. 7. *Nihil tam fuit scribendum, quam nihil mihi umquam ex plurimis tuis* iucunditatibus *gratius accidisse.* Muren. 19. *fructus* iucunditatis.

IUCUNDUS. Verr. III. 9. *odor suavis et* iucundus. Fin. II. 4. *in eo autem voluptas omnium Latine loquentium more ponitur, quum percipitur ea, quae sensum aliquem in veat* iucunditas. *Hanc quoque* iucunditatem, *si vis transfer in animos,* iuvare *enim in utroque dicitur,* ex *eoque* iucundum. 2. Iucundum differt a grato, quod omnia quidem quae nobis ab aliis iucunda accidunt eadem grata esse debent, non continuo autem quae grata nobis sunt eadem semper iucunda. Catil. IV. 1. *est mihi et* iucunda *in malis et* grata *in dolore vestra erga me voluntas.* Att. I. 14. *fuit enim mihi saepe et laudis nostrae gratulatio tua* iucunda, *et timoris consolatio grata.* Vid. GRATUS.

IUDEX. 1 Alicuius rei existimator aut aestimator. Off. I. 31. *suum quisque noscat ingenium, acremque se et bonorum et vitiorum suorum* iudicem *praebeat.* Fin. III. 2 *te habeo aequissimum eorum studiorum quae mihi communia tecum sunt existimatorem et* iudicem. Orat. 33. *quando aut quomodo id faciat* (orator) *nihil ad hoc tempus, quoniam ut supra dixi* iudicem *me esse non doctorem volo.* Supra nimirum c. 31. dixerat *meminerimus nil nos praecipiendi causa dicturos, atque ita potius acturos, ut existimatores videamur loqui, non magistri.* 2. Inprimis dicitur *iudex,* qui in foro assidet praetori ad iudicandas causas vel privatas, vel publicas. Cluent. 43. *neminem voluerunt maiores nostri non modo de existimatione cuiusquam, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse* iudicem, *nisi qui inter adversarios convenisset.* Planc. 17. editicii *iudices.* Vid. EDITICIUS. Cluent. 28. *numarii iudices,* sunt pecunia corrupti. Verr. V. 26. Iudex *esse bonus nemo potest, qui suspicione certa non movetur.* Rosc. Am. 30. *L. Cassius ille, quem populus Romanus verissimum et sapientissimum* iudicem *putabat,* identidem in causis quaerere solebat, cui bono fuisset — *Hunc quaesitorem ac* iudicem *fugiebant atque horrebant ii, quibus periculum creabatur.* Mil. 12. Ab eo dicuntur ibid. Cassiani *iudices,* qui eius severitatem imitabantur. Verr. III. 62. *non quaero iudices Cassianos: veterem iudiciorum severitatem non*

requiro. Brut. 84. *in comitium veniant, ad* stantem iudicem *dicant*; h. e. ad iudicem vel arbitrum, qui lites leviores componit, isque opponitur iis qui in causis maioribus praetori assident in subselliis. Planc. 15. *Sed aliquando veniamus ad causam; in qua tu nomine legis Liciniae, quae est de sodalitiis omnes ambitus leges complexus es. Neque enim quidquam in hac lege, nisi editicios* iudices *es secutus. Quod genus iudiciorum, si est aequum ulla in re, nisi hac tribuaria, non intelligo, quamobrem senatus hoc uno in genere tribus edi voluerit ab accusatore, neque eandem editionem transtulerit in ceteras causas, de ipso denique ambitu reiectionem fieri voluerit* iudicum alternorum, *quumque nullum genus acerbitatis praetermitteret, hoc tamen unum praetereundum putarit.* Hunc locum optime illustravit P. Manutius *hisce* verbis: „ *In omnibus causis, exceptis sodalitiorum criminibus* reiectio iudicum *fiebat ab* accusatore *et* reo; *quod Cicero* alternorum iudicum reiectionem *appellat. Iudices enim quum senatorius ordo lege Cornelia L. Sullae solus iudicaret e curia senatoria conscribebantur. Postea lege Aurelia L. Cottae, qua iudicia inter tres ordines communicata, e senatu, ex equitibus, e tribunis aerariis. Hi* selecti iudices *vocabantur, de quibus in oratione pro Cluentio, apud Pedianum, et Plinium. Horum nomina in urnam coniecta sorte deducebantur a quaesitore, id est ab eo, qui de maioribus criminibus, ambitu, repetundis, inter sicarios, maiestate quaerebat. Ita de pluribus confecto per sortititionem necessario numero permittebatur accusatori ac reo, ut ex illo numero reiicerent, quos putarent sibi aut inimicos, aut ex aliqua re, ut Pediani verbis utar, incommodos fore. Post* reiectionem *subsortiebatur idem quaesitor in locum reiectorum alios, quibus ille iudicum legitimus numerus compleretur. Erat igitur prima sortitio, secunda reiectio, tertia subsortitio. His perfectis iurabant iudices in leges, ut obstricti religione iudicarent. Quum iurassent omnes, praeter ipsum praetorem (nam praetorem non iurasse tum ex Cicerone, tum ex Pediano constat,) nomina eorum libellis consignabantur, et ubique habebantur; ne pro selectis iudicibus, ut fit in multitudine, aliqui suppositi corruptissime iudicarent. Eorundem iudicum nomina in codicem relata praetor asservabat. Qua de re sic in ea pro Cluentio:* Multam a Iunio petivit; qua lege? quod in legem non iurasset; quae

res nemini umquam fraudi fuit; et quod C. Verres praetor urbanus homo sanctus et diligens subsortitionem eius in eo codice non haberet, qui tum interlitus proferebatur *Quibus verbis illud quoque planum fit, subsortiri solitum eum, qui iudicio praeesset, sive praetor esset, sive non esset. Nam Iunius ille, a quo multam petitam esse Cicero dicit, praeturam nondum adeptus erat, quum in Oppianici iudicio iudex quaestionis fuit. Itaque miror, quod a Pediano scriptum est, et sortitum esse iudices, et subsortitum praetorem Verrem in Oppianici iudicio; contra quam et ipsius verba Ciceronis iam a nobis proxime recitata demonstrant, et illa praeterea, quae dixit in Verrem lib. I* de subsortitione, *inquit*, illa Iuniana, iudices *nihil dico. Quum igitur, ut redeam unde deverti, reiectio iudicum fieret in omnibus causis lata est lex Licinia ex S. C. in sententiam Q. Hortensii oratoris facta, ut in causa de sodalitiis, iudices ab accusatore editi, nulla interposita reiectione iudicarent. Quod infra Cicero docuit his verbis* (c. 15.). Quid? huius rei obscura causa est, an et agitata, quum ista in senatu res agebatur, et disputata hesterno die copiosius a Q. Hortensio, cui tum est senatus assensus. *Ex eo autem S. C. latam esse legem (nam multae leges et sine S. C. et contra senatus voluntatem ferebantur) indicat id, quod infra scriptum est:* Si quemadmodum senatus censuit populusque iussit, ita fecisses, ut in hunc et suam et ab hoc observatas tribus ederes, non modo non quererer, sed hunc iudicibus editis, qui testes iidem esse possent, absolutum putarem." Hactenus Manutius. Brut. 76 Iudex *quaestionis*. Vid. QUAESTIO. Cluent. 58. *est sapientis* iudicis, *cogitare tantum sibi a populo Romano esse permissum, quantum commissum et creditum sit, et non solum sibi potestatem datam, verum etiam fidem habitam esse meminisse; posse, quem oderit, absolvere, quem non oderit, condemnare, et semper non quid ipse velit, sed quid lex et religio cogat, cogitare; animadvertere, qua lege reus citetur, de quo reo cognoscat, quae res in quaestione versetur. Quum haec sunt videnda, tum vero illud est hominis magni atque sapientis, quum illam iudicandi causa tabellam sumpserit, non se putare esse solum, neque sibi, quodcumque concupierit licere; sed habere in consilio, legem, religionem, aequitatem, fidem; libidinem autem, odium, invidiam, metum cupiditatesque omnes amovere;*

maximique aestimare conscientiam mentis suae, quam ab diis immortalibus accepimus, quae a nobis divelli non potest, quae si optimorum consiliorum atque factorum, testis in omni vita nobis erit sine ulla metu, et summarum honestate vivemus. Verr. IV. 15. *est boni* iudicis, *parvis ex rebus coniecturam facere uniuscuiusque et cupiditatis et incontinentiae.* Caecin. 23. *vociferantur scriptum sequi calumniatoris esse; boni* iudicis *voluntatem scriptoris auctoritatemque defendere.* Font. 6. *si hoc* iudici *praescriptum lege aut officio putatis, testibus credere; nihil est, cur alius alio* iudice *melior aut sapientior existimetur. Unum est enim et simplex aurium iudicium et promiscue et communiter stultis ac sapientibus ab natura datum. Quid est igitur ubi elucere possit prudentia? ubi discerni stultus auditor et credulus ab religioso et sapienti* iudice? *Nimirum illud, in quo ea, quae dicuntur a testibus, coniecturae et cogitationi traduntur; quanta auctoritate, quanta animi aequitate, — quanta cura, quanto timore dicantur.* Verr. II. 15. *nemo dubitat, quin quum* iudex *alium de suo iudicio putet iudicaturum, seque in eo capitis periculum aditurum, voluntatem spectet eius, quem statim de capite suo putet iudicaturum.* Ligar. 10. *Causas, Caesar, egi multas et quidem tecum — certe numquam hoc modo:* Ignoscite iudices; erravit; lapsus est; non putavit; si umquam posthac. *Ad parentem sic agi solet; ad iudices:* non feci; non cogitavit; falsi testes; fictum crimen. 3. De differentia *iudicis* et *arbitri* locus est Rosc. Com. 4. *Aliud est* iudicium, *aliud* arbitrium. Iudicium *est pecuniae certae;* arbitrium incertae. *Ad* iudicium *hoc modo venimus, ut totam litem aut obtineamus, aut amittamus; ad* arbitrium *hoc modo adimus ut neque nihil, neque tantum, quantum postulavimus consequamur. Quis unquam ad* arbitrum, *quantum petiit, tantum abstulit? Nemo. Quantum enim aequius esset sibi dari petiit.* De quo *nomine ad* arbitrum *adisti de eo ad* iudicem *venisti. Ceteri quum ad* iudicem *causam labefactari animadvertunt,* ad arbitrum *confugiunt; hic ab arbitro ad iudicem venire est ausus.* 4. Tusc. I. 5. *inexorabiles iudices* (fabulosi illi apud inferos) *Minos et Rhadamanthus*

IUDICARE. 1. De communi hominum facultate. Div. II. 43. (Chaldaei) *oculorum fallacissimo sensu* iudicant *ea, quae ratione atque animo videre debebant.*

Orat. I. 26. *in iis artibus in quibus non utilitas quaeritur necessaria, sed animi libera quaedam oblectatio, quam diligenter, et quam prope fastidiose* iudicamus? Fam. XI. 10. *tu a certo sensu et vero* iudicas *de n bis.* Orat. I. 27. *quo gravius iudicium in dicendo subimus; quoties enim dicimus, toties de nobis* iudicatur. Off. II. 22. *non numero haec* iudicantur *sed pondere.* 2. Inprimis est iudicum in causis sive privatis sive publicis. Flacc. 4. *M. Caelius quum in re manifesta putasset nefas esse publicanum* iudicare *contra publicanum, sublatus erat e numero recuperatorum.* Caecin. 23. *vociferantur ex aequo et loco non ex callido versutoque iure rem* iudicari *oportere.* Verr. II. 1. *quos ii qui severiora iudicia desiderant, arbitrentur res* iudicare *oportere.* Verr. Act. I. 2. *alium omnino ordinem ad res* iudicandas *quaerendum arbitrabuntur.* Div. I. 50. ex poeta: iudicavit *inclytum iudicium inter deas tres* (Iunonem, Minervam, Venerem) *aliquis* scil. *Paris.* 3. *hostem aliquem iudicare*, formula solemnis. Phil. III. 6. iudicetur *non verbo, sed re, non modo non consul, sed etiam hostis Antonius.* 4. Constituere. Att. X. 8. *ab eorum consiliis abesse* iudicasti. 5. Facto aliquo ostendere, quid iudicemus. Tusc. V. 20. *ipse* iudicavit *quam esset beatus*, ubi recte Ernestius Bentleii coniecturam repudiavit, cui legendum videbatur *indicavit.*

IUDICATIO. Inv. I. 13. Iudicatio *est, quae ex infirmatione et confirmatione rationis nascitur controversia. — Ea est huiusmodi: Rectumne fuerit ab Oreste matrem occidi quum illa Orestis patrem occidisset.* Eandem Cicero Partit. 30. *disceptationem* appellat. 2. Fam. III. 9. *longi subsellii* iudicatio *et mora* refertur ad longam deliberationem in senatu de triumpho alicui decernendo.

IUDICATUM. 1. Sensu generaliori. Inv. I. 30. Iudicatum *est res assensione, aut auctoritate, aut iudicio alicuius aut aliquorum comprobata. Id tribus in generibus spectatur religioso, communi, approbato.* 2. Inprimis dicitur id, quod iurati iudices legibus iudicarunt, quod isto loco appellatur *religiosum.* Quint. 7. *iste postulat ut procurator* iudicatum *solvi satisdaret.* Flacc. 49. *praetor decrevit, ut si* iudicatum *negaret in duplum iret.*

IUDICATUS. Munus iudicandi. Att. XII. 19. *approbo maxime quod de* iudicatu *meo responsum sit.* Phil.

I. 8. de tertia decuria iudicum, quae erat centurionum: *Quid isti ordini* iudicatus *lege Iulia, etiam ante Pompeia, Aurelia non patebat?*

IUDICATUS. Phil. XI. 5. *Iudices* quorum res iudicatas (*abgegebne richterliche Bescheide*) *irritas fecimus* Cluent. 42. *sequitur id quod illi* iudicium *appellant, maiores autem nostri numquam neque iudicium nominarunt, neque perinde ut rem* iudicatam *observaverunt, animadversio atque auctoritas censoria.*

IUDICIALIS. Inv I. 5. Iudiciale (genus dicendi est) *quod positum in iudicio habet in se* (in causis publicis) *accusationem et defensionem aut* (in litibus privatis) *petitionem et recusationem.* Brut. 83. *Thucydides — hoc forense; concertatorium*, iudiciale *non tractavit genus.* Att. II. 1. *in eis orationibus quae Philippicae nominantur, enituerat — Demosthenes, et se ab hoc refractariolo* iudiciali *dicendi genere abiunxerat.* Orat. II. 15. de genere scribendi historico: *genus orationis fusum atque tractum - sine hac* iudiciali *asperitate, et sine sententiarum forensium aculeis persequendum est.* Att. XIII. 6. iudiciali *molestia ut caream videbis*, de iudicatu s. munere iudicandi. Verr. IV. 47. *quem ego hominem accuso? quem legibus ac* iudiciali *iure persequor?* Arch. 12. *quae non fori neque* iudiciali *consuetudine et de hominis ingenio et communiter de ipsius studio locutus sum.* Haec referuntur ad ea, quae Cicero de Archiae poetica facultate eiusque laudibus dixerat; iam in exordio c. 2. his verbis usus: *ne cui vestrum mirum esse videatur me in quaestione legitima et in iudicio publico — hoc uti genere dicendi, quod non modo a consuetudine iudiciorum verum etiam a forensi sermone abhorreat.* Att. I. 1. de C. Aquillio Gallo, *illud suum regnum* iudiciale *opposuit;* i. e. negavit se posse consulatum petere, propter iuris interpretandi munus; in quo, ut ait Manut. ita excellebat, ut quasi regnare videretur omnibus qui maiore aliqua de causa in iudicium irent, ad unum consilii causa confluentibus. Aliud est *regnum forense* quod Cicero. Fam. IX. 18 sibi tribui ut principi patronorum. Ab hoc item differt. Verr. V. 68. *regia dominatio in iudiciis*, qua omnes causas quo iure, quave iniuria obtinentur. Brut. 69. *Q Arrius — in patronorum sine doctrina, sine ingenio aliquem numerum pervenerat. Sed ut pugiles inexercitati, etiamsi pugnos et plagas Olympiorum cupidi ferre possunt,*

solem tamen saepe ferre non possunt, sic ille — illius iudicialis anni *severitatem, quasi solem, ferre non potuit.* Hic *iudicialis annus* est A. V. C. 701. quo anno Cn. Pompeius Magnus tertium cos. sine collega fuit. Duabus igitur legibus altera de vi, altera de ambitu ab eo latis et promulgatis brevior iudiciorum forma instituta est, ita ut testibus per triduum datis uno eodemque die et ab accusatore et a reo perorandum esset ita ut binae horae accusatori ternae reo darentur. Hanc igitur appellat Cicero *illius iudicialis anni severitatem*, negatque eam Arrium *tulisse*, quia non satis erat exercitatus, ut tam subito pro reo dicere posset; itaque in posterum a forensibus actionibus plane recessit.

IUDICIARIUS. Verr. I. 2. iudiciaria *controversia* dicitur disceptatio de ordine penes quem iudicia esse statuendum sit. Erant enim eo tempore iudicia penes Senatum, et quum iudices ex eo delecti saepius inique iudicarent identidem de iudiciis ad equestrem ordinem transferendis agebatur. Itaque Cicero Verre sive condemnato sive absoluto finem iudiciariae controversiae, fore contendit. *Reus est enim*, inquit, *nocentissimus; qui si condemnatur desinent homines dicere, his iudiciis pecuniam plurimum posse; sin absolvitur, desinemus nos de iudiciis transferendis recusare.* Cluent. 26. dicitur Stalenus *quaestu* iudiciario *pastus*, i. e. lucro ex iudiciis corruptis.

IUDICIUM. 1. Sententia s. existimatio de aliqua re. Brut. 51. *hoc affirmo qui vulgi opinione disertissimi habiti sint, eosdem intelligentium quoque* iudicio (*nach dem Urtheil der Kenner*) *fuisse probatissimos.* N. D. I. 16. *exposui non philosophorum* iudicia *sed delirantium somnia.* Att. XII. 21. *ego meo* iudicio *multo stare malo, quam omnium reliquorum.* Q. Fr. I. 1. *tibi utendum est existimationibus ac* iudiciis *posterorum.* Acad. fragm. ap. Augustin. *Academico sapienti ab omnibus — secundae partes dantur, quum primas sibi quemque vindicare necesse sit. Ex quo potest probabiliter confici, eum recte primum esse* iudicio *suo, qui omnium ceterorum* iudicio *sit secundus.* 2. Facultas iudicandi. Opt. gen. 4. *qui teretes aures habent intelligensque* iudicium. Orat. 21. *Magni* iudicii, *summae etiam facultatis esse debebit moderator ille et quasi temperator huius tripertitae facultatis.* 3. Sensu forensi *iudicium* est collegium virorum vel de litibus, vel de criminibus

iudicantium. Caecin. 2. *omnia* iudicia *aut distrahendarum controversiarum aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt; quorum alterum levius est propterea quod et minus laedit, et persaepe disceptatore domestico diiudicatur; alterum est vehementissimum, quod et ad graviores res pertinet, et non honorariam operam amici, sed severitatem iudicis ac vim requirit.* Priora iudicia fere appellantur *privata*, altera vero *publica* Sic Caecil. 1. *in causis* iudiciisque publicis *ita versatus ut defenderim multos, laeserim neminem*, h. c. neminem accusarim. Brut. 33. iudicio publico *condemnatus*. Orat. I 38. iudicia privata *magnarum rerum obire, in quibus saepe non de facto, sed de aequitate ac iure certetur*. Alio sensu *iudicium publicum* dicitur, apud quod agebatur causa Archiae poetae, quem Gratius lege Plautia Papiria de civitate reum fecerat, propterea quod quaestio de civitate est iuris publici. Arch 2. *in quaestione legitima et in iudicio publico*. Rosc. Com. de differentia iudicii *et arbitrii* vid. in ARBITRIUM. Off III. 17. *Scaevola — fidei bonae nomen existimabat manare latissime, idque versari in tutelis societatibus, fiduciis, mandatis etc quibus vitae societas contineretur; in his magni esse iudicis praesertim quum in plerisque essent iudicia contraria, quid quemque cuique praestare oporteret.* Hic Facciolatus iudicia contraria ea esse, dicit, in quibus altera pars actionem directam habeat, ut pupillus in tutorem, altera contrariam, ut tutor in pupillum. Plenius Ernestius: „*iudicia contraria* sunt, inquit, quae in quibusdam causis fiunt adversus petitorem. Ut *iudicio tutelae*, in quo petitor est pupillus, contrarium est iudicium, quo tutor petit a pupillo sumptus eius causa factos; iudicio mandati contrarium est iudicium, quo a mandatario petuntur impensae litis." cf. Digestorum lib. XXVII. tit. 4. de contraria tutelae et utili actione. Rosc. Am. 38. *turpe iudicium* est id quod turpe est ei, cui intenditur, ut furti, mandati, in quo condemnatum infamia sequitur. Similiter Fam. IX. 25. quum M. Fabius quidam comperisset fundum Herculanensem a Q. Fabio fratre proscriptum esse, qui fundus cum eo communis esset, Cicero rogat Paetum, ut hoc negotium susciperet et molestia M. Fabium liberet; et *Noli*, inquit, *pati litigare fratres, et iudiciis turpibus conflictari.* Cluent. 42. turpi iudicio *damnati in perpetuum omni honore ac dignitate privantur.* Rosc.

Com.

Com. 5. *iudicia legitima* sunt legibus constituta. Mil. 1. *haec novi iudicii* nova forma *terret oculos:* quem ad locum recte Graevius: „novum iudicium dicebatur, quia erat extraordinarium, quum ordinario in iudicio secundum leges et morem iudiciorum Romanorum de hoc crimine esset quaerendum a praetore, qui quaestionem illo anno de vi sortitus erat. Nam extraordinaria iudicia habebantur aut de crimine, de quo nulla lex erat, aut de crimine quod atrocius existimabatur, quam quod secundum leges puniendum putabant, quale hoc fuit. Ideo Cicero queritur se *novo iudicio* id est extraordinario fuisse perturbatum et iudicii *nova forma* propter praesidium militare, quo Pompeius consul forum cinxerat. Cluent. 44. iudicium *corruptum*, de iudicibus pecunia corruptis. Arch. 11. *iudicium exercere* dicitur praetor qui praeest iudicio. Caecin. 3. Verr. II. 12. *iudicium dare*, item Quint. 22. *iudicium reddere* est praetorum, penes quos est iurisdictio. Verr. III. 28. *iudicium pati* est i. q. Verr. III. 22. *accipere iudicium.* Vid. *accipere.* Verr. I. 53. *iudicium habere* dicitur *reus.* Ibid. II. 29. *qui se velle dicebant alterutri eorum qui tum illud* iudicium habebant, *adesse*, i. e. vel petitori, vel ei unde petebatur. Muren. 2. *periculum* iudicii *praestare* dicuntur ii, qui in eo, quod vendunt, evictionem praestant. Leg. II. 17. *iudicia perrumpere* vel Sext. 64. *iudicia perfringere* dicitur is, qui iudices vel pecunia, vel opibus et potentia corrumpit. 4. Iudicium dicitur etiam pro iudicibus. Verr. II. 18. iudicium *sortiri.* 5. Iudicium significat interdum sententiam iudicum vel senatorum. Fam. V. 18. iudicium *potentiae alicuius condonare;* h. e. ita pronuntiare, ut potenti homini placet, sive contra ius in gratiam potentis iudicare. Orat. 41. *cuius de meritis senatus tanta* iudicia *fecisset.* Dom. 31. iudicia *senatus*, i. e. SCta. Cluent. 42. 43. locus est notabilis de animadversionibus s. auctoritatibus censoriis, quae nonnunquam *iudicia* appellantur; ubi quae sit inter illas et iudicum iudicia differentia his verbis explicatur: *Non solum illud ostendam — populi Romani suffragiis saepenumero* censorias subscriptiones *esse deletas*, *verum etiam* iudiciis *eorum qui iurati statuere, maiore cum religione et diligentia debuerunt — — Deinde praetores urbani qui iurati debent optimum quemque in selectos iudices referre, numquam sibi ad eam rem censoram ignomi-*

niam impedimento esse oportere duxerunt. Censores denique ipsi saepenumero superiorum censorum iudiciis (*si ista* iudicia *appellari vultis*) *non steterunt. Atque etiam ipsi inter se censores sua* iudicia *tanti esse arbitrantur ut alter* alterius iudicium, *non modo reprehendat, sed etiam rescindat; ut alter de senatu moveri velit, alter retineat, et ordine amplissimo dignum existimet; ut alter in aerarios referri, aut tribu moveri iubeat, alter vetet. Quare qui vobis in mentem venit haec appellare* iudicia, *quae a populo Romano rescindi, ab iuratis iudicibus repudiari, a magistratibus negligi, ab iis, qui eandem potestatem adepti sunt, commutari inter collegas discrepare videatis?*

IUGATIO. Sen. 15. *capitum* iugatio *in vitibus.* Varr. R. R. I. 8. Columell. IV. 17. Modus iugationis exprimitur a Pontedera ad init. L. III. Columellae Tab. I. fig. 12. ed. Gesner. *Ern.*

IUGATUS, coniunctus. Tusc. III. 8. *omnes* (virtutes) *inter se nexae et* iugatae *sunt.*

IUGER. Verr. III. 47. *In* iugere *agri Leontini medimnum fere tritici seritur perpetua atque aequabili satione.*

IUGERUM, ager CCXL pedes longus CXX latus. Att. II. 16. omnis exspectatio largitionis agrariae in agrum Campanum videtur esse derivata, qui ager ut dena iugera sint (h. e. si singulis colonis dena iugera dentur) *non amplius hominum quinque millia potest sustinere.* Verr. III. 47. *fieri non poterat ut plus quam decem medimna ex* iugero *ararent.* Ibid. iugera *professi sunt aratores omnes imperio atque instituto tuo.* Ibid. *ager efficit cum octavo bene ut agatur, verum, ut omnes dii adiuvent cum decumo. Quod si quando accidit, tum fit, tantum decumae sit, quantum severis; hoc est ut quot* iugera *sunt sata, totidem medimna decumae debeantur.*

IUGIS. 1. N. D. II. 9. *Videmus — etiam ex puteis* iugibus (h. e. perennibus) aquam calidam trahi. Div. II. 15. Pherecydes quum aquam vidisset ex puteo haustam terrae motum dixit futurum. — Etiamne *futurum esse aquae* iugis (*frisches Quellwasser*) colore praesentiunt? 2. Div. II. 36. *ne iuge auspicium fiat, iubent iumenta disiungere.* Est *iuge auspicium* quum iumentum iunctum stercus facit ut testatur Festus. Serv. ad Virg. Aen. III. 537.

IUGLANS, nux (*Wallnuſs*). Tusc. V. 20. *Dionysius instituit, ut* (filiae) *candentibus* iuglandium *putaminibus barbam sibi et capillum adurerent.*

IUGULARE. 1. Sensu proprio. Tusc. V. 40. *Surdi vocem citharoedi non audiunt — ne stridorem quidem serrae — aut grunnitum, quum* iugulatur, *suis.* 2. Omnino pro trucidare, occidere. Quint. 16. iugulare *civem ne iure quidem quisquam bonus vult.* 3 Metaphorice, pro *condemnare* vel alio modo *perdere.* Cluent. 25. *quum Oppianicum iam perditum et duobus* iugulatum *praeiudiciis videret.* Phil. XIII. 18. ex Antonii epistola: *quo facilius reviviscat Pompeianorum causa toties* iugulata; quibus verbis respondet Cicero: *si esset* iugulata, *numquam exsurgeret.* Att. I. 16 de iudicio quo Clodius absolutus est. *Hortensius non vidit illud, satius esse illum in infamia relinqui ac sordibus* (etiamsi non adduceretur in iudicium) *quam infirmo iudicio committi* (in quo verendum erat ne corrupti iudices eum absolverent). *Sed ductus odio properavit rem deducere in iudicium, quum illum plumbeo gladio* iugulatum iri tamen (id est per qualescunque iudices tamen condemnatum iri) *diceret* Verr. III. 14. *his te literis, homo audacissime atque amentissime* iugulatum *esse non sentis?* h. e. ita convictum, ut effugere non possis.

IUGULUM. Fat. 5. *Zopyrus Socratem stupidum esse dixit quod* iugula *concava non haberet;* Catil. III. 1. *mucrones gladiorum* a iugulis *vestris deiecimus.* Phil. XIV. 9. (Caesar Octavianus) *primus Antonii immanem et foedam crudelitatem non solum* a iugulis *nostris, sed etiam a membris et visceribus avertit.* Id est, ut recte Manutius: morte enim ipsa contentus non fuisset Antonius; prius unumquemque omni crudelitatis genere cruciasset. Mortem significat quum dicit *a iugulis,* tormenta, quum subiungit *a membris et visceribus.* Sext. 42. *qui vulneribus quae cernit quotidie toto corpore movetur, ut aliquo praesidio caput et cervices, et* iugulum *ac latera tutetur, hunc de vi accusandum putas?*

IUGUM 1. Montis vertex s. declivitas. Hoc sensu ponitur per translationem Orat. III. 19. *haec ut ex Apennino fluminum sic ex communi sapientium* iugo *sunt doctrinarum facta divortia.* Hic commune sapientium iugum dicuntur Athenae, ubi primum Socrate auctore diserti a philosophis disiuncti sunt. 2. Instrumentum

vel ligneum, vel loreum, quo boves iunguntur. N. D. II. 60. *nos onera quibusdam bestiis, nos iuga imponimus.* Ibid. 63. *boum cervices natae ad* iugum. 3. Pars cur us cui iumenta vel equi iunguntur. Tusc. I. 47. *Argiae sacerdotis Cleobis et Biton filii praedicantur. — Quum illum ad — sacrificium curru vehi ius esset — morarenturque iumenta, tum iuvenes ii — ad* iugum *accesserunt.* 4. Par boum quibus aratur. Verr. III. 52. *reperietis — quibus aliquid tamen reliqui fuerit ex magno patrimonio, eos in agris minore instrumento, minus multis* iugis (*Gespannen*) *remansisse.* 5. Inde per translationem, par hominum inter se coniunctorum. Phil. XI. 2. *unum idemque bellum contra hoc* iugum *impiorum nefarium.* Scilicet Antonii et Dolabellae: quos c. 1. appellat *geminum in scelere par, invisitatum, inauditum ferum, barbarum.* 6. *Iugum*, sub quo Romano more ignominiae gratia victi hostes mittebantur, constabat tribus hastis, e quibus duae in terram figebantur, et super eas ligabatur tertia, et tum victi hostes discingebantur et sub illa transire cogebantur inermes. Ita Festus. (cf. Liv. III. 28. Dionys. Halic. III. 21.) Off. III. 30. *quum male pugnatum apud Caudium esset, legionibus nostris sub* iugum *missis.* 7. Dominatio. Phil. I. 5. *patriae liberatores urbe carebant ea, cuius a cervicibus* iugum *servile deiecerant.* 8. Signum caeleste quod alias *Libra* dicitur Div II. 47. *L. Tarutius Firmanus — urbis nostrae natalem diem repetebat ab iis Parilibus, quibus eam a Romulo conditam accepimus, Romamque, in* Iugo *quum esset luna, natam esse dicebat.* Plenius haec exponit Solinus Polyhist. c. 1. *Romulus auspicato fundamenta murorum iecit, XVIII natus annos, XI Calendas Maias hora post secundam ante tertiam sicut L. Tarutius prodidit mathematicorum nobilissimus, Iove in Piscibus, Saturno, Venere, Marte, Mercurio in Scorpione, Sole in Tauro, Luna in Libra constitutis.*

IUMENTUM. Caecin 19. *Si via sit immunita iubet* (lex) *qua velit agere* iumentum. *Potest hoc ex verbis intelligi, licere, si via sit in Bruttiis immunita, agere si velit* iumentum *per M. Scauri Tusculanum.* Hoc exemplo utitur Cicero, ut confirmet in legibus voluntatem potius quam verba spectari oportere. Hotomannus ad h. l. „Qui viam, hoc est servitutem debet, munire viam debet, munitamque et paratam praebere.

Quod si non fecerit, tum ei, cui servitus debetur, lex XII. tabb. potestatem facit, qua velit iumentum, quod vehiculum trahit, agere. Sensus ergo est apertissimus: si verba, inquit, sequeremur, quae potestatem faciunt, ut qua velit is cui servitus debetur, si via, ubi illa debetur, immunita est, iumentum agat: agere liceret vel per amoenissimum quemvis agrum, qualis est ager M. Scauri, quam ille gravissimam contumeliam sibi factam interpretaretur. Quum autem id lex dicit, de eius solius agro sentit, qui servitutem viae debebat, quam non muniverat." Fam. XI. 13. *eram sine equitibus, sine* iumentis. Att. XII. 32. iumentis *Athenis nil opus.* „Vid. Cuper ad Petron. 117. ubi Petronius ipse caballum interpretatur, sic est etiam ap Sueton. Ner. 5." *Ern.*

IUNCTIO. Tusc. I. 23. *discessus et secretio ac diremptus earum partium, quae ante interitum* iunctione *aliqua tenebantur* (*durch Verbindung zusammengehalten*).

IUNCTUS. 1. De corporibus et locis. N. D. II. 45. *aër mari continuatus et* iunctus *est.* Att. VI. 1. *rheda equis* iuncta N. D. II. 45. *maxime corpora inter se* iuncta *permanent quum quodam quasi vinculo circumdato colligantur.* 2. De hominibus. Att. IV. 15 *ut est ex me et ex te*, iunctus *Dionysius*, *M. Pomponius*, h. c. Dionysius libertus praenomen *Marci* a me, nomen *Pomponii* a te accepit. Nam post manumissionem appellabatur *M. Pomponius Dionysius.* 3. De rebus Div. II. 72. *Religio propaganda est*, *quae est* iuncta *cum cognitione naturae.* Orat. II. 58. *insignis improbitas et scelere* iuncta. Att. IX. 12. *bellum* iunctum *miserrima fuga.* Orat. III. 35. *Oratorem dico sapientiam* iunctam *habere eloquentiae.* Fat. 16. *causa propior et cum exitu* iunctior. Orat. 56. *tralata aut facta aut* iuncta *verba.*

IUNGERE. 1. De corporibus. Div. II. 69. *dicitur quidam*, *quum in somnis complexu venerio* iungeretur *calculos eiecisse.* 2. De rebus ad animum pertinentibus. Brut. 97. *qui decus omne virtutis cum summa eloquentiae laude* iunxisses. Lael. 5. *quanta vis amicitiae sit, ex hoc intelligi maxime potest*, *quod ex infinita societate generis humani*, *quam conciliavit ipsa natura*, *ita contracta res est*, *et adducta in angustum, ut omnis caritas aut inter duos*, *aut inter paucos* iungeretur. Div. II. 69. *Thesaurus et hereditas — et multa generis*

eiusdem, qua cum somniis naturali cognatione iunguntur? 5. De verbis. Orat. III. 43. *si verba extrema cum consequentibus primis ita iungentur, ut ne aspere concurrant, neve vastius diducantur.* „Orat. III. 43. *oratio iuncta* opponitur *hiulcae*, atque adeo critur ex collocatione apta verborum. Orat. 36 *verba iuncta* opponuntur *simplicibus.*" *Ern.*

IURARE. Off. III. 29. *Est ius etiam bellicum, fidesque iurisiurandi saepe cum hoste servanda. Quod enim ita iuratum est, ut mens conciperet fieri oportere, id servandum est; quod aliter, id si non feceris, nullum est periurium. Ut si praedonibus pactum pro capite pretium non attuleris, nulla fraus est, ne si iuratus quidem id non feceris. — Non enim falsum* iurare *periurare est, sed quod* EX ANIMI TUI SENTENTIA iuraris, *sicut verbis concipitur more nostro, id non facere periurium est.* Fam. V. 2. iuravi *verissimum pulcherrimumque iusiurandum.* Att. I. 1. iuravit *morbum*, h. e. serio negavit se propter invalitudinem consulatum petere posse. Att. XII 14. *perpetuum morbum iurabo;* i. e. iurabo me perpetuo morbo laborare, ut non possim cenis auguralibus interesse, et ut non nunc modo sed in perpetuum excusatus sim. Addit autem: *quum enim mihi carendum sit conviviis, malo id lege videri facere, quam dolore* (ex morte Tulliae). „Rosc. Com. 1. *essene quemquam tanta audacia praeditum, ut quod iniuratus in codicem inferre noluit* (scil. quia falsum erat) *id* iurare *in litem non dubitet;* h. e. sibi deberi iureiurando confirmet litis obtinendae causa. Fam. VII. 12. iurare Iovem lapidem est iurare per fictile simulacrum in Capitolio c. 18. p. 229. De ipso ritu sic iurandi vid. Gell. N. A. I. 21. et alios quos Rycquius laudat l c." *Ern.* Acad. pr. II. 20. *Nisi ineptum putarem in tali disputatione id facere, quod quum de re publica disceptatur fieri interdum solet,* iurarem *per Iovem deosque penates me et ardere studio veri reperiendi, et ea sentire, quae dicerem.* Tusc. II. 7 magna mehercule *laus et eo ipso per quem* iuravi *Hercule digna.*

IURATUS. Sull. 11. *an me existimasti haec* iniuratum *in iudicio non esse dicturum, quae* iuratus *in maxima concione dixissem* Respicit illud, quod ultimo consulatus die in concione populi iuravit a se servatam esse rem publicam. cf. Fam. V. 2. Pis. 3. Att. XIII.

28. *de epistola ad Caesarem* (iurato *mihi crede*) *non possum.*

IURGARE. Rep. fr. lib. IV. iurgare *lex putat inter se vicinos, non litigare.*

IURGIUM. Rep. fr. lib. IV. si iurgant, *benivolorum concertatio non lis inimicorum* iurgium *dicitur.* Lael. 21. *cavendum est ne in graves inimicitias convertant se amicitiae, e quibus* iurgia, *maledicta, contumeliae gignantur.*

IURIDICIALIS. Inv. II. 23. Iuridicialis (constitutio, pars generalis constitutionis) *est in qua aequi et iniqui natura et praemii aut poenae ratio quaeritur.* Aliter Top. 25. *In quibus* (de finitis quaestionibus) *exsistunt haec genera, ut accusator personam arguat facti; defensor aliquid opponat de tribus: aut non esse factum, aut si sit factum, aliud eius facti nomen esse; aut iure esse factum. Itaque aut infitialis aut coniecturalis prima appelletur; definitiva altera; tertia, quamvis molestum nomen sit,* iuridicialis *vocetur.*

IURISCONSULTUS vel IURECONSULTUS. Orat. I. 48. *si quaereretur, quisnam* iurisconsultus *vere nominaretur, eum dicerem, qui legum, et consuetudinis eius, qua privati in civitate uterentur, et ad respondendum, et ad scribendum, et ad cavendum peritus esset.* Ibid. 55. iurisconsultum *sine eloquentia — fateris esse posse, fuisseque plurimos, oratorem negas, nisi illam scientiam assumpserit, esse posse. Ita est tibi* iurisconsultus *per se nihil nisi leguleius quidam cautus et acutus, praeco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum.* Orat. I. 45. *est sine dubio domus* iurisconsulti *totius oraculum civitatis.* Fam. III. 1. *Valerium ICtum valde tibi commendo, sed ita etiam si non est ICtus. Melius enim ei cavere volo quam ipse aliis solet.* Muren. 64. sqq. facete exagitatur ICtorum scientia nullamque esse in illa disciplina munitam ad consulatum viam ostenditur. Contra eius dignitas et utilitas laudatur Orat. I. 11. sqq.

IURISDICTIO. „Quid fuerit, non convenit satis inter ICtos de eaque multa parum accurate dicuntur. Est Ger. Noodtii libellus de iurisdictione et imperio, in quo multa parum vere et accurate dicta sunt, de quibus hic dicere non est necesse. Hic nobis sumemus tantum breviter demonstrandum *Iurisdictionem Ciceronis temporibus versatam esse in solis causis privatis,*

iisque ita propriam fuisse, ut publicis quaestionem. Nam 1. *iurisdictio* omnis posita est in *edicto*, et ex *edicto decretis*. Usus illorum trium verborum *do, dico, addico* omnis in decretis consumptus est; quod ex prima et secunda Verrina, quae sunt sedes propriae huius argumenti, sole clarius est. Verr. II. 48. *an dubitabit quisquam, quin is venalem in Sicilia* iurisdictionem *habuerit, qui Romae totum* edictum *atque omnia* decreta *vendiderit? quin is ab Siculis ob* decreta *interponenda pecuniam acceperit, qui M. Octavium Ligurem* ob ius dicundum *poposcerit.* Vides tamquam res easdem permutari *iurisdictionem* et *decreta cum edicto* Verr. I. 40. extr. *ita me de praeturae criminibus auditote, ut ex utroque genere et* iuris dicundi *et surtorum* etc. Locus de iurisdictione Verris est c. 41—48. totus autem in exprobrando edicto iniquo et decretis iniustis. Ibid. 46. *quae libido istius* in iure dicundo, *quae varietas* decretorum *fuerit*. cf. Q. Fr. I. 1. 7. 2. Romae uni praetori urbano tribuitur et peregrino, quorum magistratus in solis causis privatis versabatur (nisi si forte SCto aut alia causa eis etiam quaestio quaedam tributa fuit, ut Verri. Vid. Verr. I. 60.) et quaestionibus diserte opponitur. Verr. I. 47. Verres obiicit de liberto, cui hereditatem ademerat, in praetura urbana: *Proscriptum iuvit; lex est, poena est.* Cicero respondet: *Quid id ad eum, qui ius dicit?* Nempe ista res est quaestionis, est causa publica, quae iurisdictioni non subest. Itaque ius *dicere* et *iurisdictio* non semel ponitur pro ipsa praetura urbana. Verr. V. 14. *quum tibi sorte obtigisset ut* ius diceres. Muren. 20. *in ipsa praetura nihilne existimas inter tuam et istius sortem interfuisse. Murenae sors ea fuit, quam omnes necessarii tui tibi optabamus iuris dicundi;* (fuit autem Murena praetor urbanus.) *qua in sorte sapiens praetor, qualis hic fuit offensionem vitat aequabilitate* decernendi; *benivolentiam adiungit lenitate audiendi. Quid tua sors? tristis, atrox, quaestio peculatus.* cf. Flacc. 3. Ex quo efficitur, ut Praetores qui publica iudicia exercent, iurisdictionem nullam habeant, sed potius imperium rerum civile et quasi togatum. Vid. IMPERIUM. Hinc intellige locum e Taciti Agric. 6. *idem praeturae tenor et silentium, neque enim* iurisdictio *obvenerat;* quem locum male nescio quis interpretatus est in lexico Fabri, quasi habuerit quidem iurisdictionem propter praeturam,

sed eam non exercuerit. Silentium erat in praetura, quia non habebat urbanam aut peregrinam, quae negotiosa erat, sed quaestionem, cuius exercendae rarae occasiones. Et quoniam in provinciis Praetor aut Proconsul et causis privatis et publicis praeerat, propterea is et iurisdictionem habebat, qua causas privatas, et imperium, qua publicas. Quod Verrina secunda inscribitur de *iurisdictione Siciliensi,* in qua tamen etiam agitur de iudiciis publicis, primo pertinere potest tantum ad partem aliquam eius libri, ut inscriptio libri I. et V. deinde hae inscriptiones non sunt a Cicerone, sed forte Asconio, cuius aetate iurisdictionis notio variata erat, et ita dicebatur, ut etiam publicarum causarum cognitionem complecteretur. Sic est iam apud Sueton. Iul. 40. et pluribus aliis locis. Flacc. 40. *Asiaticae* iurisdictioni (quam male a Flacco administratam dicunt) *urbana* iurisdictio *respondebit.* Conf. c. 5. Flaccus autem praetor urbanus fuerat. De iurisdictione praetorum urbana vid. Sigon. I. A. C. R. I. 20. de iurisdictione provinciali eundem de Ant. Iure Prov. II. 5. De iurisdictione sub Caesaribus egimus ad Suetonii Caesarem in Excursibus." *Ernesti.*

IURISPERITUS. Orat. I. 5. *Scaevola* iurisperitorum *eloquentissimus*, *eloquentium* iurisperitissimus. Caecin. 25. *qui ius civile contemnendum putat, is vincula revellit non modo iudiciorum, sed etiam utilitatis, vitaeque communis. Qui autem interpretes iuris vituperat, si imperitos iuris esse dicit, de hominibus, non de iure civili detrahit. Sin* peritis *non putat esse obtemperandum, non homines laedit, sed leges atque iura labefactat.* Planc. 25. *quotus quisque disertus, quotus quisque* iurisperitus est, *ut eos numeres, qui volunt esse?*

IUS „significat omnia ea, ex quibus quid iustum sit, quid faciendum quid omittendum, intelligitur, tamquam leges, edicta praetorum, consuetudo etc. Verr. I. 41. Huius iuris plura genera sunt. Apud Ciceronem haec observavi.

1. Civile (vid. CIVILIS.). Sed aliter sumitur *ius civile* Flacc. 32. *quaero sintne ista praemia censui censendo? habeant* ius civile? nempe ita ut significet conditionem, qua gaudent praedia, quae in censum deferri possint.

2. Ius divinum est a) *naturale.* Sext. 42. *tum domicilia coniuncta, quas urbes dicimus invento et divino*

et humano *iure; moenibus sepserunt.* Antea dixerat ius *naturale* et *civile.* Harusp. 16. *ius legatorum quum hominum praesidio munitum sit, tum etiam* divino iure *esse vallatum.* b) *Pontificium.* Harusp. 7. extr. *domum publico omni praecipuo et humano et* divino iure *munitam.* Liberata erat Ciceronis domus a Pontificibus adeoque *divino* iure, deinde a populo, lege (c. 6.) adeoque *humano* iure. Sed utrumque hoc ius publicum est.

3. *Gentium* est naturale. Off. III. 5. neque hoc solum natura, id est iure gentium, sed etiam legibus populorum, quibus in singulis civitatibus resp. continetur. cf. ibid. c. 17. 2. Rab. Post. 15. *quum omnia bella* iure gentium *conquiescant,* ubi *ius gentium* est mos communis omnium populorum, qui quia nititur natura rerum, quae sc. postulat biberno tempore intermitti labores, qui sub dio fieri debent, propterea *ius gentium* appellatur.

4. *Humanum*, *quum opponitur divino est* modo *positivum* quod vocant, omne, quum publicum, tum privatum; modo ea pars tantum quae in rebus profanis versatur.

5. *Pontificium.* Dom. 13. est de rebus sacris, in quibus Pontifices cognitionem habent. Vid. Gutaer. Iur. Pont. I. 2.

6. *Praediatorium.* Balb. 20. Vid. PRAEDIATORIUS.

7. *Praetorium* dixit a) *edicta praetorum.* Off. I. 10. *quae quidem pleraque* iure praetorio *liberantur, nonnulla legibus.* Verr. I. 44. *Posteaquam* ius praetorium *constitutum est, semper hoc iure usi sumus.* b) *Totam iurisdictionem praetoriam.* Verr. II. 12. *eiusdem modi totum* ius praetorium *fuit per triennium in Sicilia, Verre praetore.* Phil. II. 2. *quam iniuriam iste intercessoris beneficio obtinuit non* iure praetorio.

8. *Privatum* est ius civile *a*) stricte sic dictum, de quo v. *Civilis.* Caecil. 5. *civibus quum sunt ereptae pecuniae, civili fere actione et* privato iure *repetuntur.* *b*) Deinde *conditio, quae ex iure civili illo oritur.* Harusp. 7. *domus est* iure privato, scil. quam tenemus hereditate, auctoritate, mancipio, nexu.

9. *Publicum, a*) opponitur *privato* et quum sacrum s. pontificium, tum profanum ius complectitur: Vid *Divinus.* Dom. 53. *sed ut revertar ad* ius publicum *dedicandi.* Unde *b*) domus *iure publico* munita dicitur,

quia et a populo lege centuriata et decreto potificum liberata erat. c) Est vero etiam pro *iure communi*. Div. I. 5. quod ad omnes cives pertinet, adeoque etiam pro civili illo, quod alias privatum dicitur. Dom. 17. *Nego potuisse* iure publico, *legibus iis, quibus haec civitas utitur* etc. Ibid. *versor in medio* iure publico. Ibid. 49. *nec de* iure pontificio *sed de* publico *disputo*. Fam. IV. 14. *si de* iure publico *armis disceptabitur*. Vid. Graev ad Orat. pro Dom. 13. Caecin. 26. Sic est apud Sueton. Aug. 10. Tib. 50.

10. *Quiritium*. Verr. II. 12. est ius civile quod proprium est iis, qui ius civitatis habent, iure optimo. De quo mox.

11. *Urbanum*. Verr. Act. I. 1. *praedo* iuris urbani, est ius civile privatum, ex quo ius dicit praetor urbanus.

B. IUS est etiam quod legibus, edictis, consuetudini, h. e. superiori illi consentaneum est, quod nobis ex eo debetur etc. Sic est in his. Verr I. 40. Quint. 26. ius *dicere*. Verr. I. 26. ius *suum obtinere*. Caecil. 18. ius *suum amittere*. Quint. 28. ius *eripere*. Sext. 65. *si intercessisset collega, remp laesisset, sed* iure *laesisset*. 2. *Ius summum*, Gr. ἀκριβοδίκαιον, quum in eo, quod nobis debetur, aut deberi putamus non ex aequo et bono sed acerbe agimus, nihil remittentes de iure nostro, ex quo summae saepe iniuriae existunt Quint. 11. *aut intra parietes, aut* summo iure *experiri*. Caecin. 23. *si verbis et literis, ut dicitur, et* summo iure *contendere* etc. conf. ibid. 4. Att. XVI. 15. Quint. 15. *ius extremum*. 3. *Conditio quae ex iure oritur*. Vid. *Ius civile, privatum, publicum*. Arch. 4. *quae civitas quum esset aequissimo* iure *ac foedere*. 4. Hoc significat etiam in illa forma: *optimo iure;* pro quo etiam dicitur *optima lege, optima conditione;* nempe eam conditionem, quae plenissimum ius alicuius rei affert. quae ut hodie dicunt, omnibus privilegiis et praerogativis coniuncta est. Quint. 22. *par ius*. Harusp. 7. *domus iure optimo*. Agr. II. 2. *praedia iure optimo*. Verr. III. 91. *quae est ista conditio Siciliae? Cur, quae* optimo iure *propter antiquitatem, fidelitatem esse debet, huic praecipua lex iniuriae definitur?* Phil. V. 16. *demus imperium Caesari; sit pro praetore eo* iure, *quo qui* optimo. Phil. XI. 12. *C. Cassium proconsulem provinciam obtinere, uti qui eam* optimo iure *provinciam obtinuerit*.

(Vid. Festus in *Lex optima.* Gronov. ad Liv. IX. 34.) 4. *Potestas in rem aliquam, sive iusta, sive iniusta.* Verr. I. 7. *quod eos in iudicando nimium sui iuris sententiaeque cognosceret.* Phil. IV. 4. *omnes sub* iure *et imperio consulis debent esse provinciae.* Unde *suo iure facere* aliquid dicuntur, qui libere pro arbitrio, nemine impediente, impune faciunt. Fin. V. 25. Manil. 22. Cael. 16. Verr. II. 14. Fam. XIII. 77. Vid Graev. et Duker ad Flor. I. 17. Burm. ad Lucan. I. 2. 5. *Locus ubi ius dicitur.* Quint. 19. *in* ius *vocas, sequitur.* Caecin. 19. *quando te in* iure *conspicio.* Cf. Quint. 25. Verr. II. 77. IV. 65. Sen. p. Red. 9. 6. *Aequum.* Phil. II. 9. ius *postulas. Quid ad rem? plus ille poterat.* 7. *Iure* dicitur exquisite, pro *convenienter naturae rerum.* Tusc. III. 15. de vultu Socratis semper eodem, semper tranquillo et sereno. Iure *autem erat semper idem vultus, quum mentis a qua is fingitur nulla fieret mutatio.*" — *Ernesti.* Pauca licebit addere. 1. Diversa iura variarum rerum. Caecin. 26. *quid refert aedes aut fundum relictum a patre aut aliqua ratione habere bene partum, si incertum sit, quae tua iure mancipii sint, ea possisne retinere!* Ibid. *Quid prodest fundum habere si quae decentissime descripta a maioribus* iura finium, possessionum, aquarum, itinerumque *sunt, haec perturbari aliqua ratione commuturique possunt.* Dom. 30. iura *de civitate et libertate.* Ibid. 13. ius *adoptionis.* Verr. IV. 45. iura *religionum.* Ibid. V. 20. ius *imperii.* Balb. 11. ius *mutandae civitatis.* Phil. I. 2. ius *legationis liberum.* 2. Phil. XI. 12. ius est, *quod Iupiter ipse sanxit, ut omnia quae reip. salutaria essent legitima et iusta haberentur.* Phil. II. 37. ius *semper hoc fuit, ut quae tyranni eripuissent, ea tyrannis interfectis, ii, quibus erepta essent, recuperarent.*

IUS, Brühe, Suppe. Fam. IX. 18. Tu istic te *Ateriano* iure *delectato, ego me hic Hirtiano.* Recte Gronovius: „— Ludit in voce *ius* quod et liquidum cibi et leges significat. Videtur Aterium IC. penes se habuisse Paetus." Et Cicero eo tempore saepius apud Hirtium laute cenitabat, inprimis erat apud eum *ius fervens* aliquod in deliciis. De quo Cicero. Fam. IX. 20. *Vide audaciam. Etiam Hirtio cenam dedi, sine pavone tamen. In ea cena cocus meus praeter* ius fervens *nihil potuit imitari.* Tusc. V. 34. *Apud Lacedaemonios quum tyrannus cenavisset Dionysius, negavit se* iure *illo* ni-

gro, *quod cenae caput erat, delectatum. Tum is, qui illa coxerat, minime mirum; condimenta enim defuerunt. Quae tandem? inquit ille. — Labor in venatu, sudor, cursus ab Eurota, fames, sitis. His enim rebus Lacedaemoniorum epulae condiuntur.* Fam. XVI. 4. ius *dandum tibi non fuit quum κακοστόμαχος esses.* Nempe Celsus quoque lib. II. c. 24. inter ea quae stomacho aliena sunt ponit *iurulenta.* Verr. I. 46. *Hinc illi homines erant, qui etiam ridiculi* (*Spaſsmacher*) *inveniebantur ex dolore, quorum alii; ut audistis, negabant mirandum esse* ius *tam nequam esse* Verrinum; *alii etiam frigidiores erant.* Scilicet homines illi ludebant ambiguitate vocabuli, quod et iurisdictionem Verris, et liquorem in quo Verrina caro decocta esset, significare poterat. Male auctor dialogi de oratoribus hunc iocum tanquam Ciceronis esset reprehendit, quum hic ipse frigidum nec perfacete dictum appellet. Aequior iudex Quintilianus. Inst. or. VI. 3. *Cicero,* inquit, *et in sermone quotidiano multa, et in altercationibus et interrogandis testibus plura quam quisquam dixit facete, et illa ipsa, quae sunt in Verrem dicta frigidius, aliis assignavit, et testimonii loco posuit, ut quo sunt magis vulgaria, eo sit credibilius illa ab oratore non ficta, sed passim esse iactata.*

IUSIURANDUM. Off. III. 29. *In* iureiurando *non qui metus, sed quae vis sit, debet intelligi. Est enim* iusiurandum *affirmatio religiosa. Quod autem affirmate, quasi deo teste, promiseris id tenendum est. Iam enim non ad iram deorum quae nulla est, sed ad iustitiam et fidem pertinet.* Leg. II. 7. *utiles esse autem opiniones has* (de natura dei) *quis neget, quum intelligat, quam multa firmentur* iureiurando, *quantae salutis sint foederum religiones? quam multos divini supplicii metus a scelere revocarit? quamque sancta sit societas civium inter ipsos diis immortalibus interpositis tum iudicibus tum testibus?* Off. III. 31. *Nullum vinculum ad adstringendam fidem* iureiurando *maiores arctius esse voluerunt. Id indicant leges in XII tabulis, indicant sacratae, indicant foedera, quibus etiam cum hoste devincitur fides; indicant notiones animadversionesque censorum, qui nulla de re diligentius, quam de* iureiurando *indicabant.* Cael. 22. *ex qua domo recitatur vobis* iureiurando *devincta auctoritas;* h. e. testimonium Lucceii, iurati testis. Paullo ante dixerat:

noceat, nisi lacessitus iniuria, deinde ut communibus utatur pro communibus, privatis ut suis. Ibid. 10. *Fundamenta* iustitiae *sunt, primum ut ne cui noceatur, deinde ut communi utilitati serviatur.* Ibid. 7. *fundamentum* iustitiae *est fides, id est dictorum conventorumque constantia et veritas.* Off. II. 20. *fundamentum perpetuae commendationis et famae est* iustitia, *sine qua nihil potest esse laudabile.* Off. II. 11. *iis qui vendunt, emunt, conducunt, locant contrahendisque negotiis implicantur* iustitia *ad rem gerendam necessaria est. Cuius tanta vis est, ut ne illi quidem qui maleficio et scelere pascuntur possint sine ulla particula* iustitiae *vivere.* Partit. 22. In communione quae posita pars est (*virtutis*) iustitia *dicitur;* eaque erga deos religio, *erga parentes* pietas, *vulgo autem bonitas, creditis in rebus* fides, *in moderatione animadvertendi* lenitas, amicitia *in benivolentia nominatur.* Ibid. Iustitiam, (*quae est virtus*) acerbitas (*quod est vitium*) *imitatur.*

IUSTITIUM est, quum iurisdictio et iudicia publica non exercentur. Id fit edicto Coss. Phil V. 12. iustitium *edici saga, sumi dico oportere.* Harusp 26. moneat iidem (haruspices) *ne occultis consiliis* resp. laedatur. *Quae sunt occultiora quam eius* (Clodii) *qui in concione ausus est dicere,* iustitium *edici oportere; iurisdictionem intermitti, claudi aerarium, iudicia tolli.* Vid. inpr. Fabri Semest. II. 10. *Ern.*

IUSTUS. 1. Sensu proprio. Off. I. 10. *incidunt saepe tempora, quum ea, quae maxime videntur digna esse* iusto *homine eoque quem bonum virum dicimus, commutantur fiuntque contraria; ut reddere depositum, promissum facere, quaeque pertinent ad veritatem et ad fidem ea migrare interdum et non servare sit* iustum. 2. Satis magnus, sufficiens, nec nimis longus, nec nimis brevis. Att. V. 2. iusta *itinera.* Fam. II. 10. iusta *victoria.*

IUVARE. 1. Adiuvare. Off. I. 3. *res quibus et se possint* iuvare *et suos.* Balb. 9. *qui nostros duces auxilio laboris, commeatus periculo suo* iuverit. Fin. I. 21. *Quod tibi parum videtur eruditus, ea causa est quod nullam eruditionem esse duxit, nisi quae beatae vitae disciplinam* iuvaret. N. D. II. 66. *Multos et nostra civitas et Graecia tulit singulares viros, quorum neminem, nisi* iuvante *deo talem fuisse credendum est.* 2. Delectare. Q. Fr. II. 12. *te esse animo hilari — valde me*

gent, ut postea neminem alium nisi fortunas vestras accusare possitis. Significat eiusmodi calumniatores simul obaeratos esse, ideoque literae *K* non solum, ob metuendam calumniae poenam, inimicos esse, sed etiam omnes Kalendas odisse, propterea quod Kalendis usurae a debitoribus solvendae erant; item sortes reddendae. Phil. II. 37. unde Horatius *tristes debitori Kalendas* appellat. Vulgo male legebatur *ut etiam eas omnes oderitis.* Sed veram lectionem praeter veterem interpretem asseruerunt Stephanus, Pighius, Vossius, Garatonus.

L.

LABARE. 1. Labi incipere (wanken). Verr. IV. 43. *hora amplius in demoliendo signo permulti homines moliebantur; illud interea nulla* lababat *ex parte.* 2. Metaphorice. Att. VIII. 22. *cito* labare *meum consilium illud quod iam satis fixum videbatur.* Phil. VI. 4 *quum ei* labare *videretur.* Att. X. 15. *Cohortes* labare *dicuntur.* Phil. II. 21. labantem *et prope cadentem remp. fulcire.* Mil. 25 *quis non intelligit omnes tibi* (Cn. Pompeio) *reip. partes aegras et* labantes, *ut eas his armis sanares et confirmares, esse commissas?*

LABECULA. Vatin. 17. *quum T. Annium* (Milonem) *tantopere laudes et clarissimo viro nonnullam laudatione tua* labeculam *aspergas; in illorum enim numero mavult T. Annius esse. qui a te vituperantur.*

LABEFACERE. Sext. 47. *quem* (Scaurum) *nulla umquam vis, nullae minae, nulla invidia* labefecit. Harusp 28. *haec iam* labefacta.

LABEFACTARE. 1. Manil 7. *haec fides atque haec ratio pecuniarum, quae Romae, quae in foro versatur, implicita est cum illis pecuniis Asiaticis et cohaeret. Ruere illa non possunt, ut haec non eodem* labefactata *motu concidant.* Dom. 11 *desinant homines iisdem machinis sperare me restitutum posse* labefactari, *quibus antea stantem perculerunt.* Caecin. 25. *leges ac iura* labefactare. Inv. I. 2. *ingenio freta malitia pervertere urbes et vitas hominum* labefactare *assuevit.* Catil. IV. 10. *neque ulla profecto tanta vis reperietur, quae — tantam conspirationem bonorum omnium perfringere ac* labefactare *possit.* Cluent. 68. *fidem* (iudicium) *pretio* labefactare. Fam. V. 5. *cogitatio ali-*

tum revertar. 6. Inclinare, incidere. Ac. pr. II. 45. labor *eo ut assentior Epicuro.* Ibid. *Vos — veremini ne* labar *ad opinionem et aliquid asciscam et comprehem incognitum.* 7. Transire. Att. IV. 5. *neque mihi licet* labi *ad eos qui mihi non desinunt invidere.* 8. De verbis et numero oratorio in periodis. Orat. 57. *brevitate et celeritate syllabarum* labi *putat verba proclivius.* Orat. 56. *circuitus ille — incitatior numero ipso fertur et* labitur, *quoad perveniat ad finem et insistat.* 9. Errare. Q. Fr. III. 9 Tenes lapsus *est per errorem.* Off. II. 3. in quo verbo lapsa consuetudo deflexit de via. Phil. XIII. 3. *opinione* labi. Ibid. X. 2. *non te inopiae verbi* lapsum *putarem.* Brut. 69. *non puto existimare te, ambitione me* labi, *quippe de mortuis.* Off. I. 6. labi, *errare, nescire et decipi, et malum et turpe dicimus.* 10. Peccare. Orat. I. 57. *in minimis tenuissimisque rebus* labi. Fam. II. 7. *numquam* labere *si te audies.*

LABOR. Tusc. II. 15. *interest aliquid inter* laborem *et dolorem. —* Labor *est functio quaedam vel animi vel corporis gravioris operis et muneris; dolor autem motus asper in corpore alienus a sensibus.* Sen. 23. *an censes me tantos* labores *diurnos nocturnosque domi militiaeque suscepturum fuisse, si iisdem finibus gloriam meam, quibus vitam essem terminaturus? nonne melius fuisset otiosam aetatem et quietam sine ullo* labore *et contentione traducere?* Oecon. 1. labores *pacis ac belli id est rusticationis et militarium stipendiorum distribuit viro natura.* Orat. I. 55. *in ea* (arte) *tu plus operae* laborisque *consumpseras.* Univ. 11. *haec si verbis explicare conemur, earum rerum frustra suscipiatur* labor.

LABORARE. 1. Sensu proprio, *arbeiten.* Tusc. I. 15. *aliud est dolere, aliud* laborare. *Quum varices secabuntur C. Mario, dolebat, quum aestu magno ducebat agmen,* laborabat. 2. *Aliquo contendere, wohin streben.* Flacc. 3. *Graeci numquam* laborant, *quemadmodum probent quod dicunt, sed quemadmodum se explicent dicendo.* Quint. 15. *non id ago, neque in eo nunc* laboro. 3. *Curare aliquid, de aliqua re sollicitum esse.* Q. Fr. III. 1. *de filii tui eruditione quod* labores *nihil est.* Att. VII. 18. *nec de me* laboro, *de pueris quid agam non habeo.* Caecin. 2. *de quibus antea* laborabam *nunc sum animo aequissimo.* 4. *Haesitare in aliqua re, expedire se non posse.* N. D. III. 24. *in eno-*

dandis nominibus, quod miserandum sit, laboratis (*wisst euch nicht zu helfen*). Brut. 8. *spiritu, quasi necessitate aliqua, verborum comprehensio iudicatur, in quo non modo defici, sed etiam* laborare (*stocken*) *turpe est.* 5. *Aegrotare.* Att. V. 8. *utpote quum sine febri* laborassem. Fam. VII. 26. *quum iam decimum diem graviter ex intestinis* laborarem. Ibid. IX. 23. *Ceparius dixit, te in lecto esse, quod ex pedibus* laborares. Tusc. II. 25 *Heracleotes Dionysius quum a Zenone fortis esse didicisset, a dolore dedoctus est. Nam quum ex renibus* laboraret, *ipso in ciulatu clamitabat, falsa esse illa, quae antea de dolore ipse sensisset.* Ibid. *quum audivisset eum graviter esse aegrum, quod vehementer eius artus* laborarent. 6. Vexari aliqua re, s. affligi. Rosc. Am. 53. *populus Romanus domestica crudelitate* laborat. Fam. XVI. 11. *non ignoro, quantum ex desiderio* labores. Inv. II. 2. *aliquanto ex inscitia levius* laborarent. Cluent. 71. *Satis diu fuit in miseriis; satis multos annos ex invidia* laboravit. 7. Difficultate premi. N. D. II. 60. *Digitorum contractio facilis facilisque porrectio propter molles commissuras et artus, nullo in motu* laborat, (*findet in keiner Bewegung Schwierigkeiten*).

LABORATUS, i. q. elaboratus. Cael. 22.

LABORIOSE. Rosc. Com. 11. *quo quisque est ingeniosior, hoc docet iracundius et* laboriosius.

LABORIOSUS. 1. *Industrius.* Tusc. II. 15. *industrios homines illi* (Graeci) *studiosos vel potius amantes doloris* (scil. φιλοπόνους) *appellant, nos commodius* laboriosos. 2. *Laboribus oneratus.* Mil. 2. *quid nobis duobus* laboriosius, *quid magis sollicitum magisque exercitum dici aut fingi potest?* Cael. 1. *si quis, iudices, forte nunc adsit ignarus legum, iudiciorum, consuetudinis nostrae, miretur profecto quae sit tanta atrocitas huiusce, causae quod diebus festis, ludisque publicis, omnibus negotiis forensibus intermissis, unum hoc iudicium exerceatur — — vos* laboriosos *existimet, quibus otiosis ne in communi quidem otio liceat esse.* 3. *cum laboribus coniunctus, molestus.* Leg. III. 8. *nihil* laboriosius, *molestiusque provincia.* Oec. 1. *in re familiari* laboriosior *est negligentia quam diligentia.* 4. Secundum philosophos, laboriosus, h. e. doloribus affectus a misero distinguitur Fin. II. 28. de Cn. Octavio: *quos ille quum omnes artus ardere viderentur cru-*

eiatus perferebat? Nec tamen miser esse, quia summum id malum non erat, tantummodo laboriosus *videbatur.* Phil. XI. 4. *dolores Trebonius* (a Dolabella cruciatus) *pertulit magnos; multi ex morbi gravitate maiores; quos tamen non miseros, sed* laboriosos *dicere solemus.*

LABRUM. 1. Vas balnearium, in quo fit lavatio. Fam. XV. 20. Labrum *si in balneo non est, fac ut sit.* 2. Labium. Div. II. 31. *apes quas dixisti in* labris *Platonis consedisse.* Orat. III. 34. *Pericles in cuius* labris *leporem habitasse ferunt.* N. D. I. 18 *hunc censes primis, ut dicitur,* labris *gustasse physiologiam, qui quidquam quod ortum sit, putet aeternum esse posse.* Orat. I. 19. *quae isti rhetores ne primoribus quidem* labris *attigissent.* Cael. 12. *multos et vidi in hac civitate et audivi, non modo qui primoribus* labris *gustassent hoc genus vitae, et extremis, ut dicitur digitis attigissent, sed qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent, emersisse aliquando —*

LAC. Sen. 16. *Villa abundat* lacte, *caseo, melle.* Div. I. 43. *Saepe lapidum, sanguinis nonnunquam, terrae interdum, quondam etiam* lactis *imber defluxit.* Tusc. III. 1. *ut paene cum* lacte *nutricis errorem suxisse videamur.*

LACERARE. 1. Discerpere. Orat. II 59. Lacerat *lacertum Largii mordax Memmius.* 2. *Affligere, vexare.* Tusc. III. 13. *aegritudo* lacerat, *exest animum, planeque conficit.* Phil. II. 34. *Num exspectas dum te stimulis fodiam! haec te, si ullam partem sensus habes,* lacerat, *haec cruentat oratio.* Brut. 42. *obtrectatio invidiae quae solet* lacerare *plerosque.* 3. De bonis alicuius, quae auctione distrahuntur. Quint. 15. *de quo homine praeconis vox praedicat, et pretium conficit, huic acerbissimum viro videntique funus ducitur, si funus id habendum sit, quo non amici conveniunt ad exsequias cohonestandas, sed bonorum emptores, ut carnifices, ad reliquias vitae* lacerandas *et distrahendas.* Simili ratione Verr. III. 70. dicitur *lacerata pecunia* cuius pars aversa est.

LACERTA, *Eidechse* — Gr. σαῦρα. Div. II. 29. *Gracchus ad Pomponium scripsit duobus anguibus domi comprehensis haruspices a patre convocatos. Qui magis anguibus* quam lacertis, *quam muribus? quia sunt haec quotidiana, angues non item.*

arescit. Phil. II. 26. *miserum me! consumptis enim* lacrimis, *tamen infixus animo haeret dolor.*

LACRIMARE. Tusc. I. 39. *non male ait Callimachus, multo saepius* lacrimasse *Priamum, quam Troilum.* Sext. 69. *video hunc praetextatum eius filium oculis* lacrimantibus *me intuentem.*

LACRIMARI. Verr. V. 46. *quis tam fuit illo tempore durus et ferreus — ecquis fuit quin* lacrimaretur.

LACRIMOSUS. Arat. fr.

LACRIMULA. Planc. 31. *Mihi* lacrimulam *Cispiani iudicii obiectas. Sic enim dixisti:* Vidi ego tuam lacrimulam. *Vide quam me verbi tui poeniteat. Non modo* lacrimulam, *sed multas* lacrimas *et fletum cum singultu videre potuisti.*

LACTERE. Div. II. 41. *locus septus religiose propter Iovis pueri, qui* lactens *cum Iunone Fortunae in gremio sedens, mammam appetens sanctissime colitur a matribus.* Catil. III. 28. *tactus est* (fulmine) *Romulus, quem inauratum in Capitolio parvum atque* lactentem *uberibus lupinis inhiantem fuisse meministis.*

LACTESCERE. N. D. II. 51. *animal quum ex utero elapsum excidit, in iis animantibus, quae lacte aluntur, omnis fere cibus matrum* lactescere *incipit.*

LACTEUS. Somn. 3. *Splendidissimo candore inter flammas circus elucens, quem vos ut a Graiis accepistis orbem* lacteum (*γαλαξίαν, Milchstrasse*) *nuncupatis*, cf. Arat.

LACUNA. Iactura largitione, aut fraude facta. Verr. II. 25. lacunam *rei familiaris explere.* Att. XII. 6. *vide ne qua* lacuna *sit in auro. Ern.*

LACUNAR. Tusc. V. 21. est tectum templi, aut triclinii magnifice caelatum aut pictum, sed e tabulis ligneis. Vid. Salmas. ad Vopisc. Aurelium 46. Tom. I. p. 547. Dicitur a lacubus parvis in ligneo tecto arte caelatis. Vid. Servius ad Aen. I. 726. *Laquear* videtur idem dici a marginibus lacuum eminentibus et varie tractis, pro formarum varietate, quas lacus habent, modo rotundi, modo quadrati, modo rhombiformes s. scutulati. Lucem affert Iosephi locus Ant. VIII. 3, 2. ubi tabulae tecti dicuntur fuisse *ἐξεσμέναι εἰς φατνώματα καὶ προςκόλλησιν χρυσοῦ*, quae est descriptio lacunaris s. tecti laqueati, in qua *φατνώματα* sunt illi, quos dixi, lacus. De his tectis est erudita nota Valesii

tantum haec affert: *ut deprecetur, ut supplicet, ut medeatur — ut optet, ut exsecretur.* Neque vero *laesio* aliud significare potest, quam graviorem quandam adversarii insectationem.

LAETABILIS Tusc. I. 21. *quid habet ista res aut* laetabile *aut gloriosum.*

LAETE. Phil. IX. 3. *declaravit* (Antonius) *quam odisset Senatum, quum auctorem senatus exstinctum* (h. e. mortem Ser. Sulpicii a senatu legati, in hac legatione mortui) laete *atque insolenter tulit.*

LAETIFICARE. N. D. II. 40. *Sol — binas in singulis annis reversiones ab extremo contrarias facit, quarum intervallo tum quasi tristitia quadam contrahit terram, tum vicissim* laetificat, *ut cum caelo hilarata videatur.* Ibid. 52. *Indus — aqua agros* laetificat *et mitigat.*

LAETIFICUS. Tusc. I. 22. *vites* laetificae.

LAETITIA. Tusc. IV. 7. Laetitia *est opinio recens boni, praesentis in quo efferri rectum esse videatur.* Ibid. 6. *quum ratione animus movetur placide atque constanter, tum illud gaudium dicitur, quum autem inaniter et effuse animus exsultat tum illa* laetitia *gestiens vel nimia dici potest.* Orat. I. 44. *percipietis etiam illam ex cognitione iuris* laetitiam *et voluptatem.* Div. II. 26. *Galli gallinacei si victores elacritate et quasi* laetitia *ad canendum excitantur, potuit accidisse alia quoque* laetitia, *qua ad cantum moverentur.* Fam II. 9. *repente vero incessi omnibus* laetitiis *laetus* ex versiculo Caecilii quem commemorat Fin. II. 4

LAETOR. Fam. I. 7. *minime miror te tuis praeclaris operibus* laetari. Phil. XI 4. *ea libidinum turpitudo, ut in hoc sit semper* laetatus, *quod ea faceret, quae sibi obiici ne ab inimico quidem possent verecundo.*

LAETUS. 1. Sensu proprio. Sext 1. *intueri potestis — eos qui omnia divina et humana violarint — alacres* laetosque *volitare.* Font. 11. *hi vagantur* laeti *atque erecti passim toto foro.* 2. Metaphorice. Sen. 15. *nec segetibus solum et pratis et vineis et arbustis res rusticae* laetae *sunt, sed pomariis etiam* etc. Ibid. *uva quid potest esse quum fructu* laetius *tum aspectu pulchrius.* Orat. I. 18. laetum *genus verborum.*

LAEVIS. Orat. III. 43. laevis *concursus verborum,* opponitur *hiulco.*

tur et constringatur amicorum propinquorumque custodia.

LAMINA. Verr. V. 63. *ignes ardentesque* laminae *ceterique cruciatus admovebantur.* Leg. II. 23. *nostis extra portam Collinam aedem Honoris, et aram in eo loco fuisse memoriae proditum est. Ad eam quum* lamina *esset inventa et in ea scriptum* HONORIS, *ea causa fuit aedis huius dedicandae.*

LAMPAS, fax. Verr. II. 47. *Vidi argenteum Cupidinem cum* lampade. N. D. III 16. *Non video, quo pacto ille cui in monte Oetaeo illatae* lampades *fuerint, ut ait Attius, in domum aeternam patris ex illo ardore pervenerit*, scil. Hercules qui moriturus in monte Oeta quum rogum conscendisset, et neminem suorum ut eum incenderent, permovere potuisset, facibus a Poeante, vel ut alii narrant ab eius filio Philoctete illatis incenso rogo combustus est.

LANA. Hortens. fr. *sufficiunt* lanam *medicamentis quibusdam.* Orat. II. 67. *quando ad me venis, cum tua colu et lana!*

LANEUS. N. D. III. 34. *Dionysius quum in fanum venisset Iovis Olympii aureum ei detraxit amiculum eique* laneum *pallium iniecit.*

LANGUEFACERE. Leg. II. 15. (vis sonorum) *incitat languentes, et* languefacit *excitatos.*

LANGUERE. N. D. I. 3. languere *otio.* Ac. pr. II. 3. *hebescere et* languere *in otio.* Phil. I. 4. *quum* languerem *de via.* Orat. II. 44. *facilius est currentem incitare, quam commovere* languentem. Ibid. 9. (oratoris est) languentis *populi incitatio et effrenati moderatio.* Fam. X. 28. *senatus languens et defessus.* Off. I. 37. *sine contentione vox, nec* languens, *nec sonora.*

LANGUESCERE. Orat 2. *non est cur eorum, qui se studio eloquentiae dediderunt spes infringatur, aut* languescat *industria.* Fin. IV. 24 *hebes est cuipiam acies oculorum, corpore alius* languescit. Phil. VIII. 2. *consensus populi — si nos* languescimus *debilitetur necesse est.*

LANGUIDE. Tusc. V. 9. languide *dictum* est, quo fortunae rebusque humanis ceteris aliqua ad beatam vitam vis tribuitur. *Ern.*

LANGUIDUS. 1. De corpore. Catil. II. 5. *vino* languidi, *confecti cibo.* Fin. II. 13. *Cyrenaici non viderunt, ut ad cursum equum, ad arandum bovem, ad*

audebo cetera quae secundum naturam sunt bona appellare — virtutis autem amplitudinem quasi in altera lance *ponere. Terram mihi crede ea* laux *et maria deprimet;* h. l. respicit illam Critolai libram Tusc. V. 17. *quaero quam vim habeat illa libra Critolai, qui quum in alterum* laucem *animi bona imponat, in alteram corporis et externa, tantum propendere illam* lancem *putet, ut terram et maria deprimat.*

LAPATHUM s. LAPATHUS, herba, (Sauerampfer). Fin. II. 8. *o lapathe;* in versu Luciliano. Ibid. *non igitur nec* lapathi *suavitatem Laelius acipenseri praeferebat.*

LAPICIDINA. Div. I. 13. *fingebat Carneades in Chiorum* lapicidinis *saxo diffisso caput exstitisse Panisci.*

LAPIDATIO. Dom. 5. *erat et praesens caritas et futura fames; non est satis, facta* lapidatio *est.* Orat. II. 47. *vim, fugam,* lapidationem — *in iudicium vocabas.* Verr. IV. 43. *fit magna* lapidatio. Sull. 15. *ille ambitus iudicium tollere ac disturbare primum conflato voluit gladiatorum ac fugitivorum tumultu, deinde id quod vidimus omnes,* lapidatione *atque concursu.*

LAPIDATOR. Dom. 13. *Sergius — percussor,* lapidator, *fori depopulator.*

LAPIDEUS. Leg. II. 18. *ligneum — uno e ligno dedicato, itemque* lapideum *in delubris communibus,* ex Platone de legg. XII. Div. II. 28. lapideus *aut sanguineus imber.* Tusc. III. 26. *Niobe fingitur* lapidea (i. e. in lapidem mutata), *propter aeternum in luctu silentium.*

LAPIS. Dom. 5. *ille se* lapidibus *appetitum et percussum esse dixit.* 2. Fam. VII. 12. *Iovem* lapidem *iurare.* Vid. IURARE. *Iupiter lapis* est ἁπλοῦν ἀντὶ κτητικοῦ, ut Grammatici loquuntur, pro *Iupiter lapideus.* 3. Pis. 15. *empti* de lapide tribuni plebis. Mos erat praeconem quum venderentur servi, in lapide stare, qui Athenis λίθος πρατὴρ dicebatur unde servi de lapide emi dicuntur. Vid. praeter eos, quos iam alii laudarunt Patterum Archaeol Gr. I. 10." *Ern.* Significat igitur duos istos tribunos Sex. Attilium Serranum et Numerium Quintium mercede conductos, ut Clodio faverent, eique tamquam servos mancipatos fuisse.

LAPSIO. Tusc. IV. 12. *in bonis rebus, quod alii ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur, in malis* proclivitas, *ut significet* lapsionem.

LARGE. N. D. II. 47. *pastum animantibus* large *et copiose natura — comparavit.* Rosc. Am. 8. large *effuseque donare.* Verr. III. 88. large *liberaliterque aestimare.* N. D. III. 27. *munifice et* large *dare.* Verr. I. 61. largissime *copia facta.*

LARGIFICUS. Orat. III. 39. *imbri largifico*, in versu Pacuvii.

LARGIRI. 1. Dare, donare. Off. III. 14. *sunt multi qui eripiant aliis, quod aliis* largiantur. Quint. 2. *Hortensius cui summam copiam facultatemque dicendi natura* largita *est.* 2. Concedere, *verwilligen.* Sen. 23. *si quis deus mihi* largiatur, *ut ex hac aetate repuerascam.* Fam. V. 12. *amori nostro plusculum etiam, quam concedit veritas*, largiare. 3. Gratiam alicuius rei facere, etwas erlassen. Orat I. 15. *duo illa relinquamus atque* largiamur *inertiae nostrae.*

LARGITAS. N. D. II. 62. *Terra foeta frugibus et vario leguminum genere, quae cum maxima* largitate *fundit.* Brut. 4. *ut impendiis etiam augere possimus* largitatem *tui muneris.*

LARGITIO. 1. Benignitas in donando. Off. II. 15. largitio *quae fit ex re familiari, fontem ipsum benignitatis exhaurit.* Ibid. *meminisse debemus, quod — iam in proverbii consuetudinem venit*, largitionem *fundum non habere.* 2. Inprimis de donatione quae fit ambitus aut corruptelae causa. Orat. II. 25. *de ambitu raro illud datur, ut possis liberalitatem ac benignitatem ab ambitu atque* largitione *seiungere.* Planc. 15. *tribum turpi* largitione *corrumpere.* 3 De donatione agrorum, quae fit lege agraria. Rull. II. 4. largitio *aliqua promulgata, quae verbis ostentari potest, re vera fieri nisi exhausto aerario nullo pacto potest.* 4. Concessio Muren. 20. *huius sors ea fuit, quam omnes tui necessarii tibi optabamus, iuris dicundi, in qua gloriam conciliat magnitudo negotii, gratiam aequitatis* largitio. Balb. 13. largitio *civitatis.*

LARGITOR Catil. IV. 5. *Lentulum* largitorem *et prodigum non putat — appellari posse popularem.* Off. I. 1 . *exsistunt in re publica plerumque* largitores *et factiosi, ut opes quam maximos consequantur.* Planc. 15. *cuiuscumque tribus* largitor *esset.*

LARGUS. 1. Qui multus est in donando. Off. II. 16. *duo sunt genera* largorum, *quorum alteri prodi-*

casio aliquid occultandi. Leg. III. 15. *suffragandi nimia libido in non bonis causis eripienda fuit potentibus, non* latebra *danda populo, in qua, bonis ignorantibus quid quisque sentiret, tabella vitiosum occultaret suffragium.* Fam. III. 12. ubi Appio gratulatur absolutionem de ambitu: *eo mirandum est magis ne in tabellae quidem* latebra *fuisse absconditam malivolentiam quae te impugnare auderet;* scil. quia omnibus iudicum sententiis absolutus erat. 4. De animo recondito. Marcell. *quum in animis hominum tantae* latebrae *sint, tanti recessus.* 5. De rerum obscuritate. Cael. 22. *possum omnes* latebras *suspicionum peragrare dicendo.*

LATEBROSUS. Sext. 59. *via* latebrosa, qua Atilius trib. pl. gladiatores spectans utebatur, quum sub tabulas subreperet, et subito emergeret, scil. qua simulac conspectus esset sibilis excipiebatur. Hanc *viam* vulgo *Attiliam* irridendi causa vocabant.

LATENTER. Top. 17. *quum nihil sine causa fiat, hoc ipsum est fortunae (so besteht eben darin, was man Gluck nennt): eventus obscura causa, quae* latenter *efficitur,* (scil. eventus); antea de causis quae non sint constantes dixerat: *aliae sunt perspicuae, aliae* latent — *latent quae subiectae sunt fortunae.*

LATER. Div. II. 47. *in* latere *aut caemento ex quibus urbs effecta est.*

LATERE. 1. De locis abditis et reconditis. Manil. 11. *Quis toto mari locus per hos annos aut tam firmum habuit praesidium, ut tutus esset* (a praedonibus) *aut tam fuit abditus ut* lateret? Rab. Perd. 7. *inclusum atque abditum* latere *in occulto.* Q. Fr. I. 1. *non* latere *in tenebris, neque esse abditum sed in oculis clarissimae provinciae esse positum.* 2. De rebus incognitis et obscuris. Catil. I. 6. *nihil agis — quod mihi* latere *valeat.* Orat. 71. *nihil inveni — firmius quod tenerem, — quam id quodcunque mihi quam simillimum veri videretur, quum ipsum illud verum in occulto* lateret. Cluent. 24. *omnia quae in diuturna obscuritate* latuerunt, *sic aperiam, ut ea cernere oculis videamini.* 3. De rebus quas aliquis in animo occultat. Planc. 14. *eum dolorem hic tulit paullo apertius; communis ille sensus in aliis fortasse* latuit. 4. De rebus quae vel verbis, vel praetextu quodam, vel simulatione teguntur. Rull. III. 3. *neque parvum sub hoc verbo* (POSSESSA) *furtum* latet. Caecin. 13. *Isne apud vos obtinebit causam suam qui*

se ita defenderit: „EIECI ego te armatis hominibus, non DEIICI;" *ut tantum facinus non in aequitate defensionis, sed in una litera* latuisse *videatur?* Fr. inc. *Insidiae quae* latent *in simulatione officii, aut in aliquo necessitudinis nomine.* Phil. XII. 7. *ausus sum dicere pacem — quoniam sub nomine pacis bellum* lateret, *repudiandam.* 3. Homines dicuntur *latere,* qui cupiunt iurisdictionem subterfugere, et adversario experiundi copiam non faciunt, aut vadimonium deserunt. Quint. 23. *quis est qui fraudationis causa* latuisse *dicat?* Vid. *Latitare.*

LATERNA. Att. IV. 3. *Clodii vestibulum vacuum sane mihi nuntiabatur. Pauci pannosi* (scil. aderant) linea *laterna.* Quidam legunt *sine laterna;* Graevius malebat *una laterna.*

LATERNARIUS. Pis. 9. Piso vocatur *Catilinae laternarius,* quod Catilinae quasi facem et laternam ad libidines praetulerit. In codd. nonnullis ut Erf. scribitur *Catilinae* lanternario.

LATESCERE. Arat. fr. *equus a capite et longa cervice* latescit.

LATIBULUM. 1. De animalibus. Rab. Post. 15. *hostem persequi tum quum etiam ferae* latibulis *se tegant.* Off. I. 4. *Generi animantium omni est a natura tributum ut — quae ad vivendum sint necessaria anquirat et paret, ut pastum, ut* latibula etc. 2. De hominibus. Att. XII. 14. *volo emere aliquod* latibulum, *perfugium doloris mei.* Vatin. 2. *repente te tamquam serpens* e latibulis *intulisti.* Flacc. 13. defendendi (mare adversus praedones) facilis est cautio non solum latibulis occultorum locorum (scil. quo naves se possint recipere) sed etiam tempestatum moderatione et conversione.

LATINAE, scil. feriae; vid. FERIAE. Planc. 9. *quibus e municipiis vix iam, qui carnem* Latinis *petant inveniuntur;* nempe sacrificio facto in monte Albano feriis Latinis caro caesarum hostiarum municipibus qui aderant, distribui solebat. Att. I. 3. iocose de Attici avia. *Aviam tuam desiderio tui scito mortuam esse et simul quod verita sit, ne* Latinae scil. mulieres *in officio non manerent, et in montem Albanum hostias non adducerent.* Hic Casaubonus putabat fuisse quum Cicero ista scriberet nonnullam suspicionem ne deficerent iterum populi Latini; quam subobscure istis verbis teti-

gerit. Gronovio videbatur anicula illa in postremis per errorem mentis ea de re verba habuisse. cf. Div. I. 11. Q. Fr. II. 4.

LATINE. 1. Brut. 37. *non tam praeclarum est scire* Latine, *quam turpe nescire.* Orat. III. 11. *ut* Latine *loquamur, non solum videndum est, ut et verba efferamus ea, quae nemo iure reprehendat; et ea sic et casibus et temporibus, et genere, et numero conservemus,* (sic vulgo, sed legendum opinor *conseramus*, h. e. *coniungamus*, s. *contexamus*) *ut ne quid perturbatum ac discrepans aut praeposterum sit, sed etiam lingua, et spiritus et vocis sonus est ipse moderandus.* 2. Interdum Latine dicere aut loqui est plane et aperte loqui nulla circuitione usum. Phil. VII 6. *gladiatorem appellavi, ut appellant ii, qui plane et* Latine *loquuntur.* Verr. IV. 1. *quum dico nihil istum eiusmodi rerum in tota provincia reliquisse,* Latine *me scito, non accusatorie loqui;* i. e. more accusatorum qui crimen solent exaggerare.

LATINITAS. 1. Sermo latinus. Her. IV. 12. Latinitas *est quae sermonem purum conservat ab omni vitio remotum. Vitia in sermone, quo minus is* Latinus *sit, duo possunt esse, soloecismus et Barbarismus.* Att. VII. 3. Caecilius non bonus auctor Latinitatis. 2. Att. XIV. 2. Latinitas est ius Latii, quod ex foedere cum Latinis ortum est, et est iure civitatis deterius, iure Italiae autem melius. Ex eo iure poterant Latini primo in comitiis, legum ferendarum caussa, si vocati essent a magistratu Romano, suffragium ferre, deinde cives Romani fieri, si in civitatibus suis magistratibus functi essent, atque ita civitate Romana accepta honores Romae petere. Vid. Sigon. Ant. I. Lat I. 4. et Spanhemii Orb. Rom. L. I. c. 8. Hotomann. ad Orat. pro Rab. Perd. 5. *Ern.*

LATIO. Dom. 26. *in ipsa* latione *scil.* legis. Att. III. 26. *legum* lationem *exspectare.*

LATITARE, de iis qui iudicium subterfugiunt, aut vadimonium deserunt. Quint. 23. *ego experiri non potui.* Latitavit, *procuratorem nullum reliquit.* Ibid. 17. *si* latitare *ac diutius ludificare videatur.* Cluent. 13. *extrahitur domo* latitans *Oppianicus.*

LATITUDO. 1. Sensu proprio. Ac. pr. II. 36. *lineamentum sine ulla* latitudine. N. D. I. 20. *in hac immensitate,* latitudinum, *longitudinum, altitudinum,*

tonius a tergo, a fronte, a lateribus tenebitur. Leg. II. 2. *Fibrenus — latera haec alluit.* 2. Dextra vel sinistra pars corporis. Cluent. 62. *ex equo cecidit et* latus *offendit vehementer.* Verr. V. 41. *eum vident sedentem ad* latus *praetoris.* Lael. 1. *ut quoad possem a senis* latere *numquam discederem.* Off. III. 9. *Equus aeneus in cuius* lateribus *fores essent.* 3. „ *Latus* vel *latera* in oratore sunt pulmones nostro modo loquendi. Nempe vires sic dicuntur, quarum defectus in latere sentitur ut a currentibus, cantantibus, dicentibus, potantibus, Venerem exercentibus, in quibus generibus omnibus latera pro viribus dicuntur. De potantibus est. Phil. II. 25. *Tu istis faucibus, istis* lateribus *— tantum vini — exhauseras, ut tibi necesse esset in conspectu populi Romani vomere postridie.* Orat. I. 2?. latera, vires. Sed hic Pearcius mallet, quod in Ms. Ioan. reperit reponere laterum *vires;* in Catone Mai vero c. 9. pro *laterum etiam et virium* legi, *laterum etiam virium*, ut exemplar unum vetustum habet, et ipsi Graevio placet. Frustra, nam paullo ante est etiam *lateribus et lacertis.* Fam. IV. 7. lacerti *et* vires. Sic iungitur etiam Verr. IV. 30. *quae vox! quae* latera! *quae vires huius unici criminis querimoniam possint sustinere.* Sic et Ovidius iunxit A. A. II. 673. latus *et vires operamque afferte puellis.* 4. Vatin. 5. per tuum latus *saucietur.*" *Ern.*

LATUS, adi. 1. De regionibus et locis. Verr. IV. 53. *via* lata. Ibid. 46. *insula Melita satis* lato *ab Sicilia mari periculosoque disiuncta.* Tusc. V. 20. *fossa* lata. 2. Metaphorice, copiosus. Orat. 27. latae *disputationes;* ubi male Gulielmus *laetae.* Fam. VI. 7. *scribendi genus non modo liberum, sed etiam incitatam atque latum:* ubi tamen Graevius bene reposuit *elatum.* Acad. pr. II. 12. *parva dicemus; non quo non* latus *locus sit; (eine reichhaltige Materie.)* 3. Ibid. 20. *rationes sequor* latiore *specie, non ad tenue elimatus* (h. e. *populariores, minus subtiles*). 4. In pronuntiando idem est vitium, quod et vastum dicitur (breite Aussprache). Orat. III. 12. *Cotta noster, cuius tu illa,* lata *Sulpici, nonnumquam imitaris, ut iota literam tollas et E plenissimum dicas, non mihi oratores antiquos sed messores videtur imitari.* 5. Diffusus. Partit 30. *haec quae primam contentionem habent ex arguendo et resistendo* lata *ut dixi, et diffusa sunt. Rationum et firmamen-*

torum contentio adducit in angustum disputationem. " Ern.

LAVARE. Orat. II. 60. *Cenabo, inquit, apud te huic lusco familiari meo C. Sextio.* — Illud egregium Sextii ei ex tempore: *Manus* lava *et cena.*

LAVATIO. Baneum Fam. IX. 5. *ante te certiorem faciam ut* lavatio *parata sit.* Oecon. I. *vasa quae ad* lavationem *pertinerent, exponebantur.*

LAUDABILIS. Her. III. 4. Laudabile *est quod conficit honestam et praesentem et consequentem commemorationem.* Ibid. laudabile *esse demonstrabimus, aut ab idoneis hominibus ut si qua res honestiori placeat, aut ab aliquibus sociis* etc. Off. I. 4. *honestum quod vere dicimus, etiamsi a nullo laudetur, natura esse* laudabile Parad. I. 3 *voluptas meliorem ne efficit aut* laudabiliorem *virum?*

LAUDABILITER. Tusc. V 5. *ad recte, honeste* laudabiliter *postremo ad bene vivendum satis est praesidii in virtute?*

LAUDARE. 1. Generatim. Leg. III. 1. *Tu vero eum* (Platonem) *nec nimis valde umquam, nec nimis saepe* laudaveris. *Nam hoc mihi etiam nostri illi* (Epicurei) *qui neminem nisi suum* (Epicurum) laudari *volent, concedunt, ut eum arbitratu meo diligam.* N. D. III. 36. *propter virtutem iure* laudamur. 2. Inprimis laudare dicuntur ii, qui publice aliquem laudant. Sic Sext. 34. Pompeius approbarit et *laudavit sententiam Cottae* in senatu. Sic *laudatur lex* ab aliquo lata; ut Cicero fecit oratione pro lege Manilia. Sic *laudatur mortuus* in exsequiis oratione funebri. Q Fr. III. 8. *Serrani domestici filii funus perluctuosum fuit.* Laudavit *pater scripto meo.* Sic (Muren. 36.) Q. Maximus Africanum *patruum* laudavit *supremo eius die.* Phil. IV 3. laudantur *exquisitissimis verbis legiones.* Ibid. 4. laudatur *provincia Gallia, meritoque ornatur verbis amplissimis a senatu.* Sic legati e provinciis magistratus provinciales dicuntur laudare; ut Mamertini Verrem. Verr. V. 22. 3. *Laudare* est aliquem honorifice nominare. Orat. III 18. *auctores certissimos* laudare *possum.* Brut. 11. *te rerum Romanarum auctorem* laudare *possum religiosissimum.*

LAUDATIO. 1. Belobung. Fam. XV. 6. *quem ego currum* (scil. triumphalem) *aut quam lauream* (imperatoriam) *cum tua* laudatione *conferrem.* 2. Cael,

lectissimos viros cum legatione ad hoc iudicium et cum gravissima atque ornatissima laudatione *miserunt.* Nempe laudatio est genus testimonii publici quod magistratibus provincialibus a civitatibus per legatos Romae tribuitur, quum rei de repetundis facti sunt, Font. 2. item ab aliis in aliis iudiciis. Fam. I. 9. In Verrinis harum laudationum creberrima mentio; (ut V. 22.) ex eoque loco patet numerum laudatorum legitimum denarium fuisse." *Ern.* Sic in causa Cluentii recitabatur *Laudatio Cluentii ex decurionum Larinatium decreto.* Cluent. 69. qua recitata Cicero haec addit: *Age vero vicinorum quantum studium — quanta cura est. Non illi in libellis* laudationum *decreta miserunt, sed homines honestissimos, quos nosscmus omnes huc frequentes adesse, et hunc praesentes laudare voluerunt.* 3. In arte Rhetorica laudationes sunt pars generis demonstrativi quod (Her. I. 2.) tribuitur in alicuius certae personae laudem vel vituperationem. Hic potissimum celebrantur laudationes s. conciones funebres. Orat. II. 84. Brut. 16. *nec habeo quemquam antiquiorem* (Catone) *cuius scripta proferenda putem, nisi quem — nonnullae mortuorum* laudationes *forte delectant. Et hercules hae quidem exstant; ipsae enim familiae sua quasi ornamenta ac monumenta servabant, et ad usum, si quis eiusdem generis occidisset, et ad memoriam laudum domesticarum, et ad illustrandam nobilitatem suam. Quamquam his* laudationibus *historia rerum nostrarum est facta mendosior. Multa enim scripta sunt in eis, quae facta non sunt; falsi triumphi, plures consulatus, genera etiam falsa* etc. Milon. 13. *cadaver* P. Clodii — *spoliatum imaginibus, exsequiis pompa,* laudatione. De eadem re ibid. c. 32.

LAUDATOR. 1. Qui aliquem aut aliquid laudat. Phil. VII. 3. *pacis* laudator. Sect. 10. *eos laudabat maxime, qui dicuntur praeter ceteros esse auctores et* laudatores *voluptatis.* Significantur Epicurei. 2. Inprimis laudatores dicuntur, qui legati mittuntur e provinciis et magistratus provinciales laudent. Vid. LAUDATIO. Eorum erat legitimus numerus denarius. Verr. V. 22. *in iudiciis qui decem* laudatores *dare non potest, honestius est ei nullum dare, quam illum quasi legitimum numerum consuetudinis non explere.* Verr. IV. 64. *nemo erat* (Syracusis) *voluntarius* laudator *praeturae tuae, defensor periculorum tuorum, praesertim quum*

in aliqua parte dicendi, in universa eloquentia laudem *non habet.*

LAUTE. Leg II. 1 villa lautius *aedificata.* Tusc. I. 1. *mores et instituta vitae, resque domesticas ac familiares nos profecto et melius tuemur et* lautius.

LAUTITIA, *das Wohlleben.* Fam. IX. 20. *In Epicuri nos adversarii nostri castra coniecimus; nec tamen ad hunc insolentiam; sed ad illam tuam* lautitiam, *veterem dico. quum in sumptum habebas.* Ibid. IX. 16. *ante meum adventum fama ad te de mea nova* lautitia *veniet.*

LAUTUMIAE, carcer Siciliae celeberrimus Verr. V. 27. 1. 5. Hanc scripturam verbi (quum nonnulli scribant LATUMIAE) defendit et confirmat Gronov. ad Liv. XXXVII. 3. De re vid. Dorvillii *iter Siculum* p. 181. T. 1. *Ern.*

LAUTUS, dicitur homo elegans et splendidus in victu, vestimentis, supellectile, item hae res ipsae elegantia et splendore insignes. Pis. 27. *nihil apud hunc* lautum, *nihil elegans.* Fam VII. 14. *valde iam* lautus *es.* Flacc. 29. *unis vestimentis tamdiu* lautus *es;* hoc dicitur cum irrisione, quia Decianus, quoties Romam veniebat, eodem vestimento utebatur, sed tamen ob purpuram Tyriam lauto. Att. XIII. 50. *libertis minus* lautis *servisque nihil defuit; nam* lautiores *eleganter accepti.* Fam. IX. 16 *cena magnifica et* lauta. 2. Amplus, copiosus Rab. Post. 14. *duo* lauta *et copiosa patrimonia.* 3. Metaphorice. Orat. I 36. *in oratoris instrumento tam lautam* supellectilem *non videram;* i. e. non putabam eum in philosophia, in historia, in antiquitate, in administratione reip. denique in iure civili versatum esse oportere. 4. Honestus, cum dignitate coniunctus. Off. II. 15 *duplex ratio liberalitatis. Nam aut opera benigne fit indigentibus, aut pecunia. Facilior est haec posterior locupleti praesertim; sed illa* lautior *ac splendidior et viro forti claroque dignior.*

LAUTUS, particip. Deiot. 7. *quid* causae *excogitari potest, cur te* lautum (h. e. post balneum) *voluerit, cenatum noluerit occidere.*

LAXAMENTUM. 1. *Erlaſs.* Cluent. 33 non modo causae, sed ne legi quidem quidquam per tribunos pleb. laxamenti datum. 2. Erleichterung. Fam. XII. 16. *nactus in navigatione nostra pusillum* laxamenti.

LECTIUNCULA. Fam. VII. 1. *nec dubito quin tu — per eos dies matutina tempora* lectiunculis *consumpseris.*

LECTOR. 1. Librorum. Fam. V. 12. *nihil est aptius ad delectationem* lectoris (libri historici) *quam temporum varietas et fortunae vicissitudines.* 2. In iudiciis erant lectores, quibus oratores leges, tabulas, decreta, si usus veniret recitanda dabant; cuius consuetudinis festivum exemplum est Orat. II. 55.

LECTULUS Fin. II. 30. *philosophi in suis* lectulis *plerumque moriuntur.* Att. XII. 14. de Q. Cicerone fratre: *a ducenda uxore sic abhorret, ut quidquam libero* lectulo *neget esse iucundius.*

LECTUS. 1. Catil. IV. 1. *ego sum ille consul cui — non domus, commune perfugium, non* lectus *ad quietem datus, non denique haec sedes honoris — vacua mortis periculo atque insidiis fuit.* Att. V. 16. *scito nos praeter quatuor* lectos *et tectum nihil accipere.* Div. II. 65. *quidam somniavit ovum pendere e fascia* lecti *sui cubicularis.* 2. Cluent. 14. lectus *ille* genialis *quam filiae nubenti straverat.* 3. Lectus tricliniaris. Verr. III. 44. *Memoria tenetis Artemidorum — publice dicere, Apronium — imperasse, ut in foro sibi medio* lecti *sternerentur.* Tusc. V. 21. *Dionysius collocari iussit hominem* (Damoclem) *in aureo* lecto, *strato pulcerrime textili stragulo, magnificis operibus picto.* Verr. III. 71. non quaero — *unde quinquaginta tricliniorum* lectos, *unde tot candelabra — habueris.* 4. Lecti funebres. Leg. II. 24. *credo quod erat factitatum, ut uni plura fierent* lectique *plures insternerentur;* ubi Goerenzius acute coniecit legendum esse: *ut uni plura* feretra *lectique plures insternerentur,* idque sic intelligit, ut imago mortui cerea pluribus in lectis exposita circumlataque sit, quo saepius corona promerita ostentaretur. Non enim, inquit, cadaver ipsum conspiciendum dabatur, sed hoc in lecto reconditum latebat; imago vero cerea super imposita cernebatur.

LECTUS. 1. Orat. 68. nihil est aliud — *pulcre et oratorie dicere nisi optimis sententiis verbisque lectissimis dicere.* Orat. III. 37. lectis *et illustribus verbis utendum.* 2. Epitheton feminarum. Inv. I. 31. *uxorem habere* lectissimam *maxime vis.* Att. X. 8. in epistola Antonii: *Tulliam tuam, feminam* lectissimam. 3. Item

virorum iuvenum. Caecil. 9. *Frater tuus* lectissimus *et ornatissimus adolescens.*

LEGARE. 1. *Legatum facere aliquem.* Att XV. 11. *Dolabella, me sibi* legavit Ibid. XIII. 6. *solitos esse maiores nostros* legare *in decemviris, qui essent imperatorum necessarii.* 2. Vocabulum testamentarium. Top. 4. legare *a filio*, h. e. ut filius heres solvat legatum. Ibid. 3. legare *a viro*, v. Hotom. Obs. I. 24. adv. ad Att. XIII. 46. *Ern.*

LEGATIO. Fam. XII. 21. legatione *libera legatus.* Flacc. 34. legationes liberas *sumere.* Att. II. 18. libera *legatio* voti causa datur. Ex quo loco intelligitur a *libera legatione* non differre *legationem votivam*, sed eius speciem esse. Att. XIV. 22. De libera legatione vid. Ind. Legg. in *lege Iulia de legationibus liberis.* 2. Id cuius causa legamur. Phil. IX. 1. *renuntiare* legationem, *h. e.* quid in legatione actum sit. 3. Fam. I. 4. *nisi* legationibus *perfectis*, h. e. nisi ante senatus decreverit quid legatis respondendum sit. *Ern.*

LEGATORIUS. Att. XV. 9. *redditae mihi literae fore Nonis Senatum, ut Brutus in Asia, Cassius in Sicilia frumentum eruendum et ad urbem mittendum curarent. O rem miseram! primum ullam ab istis* (scil. provinciam ab Antonio ceterisque Caesarianis accipere,) *deinde, si ullam, hanc* legatoriam *provinciam?* h. e. ut recte Graevius explicat, in quam non mittantur tanquam Proconsules sed tamquam legati ad frumentum emendum. Hoc confirmatur epist. 10. ubi de eadem re Cicero: *frumentum imponere? quae est alia Dionis legatio?* nempe Dionysius Dionem familiarem suum specie legationis in exsilium miserat. Itaque hanc frumenti curationem nihil aliud quam exsilium esse Cicero significat.

LEGATUS. 1. Nuntius publicus qui mandata ad senatum, vel regem, vel imperatorem defert. Leg. III. 8. *quid turpius, quam* legatus *sine mandatis, sine ullo reip. munere?* Orat. II. 37. *quum Athenienses ad senatum* legatos *de suis rebus maximis mitterent* 2. *Legati provinciales* sunt quos proconsules secum in provincias ducunt, quibus utuntur ad varia officia exsequenda. Ad utrumque genus pertinet locus Vatin. 15. qui sine auctoritate senatus Caesaris legatus in Galliis fuerat. *Ne hoc quidem senatui relinquebas, quod nemo umquam ademit, ut* legati *ex eius ordinis auctoritate legarentur?*

adeone tibi sordidum consilium publicum visum est? adeo afflictus senatus adeo misera et prostrata respublica, ut non nuntios pacis ac belli, non curatores, non interpretes, non bellici consilii auctores, non ministros muneris provincialis senatus more maiorum deligere posset? 3. Legati in exercitu, sunt proximi post summum exercitus ducem, eiusque saepe vicem gerebant. Mur. 9. *Murena fortissimo et sapientissimo viro, summo imperatori* legatus *L. Lucullo fuit, qua in legatione duxit exercitum, signa contulit, manus conseruit, magnas copias hostium fudit* etc. Fam. XV. 4. *quinque cohortes sine* legato, *sine tribuno militum, denique etiam sine centurione ullo apud Philomalum consederunt.*

LEGATUM. Att. VII. 3. *Hortensii* legata *cognovi*; h. e. legata quae Hortensio filio ex testamento patris Hortensii oratoris solvenda erant.

LEGATUS, particip. Top. 13. *quum hoc sumpseris pecuniam numeratam mulieri deberi, cui sit omne argentum* legatum.

LEGERE. 1. Lesen. Att. XII. 4. *non assequor, ut scribam, quod aequo animo* legas. Top. 1. *quum ego te — ut eos* (libros Aristotelis qui Topica inscribuntur) *per te ipse* legas — *hortatus essem.* Sen. 7. nec sepulcra (i. e. inscriptiones sepulcrorum) legens *vereor, quod aiunt, ne memoriam perdam; his enim ipsis* legendis *redeo in memoriam mortuorum.* 2. Recitare, vorlesen. Brut. 51. *Antimachus — quum convocatis auditoribus* legeret *eis magnum illud, quod novistis, volumen suum, et illum* legentem *omnes praeter Platonem reliquissent:* legam, inquit, *nihilo minus: Plato enim mihi unus instar est millium.* Att. XVI. 3. idem *σύνταγμα misi ad te retractatius — hoc tu — lege arcano convivis tuis, sed, si me amas hilaris et bene acceptis, ne in me stomachum erumpant, quum sint tibi irati.* Fam. VII. 1. *quod si tu per eos dies operam dedisti Protogeni tuo* (servo vel liberto anagnostae) *dummodo is tibi quidvis potius quam orationes meas* legerit, *nae tu haud paullo plus, quam quisquam nostrum delectationis habuisti.* 3. Deligere. Cael. 15. ubi Clodiae frater minimus cum sorore colloquens inducitur: *habes hortos ad Tiberim, et diligenter eo loco praeparasti, quo omnis iuventus natandi causa venit. Hinc licet conditiones* (i. e. amasios) *quotidie* legas. Mil. 8. *Pompeius* delegit (in iudicium) *e florentissimis ordinibus ipsa lumina — Respu-*

LEGULEIUS, qui legum quidem cognitione pollet, sed in harum formulis haeret, iisque saepe per calumniam (um zu schikaniren) abutitur. Orat. I. 55. *ita est tibi iurisconsultus ipse per se nihil, nisi* leguleius *quidam cautus et acutus, praeco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum.* Quintilian. Inst. or. XII. 3. quorum (scil. qui oratores et iurisperiti esse volunt) *alli se ad album* (Praetoris) *ac rubricas transtulerunt, et formularii, vel ut Cicero ait,* leguleii *quidam esse maluerunt.*

LEGUMEN. N. D. II. 62. *terra foeta frugibus et vario* leguminum *genere.*

LEMNISCATUS. Rosc. Am. 35. lemniscata *palma* proprie est, in qua maioris honoris causa *lemnisci* sunt. Sic apud Liv. XXXIII. 33. populus coronas lemniscosque iecit, maioris honoris causa, i. e. coronas lemniscatas. Nam lemnisci sunt vittae, quae sunt in honoribus deorum usitatae. Vid. Auson. ep. 20. In decreto Berenices urbis Africae est *στέφανος ἐλαΐνος καὶ λημνίσκος* maioris honoris causa coronae additus ap. Maffeum Antiq. Gall. p. 7. cf. Wesseling de Archont. Iudaeor. p. 18. et adde de hac re Serv. ad Virgil. Aen. V. 269. et Casaub. ad Sueton. Nep. 25. Hoc loco autem (ubi Cicero ait Roscii Capitonis *multas esse infames palmas, hanc primam esse tamen* lemniscatam *quae Romae deferatur, nullum modum esse hominis occidendi, quo ille non aliquot occiderit;*) *palma lemniscata* est caedes immanissima. Palmae dabantur gladiatoribus ob victoriam, h. e. ob interfectum eum, quorum comparati erant. *Ern.*

LENA. N. D. I. 27. *blanda conciliatrix et quasi sui* lena *natura* (*wie die Natur mit so sanften Reizen anzieht und gleichsam mit sich selbst buhlt*). Sic libenter utitur eo verbo Ovidius ut A. A. III. 316. 752. *Ern.*

LENIRE. 1. Mitigare. N. D. I. 9. *ita multa sunt incommoda in vita, ut ea sapientes commodorum compensatione* leniant. Fam. V. 3. *hominis importunissimi contumeliae tuis erga me officiis* leniuntur. 2. De affectibus, qui placantur. Fam XV. 21. *omnes desiderium literis mittendis accipiendisque* leniam. Phil. I. 15. *ut populus Romanus desiderium liberatoris sui* (Bruti) *perpetuo plausu et clamore* leniret. Q. Fr. I. 1 *perfice ut laetitia provinciae* desiderium *nostrum leniatur.* Fin. I. 14. *ne temperantiam quidem propter se expetendam esse*

dicemus, sed quia pacem animis afferat, et eos quasi concordia quadam placet a leniat. Att. XII 17. me (i. e. luctum meum) *scriptio et literae non* leniunt *sed obturbant.*

LENIS. 1. De vi rerum corporearum. Att. VII. 7. auster lenissimus et mitis. 2. De animo miti. Rosc. Am. *Romani quondam in hoste*, lenissimi *et mitissimi.* Fam. V. 2. lenis *a te et facilis* (*mild und nachgiebig*) *existimari debeo, qui nihil tecum de his ipsis rebus expostulem.* 3. De oratione haud vehementi. Orat. II. 13. *tractus orationis* lenis *et aequabilis.* Orat. II. 43. *non semper fortis oratio quaeritur, sed saepe placida, summissa*, lenis *quae maxime commendat reos.* Ibid. 14. *Xenophon* — leniore *quodam sono est usus* (in historia) *et qui illum impetum oratoris non habeat, vehemens fortasse minus sed aliquanto — dulcior*

LENITAS. 1. De animo miti. Partit. 22. Lenitas *est iustitia in moderatione animadvertendi.* Ibid. lenitatem *mollitia animi imitatur.* Catil. II. 3. *non est iam* lenitati *locus, severitatem res ipsa desiderat.* Sull. 6. *qua mollitia sum animi ac* lenitate. 2. De oratione. Orat. I. 60. *neque minus haec tua gravissimi sermonis* lenitas *quam illa summa vis et contentio probatur.* Ibid. II. 15. *genus orationis fusum atque tractum et cum* lenitate *quadam aequabili profluens.* 3. De voce. Orat. II. 43. lenitas *vocis.*

LENITER. Fam. V. 2. lenissime *sentire.* Somn. 2. leniter *arridere.* Off. I. 37. *imitatio presse loquentium et* leniter. Orat. I. 60. *multo dicis remissius et* lenius *quam solebas.* Cael. 11. *verebar ne illa subtiliter ad criminandum inducta oratio ad animos vestros sensim ac* leniter *accederet.*

LENITUDO. Tusc. V. 16. *ea quae Euryclea laudat Ulyssi pedes abluens* „lenitudo *orationis mollitudo corporis.*" Versus e Pacuvii Niptris. Verr. IV. 61 *verebar ne mulierum nobilium et formosarum gratia, quarum iste* (Verres) *arbitrio praeturam per triennium gesserat, virorumque quibus cum illae nuptae erant, nimia in istum non modo* lenitudine *sed etiam liberalitate oppugnares.* Sed h. l. Graevius rectius legit *lenitudine.*

LENO, minister libidinis p. Red. in Sen. 3. Sext. 11. leno *impurissimus.* (Gabinius) Rosc. Com. 7. *impurissimus et periurissimus* leno.

LE.

LENOCINIUM. 1. p. Red. in Sen. 5. *egestatem et luxuriam domestico* lenocinio *sustentavit* — scil. Gabinius, i. e. aliorum libidinibus copiam faciendo. Muren. 35. *utrum* lenocinium *a grege delicatae iuventutis — petebas*, h. e. praemium pro studio iuvenum libidinibus inserviendi. 2. Illecebrae (Reize). Sext. 66. *qui se vitiorum illecebris et cupiditatum* lenociniis *dediderunt.* N. D. II. 58. *narium et gustandi pariter et tangendi magna iudicia sunt, ad quos sensus capiendos et perfruendos plures etiam quam vellem artes repertae sunt. Perspicuum est enim quo compositiones unguentorum, quo ciborum conditiones, quo corporum lenocinia processerint.* Hic *corporum* lenocinia sunt in rebus quae tactum molliter et suaviter afficiunt, hominesque proniores in Venerem reddunt.

LENOCINARI. 1. Anreizen. Acad. fr. *nullo prorsus commodo extrinsecus posito et quasi* lenocinante *mercede.* 2. *Obsequi.* Caecil. 15. de accusatore: *tibi* lenocinabitur.

LENTE. 1. Diu. Att. II. 1. *librum tibi ego non ausus essem mittere, nisi eum* lente *et fastidiose* (*nach langsamer und strenger Prüfung*) *probavissem.* 2. De disputatione nimis subtili nec satis exemplis illustrata. Parad. I. 2. *sed haec videri possunt obscuriora* quum lentius (*in trockner Allgemeinheit*) *disputantur Vita atque factis illustranda sunt summorum virorum haec, quae verbis* subtilius *quam* satis *est disputantur.* 3 Placide. Att. II. 13. lente *ferre aliquid* 1. Orat. II. 71. lente *respondere*, est ita respondere alicui vociferanti, ut te nihil eius querelis affectum ostendas; *ganz ruhig und phlegmatisch antworten.* Fr. Hortens. ap. Non. Crassum *qui* lentius *dicere solebat;* voce non nimis contenta.

LENTISCUS, graece σχῖνος. (Pistacia lentiscus Linn. Mastixbaum) Divin. I. 9. lentiscus *triplici solita grandescere fetu ter fruges fundens tria tempora monstrat arandi.* Versus a Cicerone ex Arato translati, quos laudat etiam Plinius H. N. lib. XVIII. Ceterum de re ipsa conf. Salmas. homonym. Hyl. intr. cap 8.

LENTITUDO. Tusc. VI 19. *Stoici quam nos* lenitatem *appellamus, vitioso* lentitudinis *nomine appellant.* Q. Fr. I. 1, 11. *te illud admoneo — resistendum esse iracundiae, quumque ea maxime animum moveat, tum tibi esse diligentissime linguam continendam, quae*

quidem mihi virtus non interdum minor videtur quam omnino non irasci. Nam illud non solum est gravitatis (*Würde aus Grundsätzen*), *sed nonnumquam etiam* lentitudinis; (*phlegmatische Unempfindlichkeit*). Sic Verr. IV. 61. *virorum nimia in istum* (adulterum) lentitudo. „Omnino *lentitudo* dicitur fere in malam partem, quia est signum stuporis. Vide Burm. ad Ovid. Hist II. 514. Drakenborch. ad Liv. XLII. 14. Graev. ad Verr. IV. 61. qui recte monet lentitudinem dici de iis qui ferunt quae ferenda non sunt, in primis, qui uxorum licentiam non castigant, sed aequiore, quam decet, animo tolerant.“ *Ern.*

LENTULITAS. Fam. III. 7. ut Appietas iocose dicitur pro *Lentulorum* et *Appiorum* nobilitate.

LENTULUS. Att. X. 11. *an existimas illum in isto genere* (ubi de solutione debitae pecuniae agitur) lentulum (*i. e.* tardum) *aut restrictum?*

LENTUS. 1. Tardus. Catil. II. 10. *hos ego non tam milites acres, quam insidiatores lentos esse arbitror.* Att. I. 10. Teucris illa lentum *negotium;* scil. pecuniam se mutuam daturam pollicita, identidem vero tergiversans. 2. Stupidus (unempfindlich, phlegmatisch). Att. I. 18. *nihil est illo* lentius; de eo qui non movebatur contumeliis. Orat II. 69. *Genus ridiculi patientis ac* lenti, *ut quum Cato percussus esset ab eo qui arcam ferebat, quum ille diceret: Cave!* (*Vorgesehn!*) *rogavit, numquid aliud ferret praeter arcam.* 3. Sensu bono de eo qui festinando non peccat. Fragm. inc. *quod iudicis* lenti *et considerati est proprium.*

LEPIDE, festive, artig. Orat. III. 43. Lepide *in soceri mei* (Scaevolae) *persona lusit* (Albucium) — *Lucilius; quam* lepide *lexeis compostae* etc. cf. Orat 44.

LEPIDUS. Cat. 11. *puer* lepidus *ac delicatus.* Her. IV. 23. *quae sunt ampla et pulchra diu placere possunt, quae* lepida et concinna (*von allzugesuchter Niedlichkeit und Zierlichkeit*) *cito satietate afficiunt aurium sensum* fastidiosissimum.

LEPOR s. LEPOS. Orat. I. 5. lepos *quidam facetiaeque et eruditio libero digna.* Brut. 79. *erat cum gravitate iunctus facetiarum et urbanitatis oratorius, non scurrilis*, lepos. Orat. 27. *est quoddam insigne et florens orationis, pictum et expolitum genus, in quo omnes verborum, omnes sententiarum illigantur* lepores Verr. V. 54. *homo affluens omni* lepore *ac venustate*

Her. IV. 23. lepos *et festivitas orationis.* Tusc. V. 19. *in quo* (C. Caesare L. F.) *mihi videtur fuisse specimen humanitatis, salis, suavitatis,* leporis.

LEPUS. Arat. fr. *levipes* lepus

LEPUSCULUS. Verr. IV. 21. *Cibyratici canes; qui investigabant et perscrutabantur omnia. Si quod erat grande vas et maius opus inventum, laeti afferebant. Si minus eiusmodi quippiam venari potuerant, illa quidem certe pro* lepusculis *capiebantur, patellae, paterae, turibula.* Facete, quum homines, per quos Verres provinciam expilabat, canes appellasset, pergit in comparatione cum canibus venaticis, qui si non potuerint aprum, aut cervum venari, certe lepusculos afferunt.

LESSUS. Leg. II. 23. In XII tabulis lex erat: *mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento. Hoc,* inquit Cicero, *veteres interpretes Sex. Aelius, L. Acilius, non satis se intelligere dixerunt, sed suspicari vestimenti aliquod genus funebris; L. Aelius* lessum, *quasi lugubrem eiulationem, ut vox ipsa significat; quod eo magis iudico verum esse, quia lex Solonis id ipsum vetat.*

LETUM. 1. Mors. Div. I. 26. *C. Gracchus dixit — sibi in somnis quaesturam petenti Ti. fratrem visum esse dicere, quam vellet, cunctaretur, tamen eodem sibi* leto *quo ipse, interisset esse pereundum.* 2. Interitus. Att. X. 12. *vide quam turpi* leto *pereamus;* de interitu reip.

LEVAMEN. Att. XII. 17. *si esset aliquod* levamen, *id esset in te uno.*

LEVAMENTUM. Att. XII. 42. *scio illam rem tibi fore* levamento. Fin. V. 19. levamentum *miseriarum.*

LEVARE. 1. Minuere. Acad. pr. II 22 *inconstantia* levatur *auctoritas.* Quint. 16. *rei atrocitas necessitudinis nomine* levaretur. 2 Levius aliquid facio, ut labores, molestias, aegritudinem. Orat. I. 6. *volucres videmus —* levandi *laboris sui causa passim ac libere volitare.* Phil. IX. 5. *cuius* (Sulpicii filii) *luctus aut hoc honore vestro, aut nullo solatio* levari *potest* 3. De hominibus quorum luctus incommoda, aes alienum imminuitur. Att. XI. 8. *nonnihil me* levant *literae tuae.* Ibid. IX 6. *epistola tua me aegritudine* levavit. Att. VI. 2. *liberare aut* levare *aere alieno.* Att. V. 15. levantur *miserae civitates, quod nullus fit sumptus in nos,*

neque in legatos nostros. 4. Liberare. Verr. V. 6. *haec facta sunt ut homines populares aut nobiles supplicio aut exsilio* levarentur. 5. Erigere, roborare. Sen. 11. *corpora defatigatione et exercitatione ingravescunt; animi autem exercitatione* levantur.

LEVATIO. Tusc. I. 49. *agamus haec et ea potissimum, quae* levationem *habeant aegritudinum, formidinum, cupiditatum.* Fin. IV. 24. levatio *vitiorum magna fit iis, qui habent ad virtutem progressionis aliquantum. Vestri autem progressionem ad virtutem fieri aiunt,* levationem *vitiorum fieri negant.*

LEVIDENSIS. Fam. IX. 12. *oratiunculam pro Deiotaro — tibi misi; quam velim sic legas ut causam tenuem et inopem, nec scriptione magno opere dignam. Sed ego hospiti veteri et amico munusculum mittere volui* levidense, *crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse munera.* Recte Graevius ad h. l.: levidense munus est non valde excultum et pretiosum, quales solent esse vestes levidenses crassioris fili. Isidor. Orig. XIX. 22. Levidensis *vestis dicitur quod raro filo fit, leviterque densata.* Pavitensis *contraria* levidensi *dicta, quod graviter pressa atque densata sit.*

LEVICULUS, *ziemlich eitel.* Tusc. V. 36. Leviculus *sane noster Demosthenes qui illo susurro delectari se aiebat aquam ferentis mulierculae — insusurrantisque alteri: Hic est ille Demosthenes. Quid hoc* levius?

LEVIPES, de lepore. Arat. fr.

LEVIS. 1. De onere non gravi. Div. II. 10. levis *armatura.* 2. Res parvi momenti, tenuis. Rosc. Com. 3. *quod apud omnes* leve *et infirmum est.* Planc. 26. *non modo confiteor summa in Laterense ornamenta esse, sed te etiam reprehendo, quod ea non enumeres, alia quaedam inania et* levia *conquiras.* 3. De hominibus tenui auctoritate praeditis. Rull. II. 17. *grave est nomen imperii atque id etiam in* levi *persona extimescitur.* 4. Contemtus. Rosc. Com. 5. *cui* levissima *pecunia semper fuit.* 5. Homo incertae fidei. Lael. 25. *vitium —* levium *hominum atque fallacium, ad voluntatem loquentium omnia, nihil ad veritatem.* 6. Negligens officii Cluent. 28. leves *ac nummarii iudices.* Att. IV. 16. *consules qui illud* levi *brachio egissent.*

LEVITAS. 1. Inconstantia. Phil. VII. 3. *quid* est inconstantia, *mobilitate,* levitate *turpius.* Ac. pr.

II. 38. levitas *temere assentientium.* Brut. 27. Carbo *propter perpetuam in populari ratione* levitatem, *morte voluntaria se a severitate iudicum vindicavit.* 2. Futilitas, vanitas. N. D. II. 28. *haec et dicuntur et creduntur stultissime et plena sunt futilitatis summaeque* levitatis Div. I. 58. *ego — levitate, vanitate, malitia exclusa, divinationem probo.* Tusc. I. 39. 40. *pellantur ergo istae ineptiae paene aniles, ante tempus mori, miserum esse. — Contemnamus igitur omnes ineptias, quod enim levius huic* levitati *nomen imponam.* N. D. II. 17. *opinionis* levitas. 3. Tribuitur animo non satis firmo ab affectibus. Off. I. 26. *ut adversas res, sic secundas immoderate ferre* levitatis *est.* 4. Item negligentiae in officio servando. Caecil. 3. levitas *iudiciorum.* 5. N. D. II. 29. levitates *comicae, (Leichtfertigkeiten, wie sie in Komödien vorkommen)* ut amatorum iuvenum, patres fallentium etc. Fin. I. 18. *amatoriae* levitates.

LEVITER. N. D. II. 57. *Genae oculis subiectae* leviterque *eminentes.* Div. I. 17. *bacillum incurvum et* leviter *a summo inflexum.* Off. I. 24. *medici* leviter *aegrotantes leniter curant.* Att. VII. 17. *quum* leviter *lippirem.* Inv. II. 51. leviter *saucius.* Att. I. 40. leviter *dissidere inter se.*

LEX. Leg. I. 6. *Eam rem* scil. legem *Graeco putant nomine a suum cuique tribuendo appellatam* (scil. νόμος a νέμω); *ego nostro a* legendo (i. e. a deligendo). *Nam ut illi aequitatis, sic nos delectus vim in* lege *ponimus et proprium tamen utrumque* legis *est.* At nihil certius, quam legis vocabulum a Graeco λέγειν, λέξις derivatum esse, et proprie significare aliquid quod dicitur s. edicitur. Itaque lex, ut iam Ernestius monuit, proprie nihil aliud est nisi formula quaedam verborum. Sic Orat. I. 58. *leges Manilianae venalium vendendorum* nihil aliud sunt nisi formulae a ICto conceptae, quibus uti in emendis vendendisque rebus liceret; et Verr. I. 51. 55. *lex censoria*, est formula locationis, ex qua manceps s. redemptor aedis exstruere et tradere aedem debebat. Orat. I. 39. lex *mancipii est* formula venditionis. Inprimis autem lex dicitur, i. q. νόμος, ein Gesetz, qua aliquod iubetur vel vetatur et quidem 1. *lex naturalis* s. divina. N. D. I. 14. *Zeno naturalem legem divinam esse censet, eamque vim obtinere recta imperantem, prohibentemque contraria.* Legg. I. 6. *Lex est ratio summa insita in natura, quae iubet ea,*

quae facienda sunt, prohibetque contraria. Ibid. Lex *est naturae vis, — ea iuris atque iniuriae regula.* Phil. XI 12. lex *est nihil aliud, nisi recta et a numine deorum tracta ratio.* De lege naturali praeclare dicitur Milon 4. *est haec non scripta, sed nata* lex, *quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus, ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus.* 2. Deinde sunt leges humanae (positive Gesetze) quae dantur a regibus vel aliis iustis magistratibus, vel ab universo populo. Leg II 5. Lex *est iustorum iniustorumque distinctio ad illum antiquissimam et rerum omnium principem expressa naturam, ad quam* leges *hominum diriguntur, quae supplicio improbos afficiunt, defendunt ac tuentur bonos* Legg III. 1. *ut magistratibus* leges *ita populo praesunt magistratus; vereque dici potest, magistratum* legem *esse loquentem.* legem *autem mutum magistratum* Ibid. I. 6. *quoniam in populari ratione omnis nostra versatur oratio, populariter interdum loqui necesse erit et eam* legem, *quae scripto sancit, quod vult, aut iubendo aut vetando, ut vulgus appellare.* Hae igitur *leges* in re publica Romana *rogari* aut *ferri (vorgeschlagen werden)* dicuntur, quum populo penes quem est potestas leges iubendi proponuntur, ut eas suffragiis suis vel approbet s. *iubeat*, vel reiiciat s. *antiquet.* Eaedem dicuntur *promulgari*, quum ante comitia scriptae proponuntur in tabula, ut cives eas cognoscere possint. *Perferri* autem lex dicitur, quum populus in comitiis eam sciscit vel omnibus vel certe plurimis suffragiis. Sext. 25. *recordamini — legum multitudinem quum earum quae latae sunt, tum vero quae promulgatae fuerunt. Nam latae quidem sunt consulibus illis, tacentibus dicam? immo vero approbantibus etiam. Hoc loco leges latae* non sunt, ut Ernestio visum, i. q. *perlatae;* sed potius *latae ad populum*, quae scil. perferrentur. Cornel. I. fr. *Legem de libertinorum suffragiis Cornelius cum Manilio* dedit. *Quid est hoc* DEDIT? *An* tulit, *an* rogavit, *an hortatus est? Nam* tulisse *ridiculum est, quasi legem aliquam aut ad scribendum difficilem aut ad excogitandum reconditam, quae* lex *paucis his annis non modo scripta, sed etiam* lata *esset.* Hic discernuntur omnes fere gradus quibus ad leges perferendas ascendebatur. Nimirum 1. lex excogitatur. 2. *scribitur*, ut in tabula *promulgari* possit, et *ferri (vor-*

geschlagen werden). 3. Tum existit orator, qui eam legem hortetur, sive suadeat aut commendet. Et denique *rogatur* (*wird dem Volke angetragen*) quod fit in comitiis. Populus dicitur *legem*, quae rogatur *accipere*, quum eam sciscit et sancit. Off. III. 30. *C. Mancinus, qui ut Numantinis, quibuscum sine senatus auctoritate foedus fecerat, dederetur, rogationem* suasit *eam, quam L. Furius et S. Atilius ex SCto ferebant, qua* accepta *est hostibus deditus.* Leges perlatae et a populo sancitae in aes incidebantur. Div. II. 21. *aera* legum *de caelo tacta.* Catil. III. 8. *legum* aera (*fulminis ictu*) *liquefacta.* Phil. III. 12. Antonio exprobratur, *quod falsas leges C. Caesaris nomine et falsa decreta* in aes incidenda *et in Capitolio figenda curaverit.* Leg. II. 5. *omnem* legem, *quae quidem recte* lex *appellari possit esse laudabilem, quibusdam talibus argumentis docent. Constat profecto ad salutem civium, civitatumque incolumitatem, vitamque hominum quietam et beatam inventus esse* leges, *eosque qui primum huiusmodi scita sanxerint, populis ostendisse, ea se scripturos atque laturos, quibus illi adscitis susceptisque honeste beateque viverent, quaeque ita composita sanctaque essent, eas* leges *videlicet nominarunt. Ex quo intelligi par est, eos, qui perniciosa et iniusta iussa populis descripserint — quidvis potius tulisse quam* leges. 3. Lex nonnumquam ad singulos homines vel ad singulas res, quae decernuntur pertiner, ubi Germanice non dicitur *Gesetz* sed potius *Verordnung, Beschlufs.* Sic lex Manilia de Pompeio belli duce adversus Mithridatem constituendo. 4. Leges etiam dicuntur, quas homines privati sibi praescribunt. Off. II. 11. *Latronum* leges *esse dicuntur, quibus pareant.* Muren. 3. lex *accusatoria* est consuetudo accusatorum. 5. Praecepta artium et disciplinarum. Leg. I. 2. *alias in historia* leges *observandas esse, alias in poemate.* Orat. 58 *versibus certa quaedam et definita* lex *est, quam sequi sit necesse.* Lael. 12. *Haec prima* lex *in amicitia sanciatur, ut neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati.* 6. Conditio. Fam. V. 16. *homines ea* lege *natos esse, ut omnibus telis fortunae proposita sit vita nostra.*

LEXIS, verbum. Orat. III. 43. *quam lepide* lexeis *compostae*, versus Lucilianus.

LIBAMENTUM. Leg. II. 12. *sacrificiorum* libamenta.

LIBARE. Decerpere. Div. I. 29. *e natura deorum* liba os *animos habemus.*

LIBATIO. Harusp. 10. libationes *epulaeque ludorum;* sacrificia, in quibus vinum defundebatur.

LIBELLA. Att VII. 2. *Curius fecit heredem te ex* libella, *me ex teruncio.* Ad h. l. Gronovius de pec. vetere lib II. c. 1. p. 120. ita disserit: „Manutius haec sic interpretatur: fecit te heredem omnium bonorum; nam *libellae* nomine significatur *as,* sive omnis hereditas. Unde igitur Ciceroni *teruncium,* si assem habet Atticus? Hoc ita eludit, ut dicat scriptum fuisse in testamento, ut Atticus ex asse heres, quadrantem Ciceroni restitueret. Sed hoc ferri non potest, neque ex eiusmodi institutione is sensus elici. Si recte haberent cetera, eo referendum esset, quod testatores interdum in divisione assem excedebant; de quo Iustinianus T. VII. Inst. de hered. instit. et eodem titulo leges XIII. 4. XLVIII. 1. in Digestis. Qua ratione Ciceroni e quindecim unciis vel partibus tres, non vero e duodecim evenirent. Quae quindecim si reducuntur ad duodecim Atticus novem partes et tres quintas unius ($9\frac{3}{5}$) Cicero duas partes et duas quintas unius ($2\frac{2}{5}$) haberet, hoc est ille dodrantem semunciam septem scriptula paullo minus, hic sextantem quinque scriptula paullo amplius. Sed maius incommodum huius explicationis, quod *libellam* pro *asse*, teruncium pro quadrante ponit, qua notione iam ante duo secula usurpari ea vocabula desierant. Popma profert coniecturam alteram: fecit heredem te *ex libella* sive sestertii decima parte, me *ex teruncio,* parte sestertii tricesima, (quadragesimam voluit dicere) ea est minima pecuniola, e qua heredem nemo instituit. Accepit pro testamento ridiculo, quo totus as esset sestertius, opinor. Alioqui non diceret ex tantulis partibus heredes nullos institui. Sed *ex libella* est ex quatuor unciis, tribus sicilicis, scriptulo; *ex teruncio* est ex uncia et quinque scriptulis; quae partes quia non exhauriunt totum assem, in elligendum ex reliquis partibus alios scriptos, quos nominare non fuit operae Ciceroni. Nec mirari debemus ex tantillis partibus heredes scribi. Cicero lib. XIII. ad Att. ep. 48. *Mortuus est Babullius, Caesar, opinor ex uncia; etsi nihil adhuc; sed Lepta ex triente.* Ubi similiter tacitos transmittit ex aliis partibus heredes. Pro Caecina: *Facit haec heredem ex deunce et semuncia Lucinium; ex duabus*

sextulis M Fulcinium; Aebutio sextulam aspergit. Sic hoc ipso libro epist. 8. Dolabella cum duobus aliis heres est ex triente, id est paullo plus uncia." Hactenus Gronovius 1. Saepenumero *libella* ponitur pro minima pecuniola. Verr. II, 10. *quis Volcatio si sua sponte venisset, unam* libellam *dedisset?* Rosc Com 4. quid est in iudicio? — SI PARET HS 1000 DARI OPORTERE. *Hic nisi planum facit* HS 1000 ad libellam *sibi deberi, causam perdit.*

LIBELLUS. 1. *Parvus liber.* Hortens. fr. *malo vel unum parvum de officio* libellum *quam longam orationem pro seditioso homine Cornelio* Orat. I. 21. *scripsi — quodam in* libello, *qui me imprudente et invito excidit et pervenit in manus hominum disertos me cognosse nonnullos, eloquentem adhuc neminem.* 2. *Supplex libellus* (*eine Bittschrift*) Arch. 10. *Sullam in concione vidimus, quum ei* libellum *malus poeta de populo subiecisset, quod epigramma in eum fecisset, tantummodo alternis versibus longiusculis, statim ex iis rebus, quas tunc vendebat, iubere ei praemium tribui sub ea conditione, ne quid postea scriberet.* 3. *Commentarius publicus,* Denkschrift, Memorial. Cluent. 69. *non illi in* libellis *laudationum decreta miserunt.* 3. Commentariolus in quo aliquis memoriae causa varia scribit. Phil. I. 7. *in commentariolis et chirographis et* libellis. Ibid. 8. *si quid memoriae causa retulit in* libellum. 5. *Programma s. tabula qua auctio bonorum alicuius futura indicitur.* Quint. 15. *de quo* libelli *in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem certe tacite et obscure conceditur.* Ibid. 27. Libellos *Sex. Alphenus procurator Quintii deiicit;* nempe Sex. Naevius iusserat bona Quintii proscribi, et de ea re libellos proposuerat. Sed quum hoc per iniuriam factum esset *libellos* (ut dicitur c. 19.) *deiecit Sex. Alphenus; qui primus erat officii gradus, servatus est a procuratore summa cum diligentia.* 6. *Epistola quae ad aliquem mittitur, in qua ei negotium aliquod commendatur.* Att. VI. 1. libellum *ipsius* (Bruti) *habeo* (*ich habe ein Promemoria von ihm*) *in quo est: Salaminii pecuniam debent M. Scaptio et P. Matinio familiaribus meis, eos mihi commendat, ascribit etiam* etc. Omnino breviores epistolae, quae non complicabantur dicuntur *libelli.* Sic Fam. XI. 11. *in itinere est Antonius — ne de Planco quidem spem adhuc abiecit, ut ex* libellis *suis ani-*

madverti; qui in me inciderunt. 7. *Libelli gladiatorum.* Phil. II. 38. *quid de commentariis infinitis — loquar? quorum etiam imitatores sunt, qui ea tamquam* gladiatorum libellos *palam venditent.* Lipsius Saturnal. II. c. 18 ante pugnam, inquit, gladiatorum moris erat, ut editor libellos proponeret, in quibus dies futuri muneris item nomina et paria gladiatorum; scilicet alliciendae plebi, et commovendae exspectationi. Nec placet h. l. Ciceronis referri ad libellos, in quibus lanistarum dictata. Potius ad libellos indices ludorum, quos vendebant, describebantque palam, ut in provincias mitterent ad amicos absentes.“

LIBENS. Harusp. 5. *non modo patienti sed etiam* libenti *animo religioni parebo.* Att. IV. 2. *porticum redemptores statim sunt demoliti* libentissimis *omnibus.* Att. I. 17 *frequentissimo et* libentissimo *senatu uti.*

LIBENTER. Caecil. 12. *perficiendum est, si quid agere aut perficere vis, ut homines te non solum audiant, sed etiam* libenter *studioseque audiant.* Epp. fragm. *cui ego* libentissime *commodabo.*

LIBER. 1. Sensu politico opponitur servo. N. D. III. 18. *in iure civili, qui est matre libera,* liber *est.* Caecin. 33. *qui potest iure Quiritium* liber *esse, qui in numero Quiritium non est.* Top. 10. (Servus) *si neque censu, neque vindicta, neque testamento* liber *factus est, non est* liber quae verba sic interpretatur Boëthius ad h. l. „*Faciendi liberi tres sunt partes. Una quidem ut censu* liber *fiat; censebantur enim antiquitus soli cives Romani. Si qui, ergo consentiente vel iubente domino, nomen detulisset in censum, civis Romanus fiebat, et servitutis vinculo solvebatur. Atque hoc erat censu effici* liberum, *per domini consensum nomen in censum deferre, et fieri civem Romanum. Erat etiam pars altera adipiscendae libertatis, quae* vindicta *vocabatur.* Vindicta *vero est virgula quaedam, quam Praetor manumittendi servi capiti imponens, eundem servum in libertatem vindicabat dicens, quaedam verba solennia, atque ideo virgula illa vindicta vocabatur. Illa etiam pars faciendi liberi est, si quis suprema voluntate in testamenti serie servum suum liberum scripserit.* 2. Sensu philosophico, liber dicitur, qui non est obnoxius cupiditatibus, vitiis, aut stultitiae. Parad. V. 1. *dictum est igitur ab eruditissimis viris, nisi sapientem,* liberum *esse neminem.* 3. *Liber* est qui non alte-

rius dominationi subiectus. Parad. V. 2. *an ille mihi* liber, *cui mulier imperat? cui leges imponit, praescribit, iubet, vetat, quod videtur? qui nihil imperanti negare potest, nihil recusare audet?* 4. Libera *civitas* et liber *populus* dicitur, qui non est regiae dominationi subiectus. Orat. II. 8. *usus dicendi in omni pacata et libera civitate dominatur.* 5. *Liberae legationes* appellantur, quum senatoribus extra Italiam privatim, voti aut hereditatis aut aliorum negotiorum causa proficiscentibus maioris dignitatis aut securitatis causa nomen legati populi Romani datur, nullo tamen cum mandato publico. De hoc genere legationis loquitur Cicero, Leg. III. 8. qui consul illud approbante senatu frequentissimo nisi levissimus tribunus plebis tum intercessisset, sustulisset. Tamen minuit tempus et quod erat infinitum annuum fecit. *Libera legatio* potuit sic nominari, quod esset omni reip. munere libera. Sunt qui ita nominatam putent, quod esset in ea libertas exeundi et redeundi quum placeret. 6. Liber aliqua re, dicitur ea solutus. Acad. pr. II. 39. liber a tali irrisione Socrates. Rull. I. 9. *consul solutus a cupiditatibus*, liber *a delictis*. Att. I. 10. *sum et ab observando homine perverso* liber *et ad dignitatem in republ retinendam contra illius voluntatem solutus.* Verr. IV. 10. *Mamertini* (sub Verris praetura) *per triennium soli non modo in Sicilia, verum — his quidem temporibus in omni orbe terrarum vacui, expertes soluti ac* libe i *fuerunt ab omni sumptu molestia, munere* Fin. 1. liber *omni cura animus.* 7. *Liberum* alicui dicitur, quo uti potest et vult; in quo non est certis legibus adstrictus. Fam. VI. 7. solutum *existimatur alteri maledicere; tamen cavendum est, ne in petulantiam incidas;* impeditum *se ipsum laudare, ne vitium arrogantiae subsequatur; solum vero* liberum, *alterum laudare.* Catil I. 7. *tibi vexatio direptioque scelerum impunita fuit ac* libera. Fin. I. 10. libero *tempore quum soluta est nobis eligendi optio, quumque nihil impedit, quo minus id quod maxime placeat, facere possimus.* Orat. III. 38. *verba inusitata, prisca ac vetusta, quae sunt poetarum* licentiae liberiora *quam nostrae.* Ibid. II. 16. *pars quaestionum vaga et* libera et late *patens* dicitur generalis, non adstricta certis personis aut temporibus, ubi universe disputatur de rebus bonis aut malis est. Div. II. 72. *nulla adhibita sua auctoritate iudicium audientium relinquere integrum*

humanitas in obsequendo et hilaritas in vultu et sermone. Brut. 25. *homo non* liberalitate, *sed ipsa tristitia et severitate popularis.* 3. Est ingenium a male de aliis iudicandi consuetudine alienum, haud promtum ad suspiciones, (*Gutmüthigkeit*) Q. Fr. I. 1, 4. *a quibus rudis quum esses, videtur potuisse tua* liberalitas *decipi; nam ut quisque est vir optimus, ita difficillime esse alios improbos suspicatur.*

LIBERALITER. 1. Orat. II. 31. *quod est homine ingenuo* liberaliterque *educato dignum.* 2. Verr. III. 88. *indignissimum videbatur, qua in re senatus optime ac benignissime cum aratoribus egisset*, large liberaliterque *aestimasset, in ea re praedari praetorem, bonis everti aratores.* Ibid. III. 83 *benigne* ac liberaliter. 3. Q. Fr. II. 3. *vivo* liberalius *quam solebam;* i. e. plus impendo ad victum (*lebe etwas besser.*)

LIBERARE. 1. Membro haerenti motum restituere. Div. II. 46. *quorum linguae sic inhaererent, ut loqui non possent, eae scalpello resectae* liberarentur. 2. „A vectigalibus immune facere." Rull. II. 21. *privata publicare, publica* liberare. Ibid. I. 4. *iubet eosdem decemviros omnibus agris publicis pergrande vectigal imponere, ut iidem possint et* liberare *agros quos commodum sit, et quos ipsis libeat publicare.* Verr. II. 31. liberet *Byzantios.* (Prov. cons. 4. *civitas Byzantiorum* libera *et proximis suis beneficiis a senatu et populo Romano* liberata. Ibid. 5. *vectigales multos ac stipendiarios* liberavit. 3. Att. XVI. 6. *Buthrotios quum Caesar* liberavisset *scil.* ne agri eorum ex lege agraria dividerentur. 4. Harusp. Resp. 8. liberare *domum*, i. e. a religione. 5. Off. I. 10. *iam illis promissis non standum esse, quis non videt, quae coactus quis metu quae deceptus dolo promiserit. Quae quidem pleraque iure praetorio* liberantur, *quaedam etiam legibus*, scil. ne eas servare cogare. 6. In libertatem vindicare. Caecil. 17. liberare *se a Venere.* Vid. LIBERTA. 7. Emittere. Tusc. I. 22. *divinus animus* liberatus *a corpore.* N. D. II. 3. *pulli liberati cavea.* 8. Fam. III. 7. *ad facultatem aedificandi* liberare *aliquem* int. ab interdicto. 9. Absolvi. Milon. 18. liberatur *Milo non eo consilio profectus esse*, innocens est in eo, quod dicitur profectus esse eo consilio, ut occideret Clodium. 10. De praedibus opponitur verbo obligare. Fam. V. 20. *Volusii* liberandi *meum fuit consilium.* 11. In auspiciis est,

manos coepit defendere. Libertorum meminit Scaevola in D. de annuis legatis l. 20. §. 1. *Attia fidei commissum his verbis reliquit.* „ *Quisquis mihi heres erit, fidei eius committo, uti det ex reditu cenaculi mei et horrei post obitum sacerdoti et Hierophylaco et libertis qui in illo templo erunt, denaria decem die nundinarum quas ibi posui.*" In inscriptionibus quoque commemoratur *libertus Virginum Vestalium* C. Sextilius. Apud Gruterum 315, 5. *et libertus Numinis Aesculapii Hermes* apud eundem 1106, 5. Ita non erant servi conditione, sed homines liberi, qui aut ipsi se suaque servituti alicuius numinis addixerant, religionis causa, aut hanc servitutem acceperant a parentibus, maioribus, aut iis, quorum fuerant heredes. Hi quum sumptum praestarent ad sacrorum functionem, non leve sustinebant onus. Quod quum pecunia redemissent, dicebantur *liberti* et *libertae* illius dei, cuius fuerant servi."

LIBERTAS. 1. Sensu generali. Parad. 5. *quid est enim* libertas? *potestas vivendi ut velis.* Rull. II. 4. *quid tam populare quam* libertas? *quam non solum ab hominibus verum etiam a bestiis expeti, atque omnibus rebus anteponi videtis.* 2. Inde ex Stoicorum disciplina libertas soli sapienti tribuitur. Quam in sententiam egregie sic disputat Cicero ibid. *Quis igitur vivit, ut vult, nisi qui recta sequitur, qui gaudet officio, cui vivendi via considerata atque provisa est? qui legibus quidem non propter metum paret, sed eas sequitur, atque colit, quia id salutare maxime esse iudicat; qui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat denique, nisi libenter ac libere; cuius omnia consilia resque omnes quas gerit, ab ipso proficiscuntur, eodemque feruntur; nec est ulla res, quae plus apud ipsum polleat, quam ipsius voluntas atque iudicium. — — Soli igitur hoc contingit sapienti, ut nihil faciat invitus, nihil dolens, nihil coactus; quod etsi ita esse pluribus verbis disserendum est, illud tamen et breve et confitendum est, nisi qui ita sit affectus, liberum esse neminem.* Orat. I. 52. *virtus quae et semper et sola* libera *est, quaeque etiamsi corpora capta sint armis aut constricta vinculis tamen suum ius, atque omnium rerum impunitam* libertatem *tenere debeat.* 3. Sensu civili *libertas* opponitur *servituti.* Balb. 9. *servos — bene de rep. meritos persaepe* libertate, *id est civitate publice donari videmus.* 4 Sensu politico tribuitur *libertas* populis, qui regio imperio non sunt sub-

iecti; ideoque praesertim populo Romano. Leg. III. 10. *aut exigendi reges non fuerunt, aut plebi re, non verbo danda* libertas. Phil. III. 11. *aliquando — patriam animum virtutemque capiamus, ut aut* libertatem *propriam Romani et generis et nominis recuperemus, aut mortem servituti anteponamus* Phil. VI 19 *aliae nationes servitutem pati possunt, populi Romani res est propria* libertas. Off. II. 7. *acriores morsus sunt intermissae* libertatis *quam retentae* 5 *Libertas* civium Romanorum continetur omnibus iuribus ut suffragiorum, ut honorum petendorum, quae sensim legibus iis concessa sunt. Leg. III. 17. ubi Cicero suffragia *optimatibus nota, plebi libera* esse voluerat, et consuetudinem suffragiorum occultorum per tabellas improbaverat addit ista: *habeat sane populus tabellam, vindicem* libertatis, *dummodo haec optimo cuique et gravissimo civi ostendatur, ultroque offeratur, uti in eo ipso sit* libertas, *in quo populo potestas honeste bonis gratificandi datur.* Caecin. 34. *populus quum eum vendidit, qui miles factus non est* (h. e. qui militiam detrectavit) *non adimit ei* libertatem, *sed iudicat non esse eum liberum, qui, ut liber sit, adire periculum noluit; quum autem incensum vendit, hoc iudicat, quum is qui in servitute iusta fuerit censu liberetur, eum, qui quum liber sit, censeri noluerit, ipsum sibi* libertatem *abiudicasse.* 6. *Libertas* tribuitur iis, qui sua voluntate uti possunt, nec ab aliis impediuntur aut inviti coguntur. Sext. 32. *intellectum est mihi absenti crevisse amicos, — sed eos voluntatem semper eandem,* libertatem *non eandem semper habuisse.* Planc. 14. *Nunc usque eo oppressa vestra arrogantia civitas est, ut quae fuit olim praeconi irridendo, nunc equiti Romano implorando, non sit concessa* libertas. 7. Est etiam eorum qui liberi sunt a negotiis publicis, ut otio frui possint prout libet. Orat. II. 33. *nam hercle*, inquit Antonius, *si haec vere a Catulo dicta sunt, tibi meum in eodem est pistrino, Crasse, vivendum, et istam oscitantem ac dormitantem sapientiam Scaevolarum et ceterorum beatorum otio concedamus. Arrisit hic Crassus leniter, et Pertexe modo inquit, Antoni, quod exorsus es. Me tamen ista oscitans sapientia, simulatque ad eam confugero, in* libertatem *vindicabit.*

LIBERTINUS, qui est ex servitute manumissus, opponitur ingenuo, h. e. ei qui liber natus est. Differt autem hoc modo illud vocabulum a vocabulo *libertus*, quod

quod *libertinus* dicitur respectu ad civitatem, *libertus* ad dominum qui eum manumisit. Orat. I. 9. *Sempronius Gracchus pater — nutu atque verbo* libertinos *in urbanas tribus transtulit.* Sext. 45. *sunt etiam* libertini *optimates.*

LIBERTUS. Q. Fr. I. 2. *species tam gratiosi* liberti *aut servi dignitatem non habet.* Milon. 33 servos nostros libertos *suos fecisset.* „Liberti iidem sunt qui libertini, sed ita dicuntur in relatione ad patronum. Locus in Suet. Claud. 24. induxit imperitos ut existimarent, libertinos dictos esse libertinorum filios, quod est falsissimum. Suetonius non hoc dicit, sed Appii Caeci temporibus nomen libertinorum mansisse etiam in posteris libertinorum, quamvis iam ingenuis.“ *Ern.* Sed cf. W ad. (

LIBET. Quint. 30. *si poterit Naevius id quod* libet, *et ei libebit quod non licet, quid agendum est? qui deus appellandus est?* Att. XIV. 21. *cui facile persuasi mihi id, quod rogaret, ne licere quidem, non modo libere.* Leg. II. 27. libitum *est vobis me ad haec impellere.*

LIBIDINOSE. Caecil. 12. *ut quae ille* libidinose; (*nach ungerechter Willkühr*) *quae nefarie, quae crudeliter fecerit.* Off. I. 4. *cavet — in omnibus et opinionibus et factis ne quid* libidinose *aut faciat aut cogitet,* h. e. ut recte interpretatur Heusingerus: ex libidine quae est temeraria cupiditas non voluptatis tantum, sed et gloriae et pecuniae et vindictae.

LIBIDINOSUS est is qui in quocunque genere voluptatum praesertim Venerearum intemperans est; (ausschweifend). Cael. 6. *cum* libidinosis *luxuriose vivere.* Sen. 9. libidinose *et intemperans adolescentia effoetum corpus tradit senectuti.* Pis. 27. *nihil scitote esse luxuriosius, nihil* libidinosius. Verr. V. 33. libidinosissima *mulier.* 2. Libidinosum etiam dicitur quod fit pro arbitrio et libidine sine causa iusta et idonea. Dom. 4. libidinosae *sententiae.* Pis. 36. libidinosissimae *reorum liberationes.*

LIBIDO. 1. Cupiditas naturàlis, Naturtrieb. Off. I. 17 *Est hoc natura commune animantium omnium, ut habeant* libidinem *procreandi.* N. D. II. 51. *in mare et in femina commiscendorum corporum mirae* libidines. 2. Vitiosa cupiditas effusa et intemperans, inprimis gulae aut rerum Venerearum. Cael. 19. *ulla luxuries reperietur, nulli sumptus, nullum aes alienum, nulla cen-*

vitiorum ac lustrorum libido. Verr. IV. 52. *conferte — huius* libidines *cum illius continentia.* Catil. I. 6. *quae* libido *ab oculis, quod facinus a manibus tuis umquam, quod flagitium a toto corpore abfuit?* Font. 13. *sic accusatus est, ut nullum probrum, nullum facinus, nulla turpitudo quae a libidine, aut a petulantia, aut ab audacia nata esset — obiiceretur.* Cluent. 5. *repente exorta est mulieris importunae nefaria* libido, *non solum dedecore, sed etiam scelere coniuncta.* Ibid. 5. *Sassia mater Aviti; generi sui contra quam fas erat amore capta — ita flagrare coepit amentia, sic inflammata ferri* libidine, *ut eam non pudor, non pudicitia, non pietas, non macula familiae, non hominum fama, non filii dolor, non filiae maeror a cupiditate revocaret.* N. D. I. 16 *effusae in omni intemperantia* libidines. Orat. II. 37. *timide tamquam ad aliquem* libidinis *scopulum* (ubi alluditur vel ad scopulum Circes, vel ad Sirenum scopulos) *sic tuam mentem ad philosophiam appulisti.* 3. Libido etiam dicitur de cupiditate iudicum, qua feruntur, ut pro arbitrio contra ius sententiam ferant; itemque de aliorum aliquid ad arbitrium agentium licentia. Cluent. 22. libido *iudicum.* Verr. I. 46. libido *in iure dicundo.* Rab. Perd. 5. *tabella occultat* libidinem *iudicum.* Verr. Act. I. 10. *ad nostrum arbitrium* libidinemque *adversariorum minas eludemus.* 4. Item est omnino eorum qui aliquid faciunt sine idonea ratione. Quint. 4. *multa* libidine (*nach Willkühr*) *non ratione* Fin. I. 6. *declinatio* (atomorum) *ad* libidinem (*ganz willkührlich*) *fingitur.*

LIBARE. 1. Sacrificare. Leg. II. 8. *certasque fruges, certasque bacas sacerdotes publice libanto.* 2. Aliquid alicunde haurire, decerpere, deligere. Inv. II. 2. *ex variis ingeniis excellentissima quaeque* libavimus. Orat. I. 50. *sit boni oratoris — multa animo et cogitatione, multa etiam legendo percurrisse, neque ea, ut sua, possedisse, sed ut aliena* libasse. Ibid. 74. libandus *ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos.* Tusc. V. 29. *te nulla vincula impediunt ullius certae disciplinae,* libasque *ex omnibus, quodcumque te maxime specie veritatis movet.* Her. IV. 3. *vide ne facias impudenter, qui tuo nomini velis ex aliorum laboribus* libare *laudem.* Div. II. 11 *naturale* (dicebas genus divinandi) *quod animus arriperet aut exciperet extrinsecus*

ex divinitate, unde omnes animos haustos, aut acceptos aut libatos *habemus.*

LIBRA. Orat. I. 53. *testamentum in procinctu sine* libra *atque tabulis.* Nempe aliud erat testamentum in procinctu, s. militare, aliud id, quod fiebat per aes et libram, id est, ut Ulpianus ait, per mancipationem imaginariam, ubi etiam libripens adhibebatur. Ibid. III. 40. nexum, *quod per* libram *agitur.* Vid. NEXUM. 2. Allegorice Tusc. V. 17. *quaero quam vim habeat* libra *illa Critolai, qui quum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis et externa, tantum propendere illam bonorum animi lancem putet, ut terram et maria deprimat.* cf. Fin. V 50.

LIBRAMENTUM, est superficies aquae continenter declinans, ut labi aqua possit; (*das Gefälle*) sive diversa aquae altitudo, cuius extremitas puncto finitur, quod tamen intelligitur modo, ut puncta mathematicorum, ut punctum in medio iugo librae, quod et ipsum *libramentum* vocatur. Acad. pr. II. 56. *punctum est extremitas et quasi* libramentum. Add. Harduin ad Plin. XXXI. sect. 31. XXXVII. s. 9. 43. *Ern.*

LIBRARIOLUS, servulus librarius. Att. IV. 4. Leg. I. 3. *nec id tamen ex illa erudita Graecorum copia, sed ex* librariolis *Latinis.*

LIBRARIUS. 1. Servus a manu, vel libertus cui epistolae dictantur, *Schreiber, Sekretär.* Att. VIII. 21. *lippitudinis meae signum tibi sit* librarii *manus.* Ibid. VI. 6. *legi literas non tuas, sed* librarii *tui.* 2. Eorundem opera utebantur in exscribendis hypomnematis, in describendis legibus; quod genus hominum nos dicimus *Abschreiber, Copisten.* Rull. II. 5. *lex in publicum proponitur, concurrunt iussu meo plures uno tempore* librarii, *descriptam legem ad me afferunt.* Sull. 15. *quum scirem iudicium in tabulas publicas relatum — occultavi, non continui domi, sed describi ab omnibus statim* librariis, *dividi passim et pervulgari atque edi populo Romano imperavi.* Fam. XII. 21. *Peto a te, ut quam celerrime mihi* librarius *mittatur, maxime quidem Graecus, qui mihi exscribat hypomnemata* 3. Iidem libros describebant, et bibliothecas curabant. cf. Att. IV. 4. Hinc Orat. III. 44. librariorum *notae*, sunt signa interpunctionis in codicibus. Eaedem designantur Orat. 68. his verbis: *Oratio — quae non aut spiritu pronuntiantis, aut* interductu librarii, *sed numero coacta de-*

bet insistere. 4. In cohorte etiam proconsulum et praetorum in provincias euntium sunt *librarii.* Ita de decemviris ex lege Agraria Servilii Rulli constituendis. Rull. II. 13. *deinde ornat* (decemviros) *apparitoribus, scribis*, librariis, *praeconibus.*

LIBRARIUS, adi. Phil. II. 9. *nisi ille se in scalas* tabernae librariae *coniecisset.*

LIBRATUS. Tusc. V. 24. *unde terra et quibus* librata (*im Gleichgewichte erhalten*) *ponderibus, quibus cavernis maria sustineantur.*

LICENTER. 1. Nimis libere. Cael. 23. *Servi — quos intelligebat non communi conditione servitutis uti, sed* licentius, *liberius, familiarius cum domina vivere.* Orat. 23. de numero oratorio. *Solutum quiddam sit nec vagum tamen, ut ingredi libere, non ut* licenter *videatur errare* (*so dafs die Rede sich frey zu bewegen, nicht regellos umherzuschweifen scheine*). 2. De philosophorum placito iustis et idoneis argumentis carente. N. D. I. 39. *Tanta est impunitas garriendi. At quam* licenter? *Fluentium frequenter,* (Davisius recte corrigendum censet *continenter*) *transitio fit visionum, ut e multis una videatur.* Et paullo post addit: *Quomodo enim probas continenter imagines ferri.*

LICENTIA. 1. Venia, Erlaubnifs. Off I. 29. *pueris non omnem* licentiam *ludendi damus.* 2. Libertas actionum. Verr. III. 1. *numquam ipsimet nobis praecideremus istam* licentiam *libertatemque vivendi.* 3. Impunitas s. immoderata libertas. Font. 13. *quantam habent ad maledicendum* licentiam. Fam. IV. 9. *magna gladiatorum est* licentia. Rull. I. 5. *omnium rerum infinita atque intoleranda* licentia. Flacc. 7. *Graecia hoc uno malo concidit, libertate immoderata et* licentia *concionum.* Off. II. 8. *nisi multorum impunita scelera tulissemus, numquam ad unum tanta pervenisset* licentia. 4. Transfertur ad libertatem cogitandi. Off. III. 4. *Nobis nostra Academia magnam* licentiam *dat, ut quodcunque maxime probabile occurrat id nostro iure liceat defendere.* 5. Licentia etiam tribuitur philosophis qui aut nullis argumentis, aut certe haud idoneis usi aliquid pronuntiant. N. D. I. 38. *quae autem istae imagines vestrae, aut unde? A Democrito omnino haec* licentia. N. D. I. 44. *trudimur ab* (Epicuro) *homine non tam faceto, quam ad scribendi* licentiam *libero.* 6. Eodem modo tribuitur iis qui in scribendo nimium sibi indul-

gent. Brut. 91. *Molo dedit operam — ut nimis redundantes nos et superfluentes iuvenili quadam dicendi impunitate et* licentia *reprimeret.* 7. De venia poetis concessa. Orat. 12. *numerus liberiore quadam fruitur* licentia. Orat. III. 38. *verba inusitata — quae sunt poetarum* licentiae *liberiora quam nostrae.* Ibid. I. 16. *finitimus oratori poeta, numeris astrictior paullo, verborum autem* licentia *liberior.*

LICENTIOR, liberior. Orat. III. 48. *inde ille* licentior *et divitior fluxit dithyrambus.*

LICERE. De pretio rerum venalium, i q. *licitari.* Att. XII. 24. *de hortis quanti* licuisse (wie hoch der Verkaufpreis sey) *tu scribis, id ego quoque audieram.*

LICERI, i q. licitari, est eorum qui in auctionibus pretia offerunt pro rebus vendendis. Verr. III. 11. *utrum est aequius — eum qui manu quaesierit, an eum qui digito* licitus *sit possidere?* Nempe in auctionibus qui licitabantur digitum tollere solebant. Caecin. 6. licetur *Aebutius, deterrentur emptores multi.* Off. III. 15. *non inlicitatorem venditor, non qui contra* liceatur *emptor apponet.* Muretus legi volebat, *qui contra* asse *liceatur*, id est, minimo pretio. Gesnerus malebat: *nec quin contra* liceatur *emptor apponet* hac explicatione usus: Emptori commodum est, non esse, qui contra liceatur. Ergo apponit, subornat aliquem, *quin*, id est, quo non *contra se liceatur;* sive impersonaliter accipias illud *liceatur*, sive intelligas *quisquam.* Vulgata tamen defendi potest, si cum Heusingero sic interpreteris: „Licitator ab emptore subornatus, non modo, quum primus licitatur, pecuniam affert minimam, eaque licitatione pretium rei deprimit, sed subinde etiam alios, interdum ipsum illum, cuius emptioni inservit, licitando superat. Id vero tam cunctanter, tam maligne facit, ut hominibus persuadeat, non magni rem esse, cuius adeo exiguum pretium, neque hoc sine multa haesitatione deferatur."

LICET. 1. De eo quod fas est, et permittitur a legibus. Phil. XIII. 6. *Quid magis vituperandum quam id facere, quod non liceat?* Licet *autem nemini contra patriam ducere exercitum; si quidem* licere *dicimus, quod legibus, quod more maiorum institutisque conceditur.* Milon 16. *Clodius ita iudicia poenamque contempserat, ut eum nihil delectaret quod aut per natu-*

ram fas esset, aut per leges liceret. Parad. III. 1. peccare certe licet nemini. *Quod autem non* licet, *id hoc uno tenetur, si arguitur non* licere. 2. *Licet* etiam dicitur de eo quod facile fieri potest. Orat. III. 27 *de genere in utramque partem disseri copiose* licet. Div. II. 15. *Sexcenta* licet *eiusmodi proferri.* Div. I 41. *Licet videre et genera quaedam* (i. e familias) *et nationes huic scientiae* (divinandi) *deditas.* Div. I. 7. *mirari* licet, *quae sint animadversa a medicis herbarum genera.* 3. Licere per ironiam dicitur aliquid ei, ad quod necessitate quadam imposita cogitur. Rosc. Am. 17. quid censes — Sex. Roscium, quo *studio, et qua intelligentia esse in rusticis rebus? — Verum quoniam ita Chrysogono videtur, qui huic nullum praedium reliquit, et artificium obliviscatur et studium deponat* licebit.

LICITATIO. Verr. II. 53. *exquisitis palam pretiis* licitationibusque *factis.*

LICITATOR. Off. III. 15. *non* licitatorem *venditor apponet.* Fam. VII. 2. *nunc quando tuum pretium novi* licitatorem *potius apponam, quam illud minoris veneat.* Utroque loco, quod vidit Heusingerus legendum est *inlicitatorem* (*einer der das Gebot hinauf treibt*)

LICTOR. Rull. II. 34. ubi de arrogantia duumvirorum Capuam coloniam deductum missorum agitur. *Primum hi se praetores appellari volebant. Deinde anteibant* lictores, *non cum bacillis, sed ut hic praetoribus anteeunt, cum fascibus duobus.* Q. Fr. I. 1, 10. *sit* lictor *non suae, sed tuae lenitatis apparitor, maioraque praeferant fasces illi ac secures dignitatis insignia, quam potestatis.*

LIGNEOLUS.. Q. Fr. III. 7. *haec scripsi ad lychnuchum* ligneolum.

LIGNEUS. Inv. II. 57. *uri posse flamma* ligneam *materiam necesse est.* Tusc. 5. 20. ponticulus *ligneus.* Inv. II. 50. ligneae *soleae in pedes inductae.*

LIGNUM. Verr. I. 17. *ignem ex* lignis *viridibus atque humidis in loco angusto fieri iussit.* Ibid. 27. ligna *et sarmenta circumdare.*

LIGURRIRE. Sensu metaphorico *appetere.* Fam. XI. 21. *quum quidam de collegis nostris agrariam curationem* liguirirent, (i. e. cuperent sibi agrorum dividendorum curationem demandari) *disturbavi rem.* 2. Frui, consumere. Verr. III. 76. *non reperietis hominem*

timide nec leviter haec improbissima lucra ligurrientem; devorare *omnem pecuniam publicam non dubitavit.* 3. „Disciplinae alicui operam aliquam dare. Dom 18. *Sexte noster bona venia, quoniam iam dialecticus es, et hoc quoque* ligurris, (i. e. hanc quoque artem attigisti et degustasti. Sed illud *quoque* innuit, esse iocum ex ambiguo et alludi ad id, quod putabatur naturam Clodiae *ligurrire.*")

LIGURRITIO. Tusc. IV. 11. ligurritio, *vinolentia, cupedia;* ubi est nimius suavium eduliorum appetitus.

LIMARE. „Proprie est lima superflua abradere, ut politior res sit. Hinc est 1. pro *detrahere.* Fam. III. 8. *de tua prolixa beneficaque natura* limavit *aliquid posterior annus.* Or. III. 9. *tantum alteri affinxit, de altero* limavit. 2. De oratore, qui tenue et exile dicendi genus consectatur. Opt. gen. or. 3. *se ad minuta genera causarum* limavit. 3. De philosopho, qui rem subtiliter remoto omni ornatu oratoris edisserit. Off. II. 10. *alia est illa, quum veritas ipsa* limatur *in disputatione subtilius.* 4. Acuere, corrigere, expolire. Orat. I. 25. *neque haec ita dico, ut ars aliquid* limare *non possit: neque enim ignoro et quae bona sint, fieri meliora posse doctrina, et quae non optima, aliquo modo acui tamen et corrigi posse.* Orat. III. 49. *stilus qui et alia et hoc maxime ornat et* limat. Brut. 67. *acumen arte* limare. *Ern.*

LIMATULUS. Fam. VII. 33. *opus est hic* limatulo *tuo et* politulo *iudicio (dein verfeinerter und kunstgerechter Geschmack).*

LIMATUS. 1. Politus. Orat. I. 39. *vir oratione maxime* limatus *atque subtilis.* N. D. II. 29. *moribus domesticis ac nostrorum hominum urbanitate* limatus, scil. ut facile possit alios salse videre. Orat. 20 *alii subtili quadam et pressa oratione* limati. Brut. 24. limatius *dicendi genus.* Fin. III. 12. limata *tenuitas.*

LIMUS. Fragm. Ep. *luta et* limum *aggerebant.*

LINEA. 1. Sensu proprio. Tusc. I. 17. *ut hae* (partes naturae) una ignea, altera animalis, *rectis lineis in caelestem locum subvolent.* 2. Linea perpendicularis. Fin. I. 6. *Epicurus censet solida corpora ferri suo deorsum pondere ad* lineam (*senkrecht*). 3. Filum architectorum quo utuntur ad lineam rectam designandam, *Richtschnur.* Q. Fr. III. 1. Diphilus aliquando

perpendiculo et linea discet uti. 3. Metaphorice. Parad 1. *peccare est tanquam transilire* lineas.

LINEAMENTUM. 1. i q. linea. Ac. pr. II, 36. lineamentum *longitudinem latitudine carentem.* Orat. I. 42. in geometria, lineamenta, *formae, intervalla magnitudines* 2. In ore et figura, *Gesichtszüge*, N D. I. 18. *quae compositio membrorum, quae conformatio* lineamentorum Verr. II. 36. *eum multo magis figura et* lineamenta *hospitae delectabant.* Div. I, 13. *aspersa temere pigmenta in tabula, oris* lineamenta *effingere possunt.* 3. De animo. Fin. III, 22 *animi* lineamenta *sunt pulchriora quam corporis.* 4. De operibus pictorum, statuariorum Verr. IV. 44. *Tu illius aeris temperationem et operum* lineamenta *sollertissime perspicis?* ,, Brut. 87. *intelliges nihil Catonis* lineamentis, *nisi eorum pigmentorum, quae inventa nondum erant florem et colorem defuisse. Lineamenta* Catonis sunt eius libri, qui res nudas, sine ornatu tradebant, sed recte tamen subtiliterque, adeoque similes vel picturae lineari, qualis olim fuit, vel delineationi pictoris, ex qua qualis pictura futura sit intelligi potest, et quae est fundamentum bonae picturae. Paullo aliter est hoc verbum Orat. 55. *quasi quandam palaestram et extrema* lineamenta *orationi attulit.* Id quale sit docebit locus hic Plin. XXXV. 10 *Parrhasius primus symmetriam picturae dedit, primus argutias vultus, elegantiam capilli, venustatem oris, confessione artificum in* lineis extremis *palmam adeptus. Haec est in pictura summa subtilitas Corpora enim pingere, et media rerum, est quidem magni operis, sed in quo multi gloriam tulerint; extrema corporum facere, et desinentis picturae modum includere rarum in successu artis invenitur* etc. Igitur *extrema orationis* lineamenta sunt perfectio et venustus summa orationis. *Ern.*

LINGUA. 1. Sensu proprio, de instrumento gustus et loquelae. N. D II. 59. *In ore sita* lingua *est, finita dentibus. Ea vocem, immoderate profusam fingit et terminat; atque sonos vocis distinctos et pressos efficit, quum et ad dentes et ad alias partes pellit oris. Itaque plectri similem* linguam *nostri solent dicere.* Ibid. 54. linguam *ad radices eius haerens excipit stomachus.* Orat. II. 66. *demonstravi pictum Gallum in Mariano scuto Cimbrico — eiecta* lingua, *buccis fluentibus.* Div. II. 46. *quorum* linguae *sic inhaererent, ut*

loqui non possent. Orat. I. 25. sunt quidam *aut ita* lingua *haesitantes, aut ita voce absoni.* Ibid. 25. linguae *solutio, vocis sonus.* Orat. I. 18. *Mnesarchus, hos quos nos oratores vocaremus, nihil esse dicebat nisi quosdam operarios* lingua *celeri et exercitata.* Flacc. 25. lingua *quasi flabellum est seditionis.* Fam. IX. 2. *tibi idem consilii do, quod mihimet ipsi, ut vitemus oculos hominum, si* linguas *minus facile possumus.* Orat. III. 1. *non tibi illa* (pignora) *sunt concidenda, si Crassum vis coercere: haec tibi est excidenda* lingua, *qua vel evulsa spiritu ipso libidinem tuam libertas mea refutabit.* Pis. 13. *quis vos non modo consules sed liberos fuisse putet, quorum mens fuerit oppressa praemio,* lingua *astricta mercede.* Dom. 54. *mente ac* lingua *titubante.* Q. Fr. II. 3. surrexit Clodius, et tantus clamor a nostris, *ut neque mente,* neque lingua, *neque ore consisteret;* h. e. ut animo perturbaretur, et lingua haesitaret, et expallesceret. Div. I. 40. *rebus divinis quae publice fierent, ut* faverent linguis, imperabatur. 2. Sermo (*die Sprache*). Fin. III. 15. *illud quod Zeno* προηγμένον *nominavit, quum uteretur in* lingua *copiosa factis tamen nominibus ac novis, quod nobis in hac inopi* lingua (Romana) *non conceditur.* Tusc. V. 40. *in iis* linguis, *quas non intelligimus, quae sunt innumerabiles, surdi profecto sumus.*

LINQUERE. Planc. 10. *Minturnenses coloni C. Marium* — linquentem *terram eam quam servaverat, votis, ominibus, lacrimis prosecuti sunt.* Fat. 16. *nondum ulcerato serpentis morsu Philocteta, quae causa in rerum natura continebatur, fore, ut is in insula Lemno* linqueretur?

LINTER. Brut. 60. de Curione oratore: Motus erat is, quem et C. Iulius in perpetuum notavit quum ex eo, in utramque partem toto corpore vacillante, quaesivit quis loqueretur e lintre (*wer da aus dem Kahne heraus spräche*) quoniam qui lintre vehuntur, una cum illo vacillante ipsi quoque in utrumque latus iactantur. Milon. 28. lintribus *in eam insulam, materiam, calcem, caementa — convexit.*

LINTRICULUS, parvus linter. Att. X. 10.

LINTEUM. Rab. Post. 14. *merces fallaces quidem et fucosae chartis, et* linteis, *et vitro delatae.*

LINTEUS. Verr. V. 56. *vestis* lintea, est vestis stragula e lino contexta; *leinwandne Decken.*

LIQUOR. N. D. II. 10. *aquae admissum esse calorem, primum ipse* liquor *tum aquae declarat effusio.* Univ. 14. existimant plerique — has ipsas esse *omnium causas, quae vim habeant* — *concretionis et* liquoris. N. D. II. 39. liquores *perlucidi amnium.*

L S. 1. Disceptatio s. controversia quaevis. Leg. I. 20. *philosophi aetatem in* litibus *conterunt.* 2. Inprimis controversiae civiles. Orat. I. 26. *multitudo* litium *et varietas causarum.* Verr. III. 13. *bona sua repetere ac persequi* lite *atque iudicio.* Cluent. 41. litem capitis *in aliquem inferre.* Fin. II. 12. lites *privatae.* „3. Pecunia de qua est iudicium. Rab. Post 4. *summa litium* est aestimatio iuris, quae dicitur Cluent. 16. ubi etiam est *aestimare litem*, quod fit, quum summa fit omnis eius pecuniae, de qua iudicium est, tamquam in causa de repetundis, in qua lis dicitur aestimari, quum omnium furtorum, quae ab aliquo repetuntur, summa fit. Vid. Act. I. Verr. ult. dicunt autem *aestimare litem* alicui et alicuius. Verr. IV. 10. V. 19. Cluent. 41. *Ern.*

LITERAE. 1. Buchstaben. N. D. II. 37. *si innumerabiles unius et viginti* formae literarum *vel aureae, vel quales libet aliquo coniiciuntur, posse ex his in terram excussis annales Ennii, ut deinceps legi possint, effici.* 2. *Libri scripti, (die schriftliche Literatur).* Leg. I. 2. *abest historia* literis *nostris.* Div. II. 2. *Graecae de philosophia* literae. Brut. 64. *genus hoc scriptionis nondum satis* latinis literis *illustratum.* Fam. VII. 19. *nullam artem* literis (*blos aus Büchern*) *sine interprete percipi posse.* 3. *Tabulae et chartae scriptae quaecunque.* Leg III. 10. *publicis* literis *consignatam memoriam publicam non habemus.* Quint. 11. literae *societatis.* Verr. III. 71. literae *publicanorum.* Caecil. 9. literae *in Verrem.* Nota: in Verrinis interdum *tabulae* et literae iunguntur, quod ubi est, *tabulae* sunt acceptorum et expensorum codices, literae aliae scripturae. Interdum vero uno tabularum nomine omnia genera scripturarum et literarum verbo etiam tabulae comprehenduntur. 4. *Artes liberales omnes.* Orat. III. 34. *instructa* literis *eloquentia.* Fam. XV. 21. literae *reconditae.* Rosc. Am. 41. Arch. 6. Hinc *Graecae literae* sunt artes Graecorum libris illustratae. Ac post. I. 1. Ac. pr. II. 11. Orat. I. 18. II. 7. Sen. 1. et *Latinae literae*, Latinis libris illustratae artes. Acad. pr. I. 3. Brut. 93. *literae* pro genere ponuntur; deinde

philosophia, ius civile, historia etc. 5. Dicitur tamen etiam de *singulis generibus* ut de *Grammatica.* Inv. I. 25. Orat. I. 3. Off. I. 37. de *philosophia.* Balb. 1. Sext. 51. Har. resp. 9. et de reliquis praeter philosophiam artibus liberalibus. Pis. 29. *est autem hic non philosophia solum, sed etiam* literis *perpolitus.* 6. *Epistolae.* Att. XI. 5. *conficere plures* literas *non potui.* 7. Inv. II. extr. *Hic liber non parum continet* literarum, i. e. satis longus est. 8. De scripto scil. in legibus. Partit. 39 *in consilio atque in mente scriptoris, non in verbis ac* literis *vim legis positam esse defendet.* Ibid. 37. *Propria legis et ea, quae scripta sunt, et ea quae* sine literis (i. e. non scriptis legibus) *aut gentium iure, aut maiorum more retinentur.* Caecin. 23. *si verbis et* literis *et ut dici solet summo iure contenditur, solent eiusmodi iniquitati boni et aequi nomen dignitatemque opponere. Tum illud quod dicitur* SIVE NIVE *irrident, tum* aucupia verborum *et* literarum tendiculas *in invidiam vacant. Ern.*

LITERATE. 1. Brut. 28. literatius *loqui* est accuratius, magis ex regulis artis, doctius. 2. Harusp. resp. 8. literate *respondissem.* Graevius dictum putat, pro polite, eleganter, per ironiam; sed contextum consideranti videbatur esse *ad literam.* Nempe orator *vidi enim*, inquit, *hesterno die quendam murmurantem quem aiebant negare ferre me posse, quia cum ab hoc eodem impurissimo parricida rogarer, cuius essem civitatis respondi me — eius esse, quae carere me non potuisset. Ille, ut opinor, ingemuit. Quid igitur responderem? quaero ex eo ipso, qui ferre me non potest. Me civem esse Romanum?* Literate *respondissem.* (*Sollte ich sagen: ich bin ein römischer Bürger. So hätte ich freylich buchstäblich geantwortet.*) Pis. 25. literate (*mit deutlichen Buchstaben*) *et scite perscriptae rationes.* 3. Brut. 16. *scriptorum veterum* literate *peritus*, i. e. ut nunc dicunt, more et subtilitate criticorum. 4. Orat. II. 62. *ambigua sunt in primis acuta, atque in verbo posita, non in re, sed non saepe magnum risum movent, magis ut belle et* literate dicta (geistreiche Einfälle) laudantur. Sequitur paullo post: *Ambiguum per se ipsum probatur id quidem, ut ante dixi; vel maxime ingeniosi enim videtur vim verbi in aliud, atque ceteri accipiant, posse ducere. Ern.*

LITERATURA. 1. *Die Buchstabenschrift.* Partit. 7. *Memoria est germana* literaturae *quodammodo, — nam ut illa constat ex notis* literarum, *et ex eo in quo imprimuntur illae notae, sic confectio memoriae tanquam cera, locis utitur, et in his imagines ut literas collocat.* 2. Literatura est eruditio, s. varia doctrina. Phil. II. 45. *fuit in Caesare ingenium, ratio, memoria,* literatura, *cogitatio.*

LITERATUS. 1. Grammaticus, in literis subtiliter versatus. N. D. III. 9. *Hoc si placet, efficies, ut mundus optime librum legere videatur. Zenonis enim vestigiis hoc modo rationem poteris concludere. Quod* literatum *est, id est melius quam quod non est* literatum. *Nihil autem mundo melius.* Literatus *igitur est mundus.* Apte comparavit Davisius Sextum Empiricum adv. Mathem. p. 318. B. *τὸ ποιητικὸν τοῦ μὴ ποιητικοῦ καὶ τὸ γραμματικὸν τοῦ μὴ γραμματικοῦ κρεῖττόν ἐστι — ποιητικὸν ἄρα καὶ γραμματικόν ἐστιν ὁ κόσμος.* Off. I. 37. *Nihil aliud fuit in Catulis, ut eos exquisito iudicio putares uti* literarum; *quamquam erant* literati; *sed et alii, hi autem optime uti lingua Latina putabantur.* 2. Omnino varia doctrina et eruditione excultus. Muren. 7. *tua nobilitas hominibus* literatis *et historicis est notior.* Off. III. 14. *Canius eques Romanus, nec infacetus et satis* literatus. Brut. 76. *me quidem admodum delectabat etiam Triarii in illa aetate plena* literatae *senectutis oratio,* h. e. in qua non solum senilem gravitatem, sed etiam doctrinae copiam prodebat. Addit enim: *quanta severitas in vultu, quantum pondus in verbis, quam nihil non consideratum exibat ex ore!* 3. In literis occupatus. Tusc. V. 36. *quid est enim dulcius otio* literato? *iis dico* literis, *quibus infinitatem rerum atque naturae, et in hoc ipso mundo, caelum, terras, maria cognoscimus.*

LITERULAE. 1. Die geschriebnen Buchstaben. Att. VI. 9. *admiratus sum, ut aperui* (epistolam tuam) *σύγχυσιν* literularum, *quae solent tuae compositissimae et clarissimae esse.* 2. *Sprachgelehrsamkeit; Literaturkenntniſs.* Att. VII. 2. *Chrysippum, quem ego propter nescio quid* literularum *libenter vidi.*

LITIGARE. 1. Rixari. Att. II. 7. *mira sum alacritate ad* litigandum. 2. Adversari oratione, obloqui. Lael. 26. *callidus ille* (assentator) *et occultus ne se insinuet cavendum est. Nec enim facillime agnoscitur,*

quippe qui etiam adversando *saepe assentetur, et* litigare *se simulans blandiatur, atque ad extremum det manus vincique se patiatur.* 3. Lites agere in foro. Cael. 11. *aliquot in causis eam videram frustra* litigantem. Fam. IX. 25. *noli pati* litigare *fratres et turpibus iudiciis conflictari.*

LITIGIOSUS. 1. Qui litibus et controversiis forensibus implicatus est. Orat. I. 60. *vereris ne tua domus — si a* litigiosis *hominibus non colatur* (scil. qui te consultum veniant) *a ceteris deseratur?* 2. Actor causarum pertinaciter disceptans. Muren. 12. *quid huic tam loquaciter* litigioso *responderet ille, unde petebatur, non habebat.* 3. Cupidus in foro lites persequendi, (*processsüchtig*). Leg. I. 6. *potius ignoratio iuris* litigiosa *est, quam scientia.* 4. Pertinax in disceptatione philosophica. Fin. V. 26. *Sed haec omittamus. Habent enim et bene longam et satis* litigiosam *disputationem.* 5. Litigiosum est etiam id de quo litigatur, vel quod controversum est. Orat. III. 27. *quoniam de nostra possessione depulsi in parvo et eo* litigioso *praediolo relicti sumus.*

LITO. 1. Parento, hostiis placo. Flacc. 38. litemus *Lentulo.* 2. Litare dicuntur qui in hostiis bona exta inveniunt. Div. II. 15. *proxima hostia* litatur *saepe pulcherrime.* Ibid. 17. *quid quum pluribus diis immolatur, qui tandem evenit, ut* litetur *aliis, aliis* non litetur? *quae autem inconstantia deorum est, ut primis minentur extis, bene promittant secundis?* Vid. Gronov. ad Liv. VIII. 9. sed maxime Schwarz ad Plin. Panegyr. p. 226. *Ern.*

LITURA fit, quum in tabula cerea, aut in libro aliquid deletur. Cluent. 14. *Oppianicus qui digito legata deleverat, ne* lituris *coargui posset, testamentum in alias tabulas transscriptum signis adulterinis obsignavit.* Verr. I. 36. *in codicis extrema cera nomen infimum in flagitiosa* litura *fecit.* Debebat enim scriptum esse HS decies, h. e. decies centena millia; Verres autem hoc delevit et pro eo reposuit HS sexcenta millia. Verr. II. 42. *Quaeso codicem circumfer; ostende! Videtisne totum hoc nomen, coram ubi fuit delatum, esse in* litura? *Quid fuit istic antea scriptum? quod mendum ista* litura *correxit?* Ibid. II. 76 *Quum — in manibus tabulas haberemus, repente aspicimus* lituras *eiusmodi, quasi quaedam vulnera tabellarum recentia* — Erant acceptae

pecuniae A C. VERRUTIO C. F. sic tamen ut usque ad alterum R literae constarent integrae, reliquae omnes (nempe literae UTIO C. F.) *essent in* litura, h. e. superscriptae essent ibi ubi aliae deletae fuerant. Scilicet ex nomine *Verris* factum erat *Verrutii* nomen. De quo c. 78 *Videtis Verrutium? videtis primas literas integras? videtis extremam partem nominis, caudam illam Verris tamquam in luto, demersam esse in* litura. Facete caudam *Verris* vocat extremas literas UTIO, quae erant syllabae VERR post lituram factam appositae. Fam. VI. 7. *quum mendum scripturae* litura *tollatur — meus error exsilio corrigitur.*

LITUS, N. D. II. 40. *amoenitates orarum et* litorum. Top. 7 *Solebat Aquillius — quum de* litoribus *ageretur — quaerentibus iis ad quos id pertinebat, quid esset* litus *ita definire: „qua fluctus eluderet.“* Atqui Celsus in Digest. de verbor. Signif. 96. „Litus *est quo maximus fluctus a mari pervenit, idque* M. Tullius quum arbiter esset primus constituit. (Videndum utrum in hoc Celsi loco *Aquillius* corrigendum sit, quod res postulat, an Celsus locum Ciceronis non accurate vel inspexerit, vel tenuerit, et memoriter laudans, aberraverit. *Ern.*

LITUUS 1. Div. I. 17. Lituus *iste vester quod clarissimum est insigne auguratus unde vobis est traditus? Nempe eo Romulus regiones direxit tum, quum urbem condidit. Qui quidem Romuli* lituus, *quum situs esset in curia Saliorum, quae est in Palatio, eaque deflagravisset inventus est integer;* h. l. post verba *Romuli lituus* vulgo inculcantur ista: *id est incurvum et leviter a summo inflexo bacillum, quod ab eius* litui *quo canitur similitudine nomen invenit;* in quibus recte Lipsius, Lambinus, Ernestius, Hottingerus Grammatici cuiusdam glossema deprehenderunt. Ibid. II. 38 *emitte igitur* lituum *Romuli, quem in maximo incendio negat potuisse comburi.* 2. Buccina. Att. XI. 12. per translationem: Att. XI 12. *quum mihi literae a Balbo Cornelio minore missae essent, illum* (Caesarem) *existimare quintum fratrem* lituum *meae profectionis fuisse;* ubi quia lituo aeque ac tuba signum in bello dabatur, lituus i. e. est ac auctor, impulsor. Nisi quis malit, h. l. pro *lituum* legere *illicium,* quod Fulvius Ursinus in Mss. invenit.

go) *ab hoc* (*Roscio*) *tradita*, locabat *se non minus* HS CCCIↃↃↃ. 9. Mulier quae nuptum datur, dicitur locari. Her. II 24. *cur me huic locabas nuptiis.* Similiter de adolescente, qui pudicitiam alteri prostituit. Phil. II. 18. *Sumpsisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti. Primo vulgare scortum; certa flagitii merces, nec ea parva; sed cito Curio intervenit, qui te a meretricio quaestu*, (h. e. consuetudine turpi cum pluribus viris) *abduxit, et tamquam stolam dedisset, in matrimonio stabili et certo* locavit; i. e. suae tantum libidini exclusis a iis obsequi coegit.

LOCUPLES. 1. Dives. Orat. I 35. locuples *et referta domus.* Caecil. 1. *mulier copiosa et* locuples. Her. IV. 47. *magnae et* locupletes *copiae.* 2. Transfertur ad orationem et linguam. Fin. V. 6. *Lysias oratione* locuples, *rebus ieiunior.* Orat. III. 48. *cuius* (dithyrambi) *membra et pedes — sunt in omni* locupleti *oratione diffusa.* Fin. I. 3. Latina lingua *non modo non inops, sed* locupletior *etiam, quam Graeca.* 3. *Locupletes* dicuntur testes, auctores, cognitores, qui sunt fide digni (*zuverlassig*). Div. II. 58. *Pythagoras et Plato* locupletissimi *auctores.* Flacc. 17. locuples *testis.* Part. 34. dicendum — *eos esse cuiusque* locupletissimos *testes, qui id de quo agatur facillime scire possint.* Q. Fr. III. 9. *tabellarius* locuples, i. e. fidelis. 4. *Locuples ad aliquid* dicitur qui multas habet eius ansas et occasiones. N. D. I. 40. locupletior *hominum natura* (secundum Epicurum) *ad beate vivendum est, quam deorum, quod pluribus generibus fruitur voluptatum.*

LOCUPLETARE. 1. Sensu proprio. Fam. II. 13. *civitates* locupletare. Rull. I. 26. *haec lex eos homines fortunis* locupletat. 2. Metaphorice. Orat. I. 55. *Scaevolae artem* (iuris civilis) *quum indotatam et incomptam videres, verborum eam dote* locupletasti *et ornasti.* Brut. 97. *eloquentiam* locupletasti *graviorum artium instrumento.*

LOCUS. 1. Sensu proprio. Partit. 10. in locis (spectantur) *et illa naturalia, maritimi an remoti a mari; plani an montuosi; laeves an asperi; salubres an pestilentes; opaci an aprici; et illa fortuita, culti an inculti; celebres an deserti; inaedificati an vasti; obscuri an rerum gestarum vestigiis nobilitati; consecrati an profani.* 2. Sedes in theatro, in iudiciis. Sen. 18. *quum quidam in theatrum grandis natu venisset,*

in magno consessu locum *ei a suis civibus nusquam datum memoriae proditum est.* Brut. 84. *volo hoc oratori contingat, ut quum auditum sit eum esse dicturum,* locus *in subselliis occupetur, compleatur tribunal, gratiosi scribae sint, in dando et cedendo* loco. 3, *Facultas rei* s. *occasio* vel *conditio.* Brut. 84. *est in arte tanta tamque varia etiam huic minutae subtilitati* locus. Quint. 15. *vita turpis ne morti quidem honestae* locum *relinquit.* Att. IX. 6. *valde gaudeo si nunc est ullus gaudendi* locus. Muren. 34. *homines tenues unum habent in nostrum ordinem aut promerendi aut referendi beneficii* locum, *hanc in nostris petitionibus operam atque assectationem.* Catil. II. 4. *non est iam* lenitati locus; *severitatem res ipsa flagitat.* Muren. 5. *Maledicto — nihil in hisce rebus* loci *est, quod omnia laus occupavit.* 4. *Status* (*die Stellung*) in re gladiatoria et militari, ut gradus. Catil. II. 1. loco *ille motus est, quum est ex urbe depulsus.* 5. Dignitas vel dignitatis gradus. Verr. I. 48. *an dubitamus, quo ore iste ceteros homines inferiore* loco, *auctoritate ordine — solitus sit appellare, qui ob ius dicundum M. Octavium Ligurem hominem ornatissimum* loco, *ordine, nomine, virtute, ingenio, copiis, poscere pecuniam non dubitarit.* Fam. XIV. 18. *isto* loco *femina.* 6. Ordo, classis in civitate. Planc. *esse equestri* loco. Quint. 13. locus *quem honestissime obtinuit.* 7. Res quaedam s. pars causae (ein Punkt). Verr. Act. I. 15. *cui* loco — *iudices consulite ac providete.* 8. In disputationibus philosophicis *locus* dicitur certum aliquod caput, s. materia vel argumentum, quod tractatur. Div. II. 1. *perpurgatus est* locus *de finibus bonorum et malorum a nobis quinque libris.* Ibid. *magnus* locus *philosophi neque proprius a Peripateticorum familia tractatus uberrime.* Orat. 33. *nec vero dialecticis modo sit instructus, sed habeat omnes philosophiae notos et tractatos* locos. 9. *Locus* dicitur etiam id, in quo alicuius rei natura consistit. Orat. 58. locus et regio quasi ridiculi turpitudine et deformitate quadam continetur. 10. In Rhetoricis *loci* sunt fontes argumentorum. Orat. 14. Aristoteles locos, *sic enim appellat* (scil. τόπους) *quasi argumentorum notas tradidit unde omnis in utramque partem traheretur oratio.* Haec igitur Aristoteles in Topicis et post eum Cicero in Topicis ad Trebatium exposuit. Top. 2. *ut earum rerum quae absconditae sunt demonstrato et notato* loco *facilis inventio*

est, sic quum pervestigare argumentum aliquod volumus locos *nosse debemus: sic enim appellatae ab Aristotele sunt hae quasi sedes, e quibus argumenta promuntur. Itaque licet definire* locum *esse argumenti sedem; argumentum autem rationem, quae rei dubiae faciat fidem.* Iidem loci Orat II 39 appellantur *sedes et tanquam domicilia omnium argumentorum.* 11. *Loci communes, Gemeinplatze, allgemeine Betrachtungen.* Orat. III. 27. *illi* loci, *qui quamquam proprii causarum et inhaerentes in earum nervis esse debent, tamen quia de universa re tractari solent communes a veteribus nominati sunt, quorum partim habent vitiorum et peccatorum acrem quandam cum amplificatione incusationem — — alii vero ancipites disputationes in quibus de universo genere in utramque partem disseri copiose licet.* Brut. 12. Aristoteles ait — *scriptas* fuisse a *Protagora* *rerum illustrium disputationes quae nunc* communes *appellantur* loci. Sed alia significatione et quidem propria, *loci communes* sunt in urbibus et oppidis qui sunt usus publici, ut porticus, fora, theatra. Verr. II. 46. *Sthenius — oppidum non maximum maximis ex pecunia sua* locis communibus *monumentisque decoravit.* 12. Loci vel *loca* (Graece τόποι) pro utero muliebri. N. D II. 51 *quum* in locis *semen insedit, rapit omnem cibum ad sese, eoque — fingit animal; quod quum ex utero elapsum excidit* etc. Sic Lucret. IV. 1260. *sic* lo*ca sumere possunt — semina* et v. 1269. locis *avertit seminis ictum.* 13. *Locus* est etiam genus, pars, in divisionibus philosophicis. Off. I. 6. loci *in quos honesti naturam divisimus.* Ibid. 15. *alter* locus *cautionis.* Catil. IV. 10. *est uno* loco *melior conditio externae victoriae, quam domesticae.* 14. *In loco positum* dicitur pro apto et idoneo loco s. recte et bene collocatum. Verr. V. 14. *ut haec ipsa aedilitas,* (mihi a populo data) *non quia necesse fuerit, alicui candidato data, sed quia sic oportuerit, recte collocata et iudicia populi* in loco *posita esse videatur.* 15. De *loco superiore* dicere est *pro Rostris.* Verr. I. 5. V. 58. 16. *In loco alicuius* haberi vel esse, dicitur, qui aeque atque ille aestimatur et colitur. Brut. 1. *ex quo augurum institutis in parentis eum* loco *colere debebam.* Orat. II. 49. *pro meo sodali, qui mihi in* liberûm loco *more maiorum esse deberet.* Prov. cons. 17. *is me habebat eodem* loco *quo suum generum.* 16. *Locum alicui rei non relinquere*

est illam prorsus inutilem et irritam reddere, aut effi-cere ut fieri non possit. Verr. II. 78. *nemo tunc ita peccabat, ut defensioni* locum *non* relinqueret. Cluent. 22. *tum vero illa iudicia senatoria, non falsa invidia, sed vera atque insigni turpitudine notata — defensioni* locum *nullum* reliquissent. Sic Fam. I. 1. locum *non* relinquit *precibus*, i. e. facit omnia antequam rogatus sit, ut nihil opus sit precibus.

LOCUTIO. Sermo. Orat. 19. *quumquam omnis* locutio *oratio est, tamen unius oratoris* locutio *hoc proprio signata nomine est.* Her. III. 13. *sermo est oratio remissa et finitima quotidianae* locutioni (*der täglichen Umgangssprache*). Brut. 74. *solum et quasi fundamentum oratoris vides* locutionem *emendatam et Latinam.*

LOGI, λόγοι. In fragm. orat. pro Gallio ap. Non. *ego te certo scio omnes* logos (i. e. dicta ridicula) *qui ludis dicti sunt animadvertisse.*

LOGICA. Fat. 1. *quaestio περὶ δυνατῶν tota est* logicae, *quam rationem disserendi voco.* cf. Fin. I. 7.

LOGICUS. Tusc. IV. 14. *habes ea quae de perturbationibus enucleate disputant Stoici, quae* logica *appellant, quia disseruntur subtilius.*

LOLIGO, piscis est genus sepiae (Sepia loligo Linn.) Blackfisch, Dintenfisch. (Gallice *Calmar*) Solent identidem e mari exsultare. Div. II. 70. *gubernatores quum exsultantes* loligines *viderint — tempestatem significari putant.*

LOMENTUM. Fabarum farina, qua ad interpolandam faciem ad rugas expoliendas utebantur. Fam. VIII. 14. *Caelius persuasum est ei* (Appio censori) *censuram lomentum aut nitrum esse. Errare mihi videtur. Nam sordes eluere vult; venas sibi omnes et viscera aperit.* Nimirum Appius Claudius, (is enim c. 43. orat. pro domo verbis *quidam homo nobilis* notatur) cogitarat omnes superiores aedilitatis splendore superare. „*Itaque omnia signa, tabulas, ornamentorum quod superfuit in fanis et communibus locis tota e Graecia atque in ulis omnibus honoris populi Romani causa sane frugaliter in domum suam deportavit.* Itaque ostentsimile dicit Caelius Appium censorem de signis et tabulis etc. acerrime agere, falsoque eum sperare se ista severitate suorum ipsius peccatorum memoriam obliterare posse.

LONGE. 1. De locis. Tusc. I. 47. *satis* longe *ab oppido ad fanum.* Fam. II. 7. longe *absum, audio sero.* Fam. XII. 22. *nostri* τυραννοκτονοι longe gentium *absunt.* Quint. 25. *quam* longe *est hinc in saltum vestrum.* Verr. II. 27. *Heraclius et Epicrates* longe *mihi obviam processerunt.* N. D. II. 20. *stella Mercurii anno fere vertente signiferum lustrat orbem, neque a sole* longius *unquam unius signi intervallo discedit.* 2. De tempore. Sull. 19. *tempus muneris dandi* longe *abest.* Brut. 35. *Fimbria iisdem temporibus fere sed* longius *aetate provectus.* Fam. II. 8. longe *in posterum prospicere.* 3. De aliarum rerum discrimine, aut disiunctione. Orat. I. 49. *multum inter se distant istae facultates* longeque *sunt diversae atque seiunctae.* Fam. V. 10. longe alia *conditione ac ceteri imperatores.* Orat. I. 3. *quod* longissime *sit ab imperatorum intelligentia sensuque disiunctum.* Div. II. 58. *horum defensio repetita quam* longe *est* (*weit hergeholt*). 4. Longe lateque. N. D. I. 20. longe lateque *peregrinati.* Tusc. V. 27. *sint sane illa genera bonorum, dum corporis et externa iaceant humi — alia autem illa divina* longe lateque *se pandant.* Div. I. 36. *dii vim suam* longe lateque *diffundunt.*

LONGINQUITAS. 1. De locis. Inv. I. 26. longinquitas *loci.* Fam II. 9. *quo propter* longinquitatem *— tardissime omnia perferuntur.* 2. De tempore. Tusc. III. 16. *est tarda illa quidem medicina* (inveterati doloris) *sed tamen magna, quam affert* longinquitas *et dies.*

LONGINQUUS. 1. De locis. Verr. III. 89. *locus* longinquus *et reconditus.* 2. De tempore. Att. III. 14. longinqui *temporis spes.* N. D. II. 64. *quarundam herbarum utilitatem* longinqui *temporis usu et periclitatione percepimus.* Div. II. 12. *persuaderi cuiquam potest, ea quae significari dicuntur extis, cognita esse ab haruspicibus observatione diuturna? quam diuturna ista fuit? aut quam* longinquo *tempore observari potuit.* Fin. III. 14. *quorum omne bonum convenientia atque opportunitate finitur, nec plura paucioribus nec* longinquiora *brevioribus anteponentur.* 3. De hominibus exteris, longo terrarum intervallo seiunctis, aut nulla propinquitate coniunctis. Deiot. 3. *homo* longinquus *et alienigena.* Catil. II. 12. *ab externo hoste atque* longinquo. Mi-

INCLITUS *dicimus brevi prima litera*, INSANUS *producta; INHUMANUS brevi*, INFELIX *longa; et de multis, quibus in verbis eae primae literae sunt, quae sunt in* SAPIENTE *atque* FELICE *producte dicitur* IN; *in ceteris omnibus breviter.* Hic locus non de brevitate aut longitudine syllabae quae vulgo dicitur, accipiendus est, sed Cicero ait syllabam IN, etsi eadem maneat quantitas prosodica, tamen in *insanus* et *infelix* et similibus pronuntiari, ut Germanicum IHN, in ceteris, ut INN; quomodo Germani longas syllabas dividunt in producte pronuntiandas (*gezogne Sylben*) et in acutas (*geschärfte Sylben*).

LOQUACITAS. Fam. VI. 4. *facit non* loquacitas *mea sed benivolentia longiores epistolas.* Leg. I. 2. *Macri* loquacitas *habet aliquid argutiarum.* Orat. I. 26. (adolescentes Cotta et Sulpicius) *non Graeci alicuius* loquacitatem *sine usu, neque ex scholis cantilenam requirunt.*

LOQUACITER. Muren. 12. *loquaciter* litigiosus:

LOQUAX. Mur. 14. *orator odiosus* (langweilig) *in dicendo et* loquax. Orat. III. 35. *malim indisertam prudentiam quam stultitiam* loquacem. Orat. II. 38. *istam artem* (dialecticam) *totam dimittamus, quae in excogitandis argumentis muta nimium est, in iudicandis nimium* loquax. Sen. 16. *senectus est natura* loquacior.

LOQUI. Orat. I. 32. *in oratione praecipitur primum, ut pure et Latine* loquamur; *deinde ut plane et dilucide; tum ut ornate; post ad rerum dignitatem apte, et quasi decore;* Brut. 28. *Furius Philus perbene Latine* loqui *putabatur, literatiusque quam ceteri.* Orat. II. 14. *Poetas omnino quasi alia quadam lingua* locutos *non conor attingere.* Rosc. Am. 48. *desinant aliquando dicere, male aliquem* locutum *esse, si quis vere ac libere* locutus *sit.* Quint. 30 *Quintius fatetur se non belle dicere, non ad voluntatem* loqui *posse.* Tusc. I. 7. *pugnantia* loqui. Att. IX. 15. *Dolabella suis literis merum bellum* loquitur. Att. IX. 14. *hi quidem mera scelera* loquuntur. 2. Milon. 20. *Res* loquitur *ipsa, quae semper valet plurimum.* Dom. 32, *ut annales populi Romani* loquuntur. Leg. I. 1. *quum latinae* loquentur *literae.* Ibid. I. 9. *oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti simus* loquuntur.

LORICA corporis munimentum ex laminulis vel catenulis ferreis. Muren. 26. *descendi in campum* —

cum illa lata insignique lorica, *non quae me tegeret, etenim sciebam Catilinam non latus aut ventrem sed caput et collum solere petere.* Flacc. 17. *istud columen actionis tuae Mithridates* (Phryx, testis in Flaccum) *ambulat cum* lorica.

LORUM. Phil. VIII. 8. (Cotylam) *iussu Antonii in convivio servi publici* loris *ceciderunt.* Harusp. 11. *puer ille patrimus et matrimus si — thensam aut* lorum *omisit.* Vid THENSA.

LUBRICUS quod sensu proprio, de via laevi in qua facile cadere possis usurpatur, transfertur ad ea designanda, quae sunt periculis errorum, aut peccatorum exposita, item quae sunt incerta et ancipitis eventus. Verr. V. 52. *inter eiusmodi mulieres praetextatum tuum filium — collocavisti, ut aetati maxime* lubricae *atque incertae exempla nequitiae parentis vita praeberet?* Cael. 17. *natura multas, vias adolescentiae* lubricas *ostendit, quibus illa insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix posset.* Pis. 28. *Audistis dici philosophos Epicureos omnes res quae sunt homini expetendae voluptate metiri: —* lubricum *genus orationis adolescenti non acriter intelligenti, saepe praeceps.* Ac. pr. II. 21. *nobis — ipsa consuetudo assentiendi periculosa esse videtur et* lubrica. Tusc. IV. 18. *qui vitiis modum apponit, is partem suscipit vitiorum. Quod quum ipsum per se odiosum est, tum eo molestius, quia sunt in* lubrico, *incitataque semel proclive labuntur sustinerique nullo modo possunt.* 4. Lubricum dicitur etiam, quod propter laevitatem et mollitudinem facillime movetur. N. D. II. 57. natura — lubricos *oculos fecit et mobiles.*

LUCANICA, genus farciminis. Fam. IX. 16.

LUCELLUM. Verr. III. 30. *si Apronio, deliciis praetoris* lucelli *aliquid iussi sunt dare, putate Apronio datum, si Apronianum* lucellum *ac non praetoria praeda vobis videbitur.* Div. II. 15. *Num etiam si fissum cuiusdammodi fuerit in iecore,* lucrum *ostenditur? qua ex coniunctione naturae — convenire potest aut fissum iecoris cum* lucello *meo, aut meus* quaesticulus *cum coelo terra rerumque natura?*

LUCERE. 1. Sensu proprio. Off. I. 16. *quasi lumen de suo lumine accendat facit; nihilominus ipsi* luceat, *quum illi accenderit.* Somn. 3. *Luna quae luce* lucet *aliena.* Div. I. 23. *ubi* lucere *coepisset.* Att. XVI. 13.

nondum legere poteramus, nam et lumina dimiseramus nec satis lucebat. 2. Metaphorice. Sext. 28. *Virtus* lucet *in tenebris splendetque per sese semper.* Phil. XIII. 31. *ornamenta in virtute et industria posita* lucent. Manil. 14. *imperii vestri splendor illis gentibus* lucet. Milon. 25. *quum res ipsa tot tam claris argumentis signisque* luceat. Brut. 95. *ingenii quaedam forma* lucebat (in Hortensio adolescente).

LUCERNA. Fin. III. 14. *obscuratur et offunditur luce solis lumen* lucernae. Ibid. IV. 12. *in sole, quod a te dicebatur* lucernam *adhibere nihil interest* Ac. pr. II. 25. *Timagoras negat sibi umquam quum oculum torsisset, duas ex* lucerna *flammulas esse visas.* Div. II. 58. *quoniam obtutu oculorum duo pro uno* lucernae *lumina* (videantur). Att. VIII. 2. *quum eadem* lucerna *hanc epistolam scripsissem, qua inflammaram tuam.*

LUCIDE. Perspicue. Orat. II. 25. lucide *breviterque definire.*

LUCIFUGUS. Fin. I. 18. *difficiles*, lucifugi, *maledici.*

LUCRARI. Off. II. 24. *ut locupletes suum perdant, debitores* lucrentur *alienum.* 2. Metaphorice. Verr. Act. I. *dedecora praetereantur*, lucrentur *indicia veteris infamiae.* Nempe lucrari dicitur aliquis id, quod ei condonatur.

LUCRIFACERE. Verr. III. 75. *ab isto omnem ex aerario pecuniam* lucrifactam *videtis.*

LUCRUM. Flacc. 37. *Si dat tantam pecuniam Flacco, nempe iccirco dat, ut rata sit emptio. Emit igitur aliquid, quod certe multo pluris esset; dat de* lucro, *nihil detrahit de vivo;* (i. e. de pecunia quam venditori numeraverat) *minus igitur* lucri *facit;* (quam scil fecisset nisi de *lucro* pecuniam Flacco dedisset). Ibid. 24. *avulsum est praeter spem; quod erat spe devoratum* lucrum. Tusc. V. 3. *emendi aut vendendi quaestu et* lucro *duci.* Flacc. 17. *quiescant et me hoc in* lucro *ponere — patiantur.*

LUCTARI. 1. Sensu proprio. Fat. 13. Luctabitur *Olympius Milo.* Off. I. 30. *alii velocitate ad cursum, alii viribus ad* luctandum *valent.* 2. Metaphorice de controversia sive forensi, sive philosophica. Sull. 16. *Nondum statuo te virium satis habere, ut ego tecum* luctari *et congredi debeam.* Orat. I. 17. *non* luctabor *tecum Crasse amplius.*

qua culpa eius, qui ita loquatur, ut non intelligatur. 2. Splendide. Q. Fr. III. 5. *sane texebatur opus* luculenter. 3. Vehementer. Q. Fr. III. 2. *Gabinium ad populum* luculenter calefecerat *Memmius.*

LUCULENTUS 1. *De ignis splendore.* Fam. VII. 10. *Camino* luculento *utendum censeo.* 2. *Apertus.* Phil. IV. 2. *praeclara et* luculenta *reclamatione factum Martialium comprobavistis.* 3. Elegans. Att. VII. 16. *scriptor* luculentus. 4. *Eximius, egregius,* Brut. 34. *Licinius habitus est suae* — luculentus *patronus.* Att. II. 7. *Dicaearchum recte amas,* luculentus *homo est.* Att. XVI. 4. *navigia* luculenta. 5. *Insignis.* Phil. VII. 6. *illum miserum fugientem iugulavit;* luculentam *tamen ipse plagam accepit, ut declarat cicatrix.* 6. *Firmus.* Fam. X. 24. luculentissima *legio.* 7. Fide dignus. Att. X. 14. luculentus *auctor.* 8. Honestus, amplus. Phil. XII. 19. luculentum *matrimonium.*

LUCUS. 1. Parva silva. Fam. V. 20. *domus habet* lucum. 2. Silva sacra. Milon. 31. Div. I. 45. lucus *Vestae.* „De hoc genere silvarum est docta dissertatio Eschenbachii inter eius dissertationes (Norimb. 1708)." *Ern.*

LUDERE. 1. Sensu proprio. Orat. I. 16. *qui pila* ludunt, *non utuntur in ipsa lusione artificio proprio palaestrae, sed indicat ipse motus, didicerintne palaestram, an nesciant.* Phil. II. 23. qui non dubitaret vel in foro alea ludere. Orat. I. 50. *pila bene et duodecim scriptis* ludere. Off. I. 29. *Suppeditant et campus noster et studia venandi honesta exempla* ludendi. 2. *Armis exerceri.* Orat. II. 20. *videant ad* ludendum, *an ad pugnandum sint arma sumpturi.* 3. *Iocari.* Fin. V. 11. *in parvis saepe qui nihil eorum cogitant, si quando his* ludentes *minamur, praecipitaturos alicunde, extimescunt.* 4. Deludere, ridere aliquid. Q. Fr. II. 11. *eum* lusi *iocose satis.* Orat. II. 55. *causam illam disputationemque* lusit. Ibid. I. 12. *oratio si res non subest ab oratione percepta et cognita aut nulla sit necesse est, aut omnium irrisione* ludatur. Fam. VII. 5. *non illo vetere verbo meo, quod iure* lusisti. 5. *Simulare.* Fam. VIII. 9. *civem bonum* ludit. 6. *Fallere.* Div. II. 24. *hoc civili bello quam multa* (haruspicum responsa) luserunt?

LUDIBRIUM. Her. IV. 39 filii — ludibrio *et despectui paternis inimicis erant oppositi.* Parad. 1. *ille* (Bias) *haec* ludibria *fortunae ne sua quidem putavit;*

quae nos appellamus etiam bona. Ludibria fortunae dicuntur opes, pecunia, supellex quae sunt commutabilia, et modo donantur a fortuna, modo auferuntur.

LUDIBUNDUS. Verr. III. 67. ludibundus *aliquid conficere* dicitur, qui sine molestia aut difficultate conficit. Fam. XVI. 9 *austro lenissimo ad Hydruntem* ludibundi *pervenimus*, i. e. celeriter ac sine periculo.

LUDICRUS. 1. Iocularis. Ac. pr. II. 2. ludicri *sermones*. 2. Ludo idoneus. Orat. I. 32. exercitatio ludicra. Ibid. II. 20. ars ludicra *armorum*.

LUDIFICARE vel LUDIFICARI. Quint. 17 *si quis latitare ac diutius* ludificare *videatur*. Rosc. Am. 20. *aperte* ludificari *ac calumniari sciens videatur*.

LUDIUS, histrio saltator. Harusp. 11. *si* ludius *constitit;* h. e. si eius saltatio interrupta est. Vid. Salmas. ad Trebell. Claud. 5 7. 11. p. 362. ad Vopisc. Carinum p. 843. et quos laudat Burmannus ad Ovid. A. H. I. 112. *Ern.*

LUDUS. 1. *Spiel.* Cael. 12. *datur huic aliquis* ludus *aetati concessu omnium.* Orat. III. 15. *Homines labore assiduo et quotidiano assueti, quum tempestatis causa opere prohibentur, ad pilam se, aut ad talos, aut ad tesseras conferunt, aut etiam novum sibi ipsi aliquem excogitant in otio* ludum. Cael. 5. *ut exercitatione* ludoque *campestri tunicati uteremur.* Off. I. 42. ludus talarius, etsi a tesserarum ludo diversus est, tamen ut Heusingerus monuit, ibi pro toto genere ponitur, dum omnes eos infames esse ostendit; quibus ex alea quaestus est. Att. I. 16. *Non umquam turpior in* ludo talario *consessus fuit*, quam ille consessus iudicum in iudicio Clodiano. 2. *Spectacula publica;* quae munera dicebantur. Q. Fr. III. 8. Ludos *apparat magnificentissimos, sic inquam ut nemo sumptuosiores, stulte bis terque, non postulatus, vel quia munus magnificum dederat.* Muren. 19. *populo* ludorum *magnificentia voluptati est.* Ibid. *nosmetipsi qui et ab delectatione omni negotiis impedimur, et in ipsa occupatione delectationes alias multas habere possumus*, ludis *tamen oblectamur et ducimur.* Ibid. *Ego qui trinos* ludos *aedilis feceram, tamen Antonii* (competitoris mei in consulatu) ludis *commovetur.* Att. XVI. 5. *commissio* ludorum. Orat. III. 32. Hippias quum Olympiam *venisset, maxima illa quinquennali celebritate* ludorum, scil. Olympicorum; qui quinto quoque anno redibant. Harusp. 10.

Verr. V. 14. ludi *plebeii* qui Florae fieri solebant. Verr. Act. I. 10. *ludi Victoriae*, instituti a Sulla in memoriam victoriae a Marianis reportatae. Fam. I 26. *ludi Romani* instituto L. Tarquinii regis Prid. Non. Sept. celebrati. Verr. V. 14. *nunc sum designatus aedilis; habeo rationem, quid a populo Romano acceperim; mihi* ludos sanctissimos *maxima cum ceremonia Cereri, Libero, Liberaeque faciundos; mihi Floram matrem populo plebique Romanae* ludorum *celebritate placandam, mihi* ludos *antiquissimos, qui primi Romani sunt nominati, maxima cum dignitate ac religione Iovi Iunoni Minervaeque esse faciundos.* Phil II. 43. *nescis heri quartum in circo diem* ludorum Romanorum *fuisse? te ipsum* (Antonium) *ad populum tulisse ut quintus praeterea dies Caesari tribueretur?* Att. II. 19. *ludi Apollinares*, quos Praetores edere solebant. Inde Brut. 20. Hoc praetore (Sulpicio Gallo) ludos Apollini faciente — mortem obiit Ennius. 3. Ludos *facere*. Sext. 55. dicitur is cuius sumptu fiunt. 4. Phil. VI. 4. *ubi plausus ille in triumpho est, saepe* ludis? i. e. quum ludi ederentur. Nempe Trebellius ille Dolabellae de tabulis novis in fraudem creditorum legem ferenti restiterat, ideoque ei quum imperatorem triumphantem comitaretur, saepius etiam quum ludi ederentur, datus a populo plausus est, et ipse fidei patronus appellatus. 5. Ludus componitur cum ioco. Off. I. 29. *nec enim ad* ludum et iocum *facti.* Verr. I. 60. *per* ludum *et* iocum *evertere aliquem.* 6. *Ludus* dicitur alicui res esse, quae ab eo contemnitur et vilipenditur. Flacc. 5. *qui dicit testimonium ex nostris hominibus ut se ipse sustentat — ut timet — ne quid plus minusve quam sit necesse dicat. Num illos* (Graecos) *item putatis? Quibus iusiurandum iocus est; testimonium* ludus. 7. Idem dicitur pro *re facili.* Verr. V. 70. *ad honores per* ludum *et negligentiam pervenire.* Orat. II. 17. *omnium ceterarum rerum oratio* ludus *est homini non hebeti neque inexercitato* — in causarum contentionibus magnum est quoddam opus atque haud sciam an de humanis operibus longe maximum. 8. Schola. Brut. 8. *Isocratis domus cunctae Graeciae quasi* ludus *quidam patuit, atque officina dicendi.* Fam. IX. 18. *Dionysius tyrannus quum Syracusis expulsus esset, Corinthi dicitur* ludum *aperuisse.* N. D. I. *Epicuri pater* ludi *magister fuit.* Q. Fr. III. 4. *ducebam mecum Ciceronem meum in* ludum *discendi non*

in *quadam parte urbis, quae modo ex illis aedibus conspici posset, egit statim cum Bucculeio, quod cuicumque particulae caeli officeretur, quamvis esset procul, mutari lumina putabat.* Nimirum non intelligebat servitutem ne luminibus officiatur, nihil aliud involvere, nisi ne ius sit vicino invitis nobis altius aedificare, atque ita minuere lumina nostrorum aedificorum. Dom. 44. *a Q. Seio contendit, ut sibi domum venderet; quum illi id negaret, primo se* luminibus *eius obstructurum minabatur.* 5 Ab hac significatione ducuntur metaphorae. Rab. Post. 16. *mentis* luminibus *officit altitudo fortunae et gloriae.* Brut. 17. *Catonis* luminibus *obstruxit haec posteriorum altius exaggerata oratio.* Opt. gen. or. 2. *sed earum omnium rerum, ut aedificiorum, memoria est quasi fundamentum,* lumen *actio.* 6. *Oculus.* Tusc. V. 39 *Democritus* luminibus *amissis alba scilicet et atra discernere non poterat* 7. *Dies.* Att. VII. 25. *si te secundo* lumine *hic offendero.* 8. *Ornamentum praecipuum.* P. Red. in Sen. 4. *hoc* lumen *consulatus sui fore putavit.* Q. Fr. II. 10. *illorum praediorum scito mihi vicinum Marium* lumen *esse.* N. D. I. 28. *Naevus Alcaeo* lumen *videbatur.* 9. *Primarium aliquod caput argumentationis.* Ac. pr. II. 33. *Sed illa sunt* lumina *duo, quae maxime causam istam continent.* Fin. II. 22. *At negat Epicurus (hoc* lumen *est) quemquam qui honeste non vivat iucunde posse vivere.* 10. Figura rhetorica. Orat. II. 27. *certis dicendi* luminibus *ornare orationem.* 11. De ingenii dotibus quae aliorum intelligentiae aut saluti prosunt. Somn. 2. *Hic tu ostendas oportet patriae* lumen *animi, ingenii, consiliique tui.* Orat. I 40. *prope cunctis civibus* lumen *ingenii et consilii sui porrigere atque tendere.* 12. Brut 75. *Caesar quum ad hanc elegantiam verborum Latinorum adiungit illa oratoria ornamenta dicendi, tum videtur tamquam tabulas bene pictas collocare in bono* lumine, h. e. illa ornamenta iis locis adhibet, ubi maxime elucescunt.

LUMINARE, fenestra. Att. XV. 26.

LUMINOSUS, illustris, splendore insignis. Orat. 36. *quum omnis pars orationis esse debet laudabilis — tum sunt maxime* luminosae *et quasi actuosae partes duae.* (*Zwey Stücke zeichnen sich durch ihren Glanz und ihre kräftige Wirkung besonders aus.*)

LUNA. N. D. II. 27. Luna *a lucendo nominata est, eademque est Lucina.* Vid. Ind. Rerum v. *Luna.*

nitatem ne sodalibus quidem parcant; immo in ipsa accusatione etiam sodalitatem commemorent.

LUPINUS. Catil. III. 8. *Romulus parvulus atque lactens, uberibus* lupinis *inhians.* Her. I 13. *Malleolus iudicatus est matrem necasse. Ei damnato statim folliculo* lupino (i. e. ex pelle lupina facto) *os obvolutum est.*

LUSCUS, altero oculo captus. Orat. II. 60 *Appius cenabo inquit apud te,* lusco. — *C. Sextio — uni enim locum esse video. Est hoc scurrile — et tamen dixit id, quod in omnes* luscos *conveniret.*

LUSIO. Fin. V. 20. *Videmus ut* (pueri) *quum paullum processerint* lusionibus *vel laboriosis delectentur.* Sen. 16. *Sibi habeant arma — sibi natationes et cursus; nobis senibus ex* lusionibus *multis talos relinquant et tesseras.*

LUSTRARE. 1. Percurrere. Fin. V. 29. *Pythagoras Aegyptum* lustravit N. D. II. 20. *Mercurii stella anno fere vertente signiferum* lustrat *orbem.* 2. De populo aut exercitu. Div. I 45 *In* lustranda *colonia ab eo qui eam deduceret, et quum imperator exercitum, censor populum* lustraret, *bonis nominibus, qui hostias ducerent, eligebantur.* 3. *Animo percurrere.* Off. I. 17. *quum omnia ratione animoque* lustraris.

LUSTRATIO. Phil. II. 23. *peragratio itinerum,* lustratio *municipiorum.* N. D. I. 31. *solis* lustrationem *menstruo spatio luna complet.* Tusc. V. 27. *bestiae — montivagos atque silvestres cursus* lustrationesque *patiuntur.*

LUSTRUM. 1. Tempus quinque annorum, sub cuius finem a censoribus census habetur et postea publicae preces et sacrificia suovetaurilia fiunt, quod dicitur *lustrum condere.* Orat. I. 41. *qui domini voluntate census sit, continuone an ubi* lustrum conditum *sit, liber sit.* Ibid. II. 66. is qui te ex aerariis exemit, lustrum condidit et taurum immolavit. Vid. Liv. I. 44. et ibi Gronov." *Ern.*

LUSTRUM, popina, lupanar. Phil. II. 3. *quum omnes impuritates pudica in domo quotidie susciperes vino* lustrisque *confectus.* Cael. 23. *domus in qua* lustra, *libidines, luxuries versantur.* Sext. 9. *emersus ex tenebris* lustrorum *ac stuprorum.* Phil. XIII. 11. *in* lustris *popinis, alea, vino tempus aetatis omne consumpsisses.*

secutus. Orat. I. 34. *illa commentatio inclusa in veritatis* lucem (h. e. causarum forensium celebritatem) *proferenda est.* Catil. IV. 6. *videor mihi hanc urbem videre*, lucem *orbis terrarum atque arcem omnium gentium subito uno incendio concidentem.* 6. Dignitas, honor. Deiot. 11. *Rex Deiotarus vestram familiam abiectam et obscuram et tenebris in lucem evocavit.* 7. Acad. pr. II. 8. *Quid? quod si ista vera sunt, ratio omnis tollitur, quasi quaedam* lux lumenque *vitae;* nempe quia ab ea pendet lex veri rectique. 8. Lux in oratione et in philosophia est perspicuitas et evidentia. N. D. I. 3. *multis sensi mirabile videri eam nobis potissimum probatam esse philosophiam, quae* lucem *eriperet et quasi noctem rebus offunderet.*

LUXURIA s. LUXURIES, intemperantia gulae aliarumque voluptatum cum profusione pecuniae coniuncta. Rosc. Am. 27. *in urbe* luxuries *creatur, ex luxuria* avaritia, *ex avaritia erumpit audacia.* Rull. I. 7. postquam dissuasit coloniam Capuam deduci, *quid cavendum est in coloniis deducendis? si* luxuries; *Hannnibalem ipsum Capua corrupit.* Muren. 36. *odit populus Romanus privatam* luxuriam, *publicam magnificentiam diligit.* Cael. 19. *in Caelio nulla* luxuries *reperietur, nulli sumptus, nullum aes alienum, nulla conviviorum ac lustrorum libido.* Verr. II. 54. *in mulierum corruptelis et in omni eiusmodi* luxuria *atque nequitia.* Off. I. 26. *res familiaris — augeatur ratione, diligentia, parsimonia, nec libidini potius* luxuriaeque, *quam liberalitati et beneficientiae pateat.* 2. De nimia herbarum ubertate. Orat III. 38 luxuriem *esse in herbis, laetas segetes etiam rustici dicunt.* 3. Metaphorice, de nimia orationis ubertate. Orat. II. 23. (in oratione Sulpicii) *interdum — in summa ubertate inest* luxuries *quaedam, quae stilo depascenda est.*

LUXURIOSE. Cael. 6. *cum libidinosis* luxuriose *vivere.*

LUXURIOSUS. Fin. II. 7. *nonne reprehenderes, Epicuri,* luxuriosos *ob eam ipsam causam, quod ita viverent, ut persequerentur cuiusque modi voluptates.* Rull. II. 18. *ut in suis rebus ita in republica* luxuriosus *est nepos qui prius silvas vendat, quam vineas.* Phil. II. 27. *multa et lauta supellex et magnifica multis locis, non illa quidem* luxuriosi *hominis sed tamen abundantis.* 2. Metaphorice, de herbis. Orat. 24. luxuriosa *frumenta,*

LUXUS. Verr. III. 25. *ridere convivae, cachinnari ipse Apronius, nisi forte existimatis eum in vino ac* luxu *non risisse, qui nunc in periculo atque exitio sub risum tenere non possit.*

LYCHNUCHUS, fulcrum s. loculamentum lucernae. Q. Fr. III. 7. *hanc scripsi ante lucem ad* lychnuchum *ligneolum qui mihi erat periucundus, quod eum te aiebant quum esses Sami curasse faciendum.* Lectionem hanc contra Smithum et Licetum (quibus placebat *lychnum*) defendit et ipsum locum illustrat Spanhem. de usu et praest. Numism. T. I. p. 170 *Ern.*

LYCHNUS, lucerna. Cael. 28. *Lux alia est solis alia* lychnorum.

LYMPHATUS. Div. I. 16. Graece νυμφόληπτος. Ita dicebantur, qui nympham aquaticam viderant, et aquam timebant; unde deinde pro perterritis et enthusiasmo aliquo furentibus, ut h. l. dicitur. Vid Cuper. Obs. III. 12. Heinsius et Drakenb. ad Silium I. 459. *Ern*

LYRA. Tusc. I. 2. *Themistocles quum in epulis recusasset* lyram, *habitus est indoctior.*

M.

MACELLUM. Fin. II. 15. (honestum dicitur quod laudetur) *propter voluptatem; quae est ista laus, quae possit e macello peti?* Div. II. 27. *si ista sequimur,* (quod haruspices maximum portentum esse dixerant quod clypeos mures rosissent) *si Epicuri de voluptate liber rosus esset, putarem annonam in* macello *cariorem fore.*

MACER. Rull. II. 25. *solum exile et* macrum.

MACERIA, murus hortorum. Fam. XVI. 18.

MACHAEROPHORUS. Q. Fr. II. 10. proprie est miles machaera, i. e. gladio brevi Persico armatus; h. l. ubi Cicero scribit: *Marium nostrum in lecticam — coniecissem, non illam regis* Ptolemaei Anicianam. *Memini enim quum hominem portarem ad Baias Neapoli octophoro* Aniciano, machaerophoris *centum sequentibus, miros risus nos edere, quum ille ignarus sui comitatus, repente aperuit lecticam, et paene ille timore, ego risu corrui* Nempe Anicius ille dono acceperat a Ptolemaeo Aulete, Aegypti rege, quum is Romam ve-

nisset, lecticam octophoron; i. e. quae propter magnitudinem ab octonis lecticariis portanda esset. Itaque videtur Cicero ioci causa centum Anicii servos, cuius villa erat in vicinia, conduxisse, ut quum illam lecticam undique contectam et velatam octo servi in humeros sustulissent, cum machaeris sequerentur. Et quum forte Marius remoto paululum velo caput e lectica exseruisset, armatis repente hominibus conspectis, magnopere conterritus est, quasi illi custodiae causa appositi se captivum ducerent.

MACHINA. 1. Sensu proprio. Verr. I. 20. *Columnae* machina *apposita deiectae.* 2. Pis. 19. *Regulus, quem Karthaginienses resectis palpebris illigatum in* machina *vigilando necaverunt.* Hic *machina* dicitur arca illa clavis transfixa, sive ut Appianus in Libycis dicit γαλεάγρα κέντρα πάντοθεν ἔχουσα, cui crudeles illi hostes Regulum incluserunt, poetico colore descripta a Silio Italico lib. VI. 2. 3. „Pet. Cons. 2. *amicum de* machinis *emit.* Salmasius ad Solin. p. 851. interpretatur de catasta, in qua inclusi venales prostiterint servi, quod οἴκημα κατάγειον Plutarchus dicat, Livius interpretetur *machinam.* Sic etiam Casaub. ad Pers. Sat. VI. p. 514. De his Martialis: *quos arcanae servant tabulata catastae.* De catasta multos laudat Broukhus. ad Tibull. II. 6." *Ern.* 4 Machinae metaphorice dicuntur doli, s. astuta consilia. N. D. III. 29. *nec quem dolum ad eum aut* machinam *commoliar scio.* Dom. 11. *desinant homines sperare iisdem* machinis *sperare me restitutum posse labefactari, quibus antea stantem perculerant.*

MACHINARI, struere, moliri. N. D. II. 59. *ad usum orationis incredibile est — quanta opera* machinata *natura sit.* Univ. 3. *quaeramus causam, quae eum impulerit, qui haec* machinatus *sit, ut originem rerum et molitionem novam quaereret.* N. D. II. 51. *bestiarum aliae mares, aliae feminae sunt, quod perpetuitatis causa* machinata *natura est.* Ibid. III. 26. *Niobe videtur sibi ipsa pestem* machinari. Or. III. 44. *quod* machinati *sunt ad voluptatem.*

MACHINATIO. N. D. II. 38. *quum* machinatione *quadam moveri aliquid videmus, ut sphaeram, ut horas.* — Ibid. II. 48 *data est quibusdam* (bestiis) *etiam* machinatio *quaedam atque sollertia, ut in araneolis.* — Orat. II. 17. (iudex ab oratore) *tamquam* machinatione

aliqua tum ad severitatem, tum ad remissionem animi —, *est contorquendus.*

MACHINATOR. Rosc Am. 45. *quivis potest intelligere omnium architectum et* machinatorem *unum esse Chrysogonum.* Sic Rull. I. 5.

MACIES. Rull. II. 34 *homo vegrandi* macie *torridus.* Tusc. III. 12. *corpus* macie *extabuit.*

MACROCOLLON. Att. XIII 25. XVI. 3. Charta s. membrana longior et maior; ex pluribus foliis s. paginis conglutinata. Falso scribitur a multis *Macrocolon*, quasi a κῶλον derivandum sit, quum potius, ut πρωτόκολλον, et ἐσχατοκόλλον a glutinando (κόλλα s. κόλλαν) nomen acceperit. Att. XIII 25. *impensam fecimus in* macrocolla. Ibid. XVI. 3. *syntagma translatum in* macrocollum.

MACTARE. 1. Interficere. Catil. I. 11. *summo supplicio* mactari *imperabis.* Pis 7. *quorum ego furori nisi cessissem, in Catilinae busto* mactatus *essem.* Verr. IV. 26. *ius civitatis supplicio* mactatum; quum Verres scil. civem Romanum in crucem sustulisset. 2. Perdere. Flacc. 22. *tradere aliquem civitatis testimonio* mactandum. 3 Proprie dicitur in sacrificiis quum victimam priusquam immolaretur, ture et vino cumularent, et mactarent, quasi magis augerent. Hinc *mactare* pro *augere.* Vatin. 6. *puerorum extis deos manes* mactare. Cael. 36. *quo etiam maiore malo es* mactandus.

MACTE. Tusc. I. 18. Att. VII. 7. Macte *virtute.* Att. XV 29. *Formiani — Plancum se aiebant hunc Buthrotium* (qui profectus erat ad agrum Buthrotium dividendum) *vidisse demissum sine phaleris; servulos autem dicere eum et agripetas eiectos a Buthrotiis! Macte!* Hoc verbo laudantur Buthrotii, quod illum eiecissent.

MACULA. 1. Sensu proprio. N. D. I. 28. *est corporis* macula, *naevus.* 2. Metaphorice, de probro aut dedecore. Verr. V. 46. *errabas, quum te* maculas *furtorum et flagitiorum tuorum sociorum innocentium sanguine eluere arbitrabare.* Sext. 29. *quoniam illa in republica* macula *regni publicati maneret* (quum Ptolemaeus Cypro eiectus eaque insula in provinciae Romanae formam redacta esset). 3 *Macula* est etiam foramen s. plaga in reti. Verr. V. 11. *reticulum minutis* maculis (*mit engen Maschen*). 4. Somn. 6 *vides habitari in terra raris et angustis in locis et in ipsis quasi* ma-

culis, *ubi habitatur* (*auf den kleinen bewohnten Flecken*) *vastas solitudines interiectas.*

MACULARE. Sensu metaphorico, labem probrum s. turpitudinem inferre. Milon. 31. *Latiaris Iupiter cuius ille* (*Clodius*) *lacus, nemora, finesque saepe omni nefario stupro et scelere* maculabat. Sext. 28. *eo negotio M. Catonis splendorem* maculare *voluerunt.*

MACULOSUS. 1. Sensu proprio. Maculis inquinatus. Phil. II. 29. *vestis Pompeii non multa, eaque* maculosa. 2. Metaphorice, turpis, censoria nota infamis. Att. I. 19 maculosi *senatores.*

MADEFACERE. Phil XIV. 3. *imbuti sanguine gladii exercituum nostrorum, vel* madefacti *potius.* Div. I. 32. *Audivi Coponium — dixisse, remigem quendam — vaticinatum*, madefactum *iri minus XXX diebus Graeciam sanguine.*

MADERE. Phil. II. 41. *natabant pavimenta vino,* madebant *parietes.* P. Red. in Sen. 6. madenti (*scil.* unguentis) *coma, composito capillo.*

MADIDUS. Q. Fr. II. 11. *sed ille fasciculus* (epistolarum) *totus aqua* madidus *mihi redditus est.*

MAENA, pisciculus marinus vilioris pretii Gr. μαίνη s. μαινίς. Fin. II. 28. *qui voluptatem ipsam contemnunt, iis licet dicere se acipenserem* maenae *non anteponere.*

MAGIS. Rosc. Am. 14. *annos natus* magis *quadraginta.* Fam. VI. 17. *quotidie* magis ac magis *suspicor.* Phil. I. 2. *quotidie* magis magisque *perditi homines urbi minabantur.* Att. XVI. 5. magis est quod *gratuler tibi, quam quod te rogem.* Cael. 7. *cuius* (Catilinae) *in magnis catervis amicorum si fuit etiam Caelius,* magis est ut *ipse moleste ferat errasse se, quam ut istius amicitiae crimen reformidet.*

MAGISTER. 1. Praeceptor, doctor. Sen. 9. *nec ulli bonarum artium* magistri *non beati putandi, quamvis consenuerint vires atque defecerint.* Inv. I. 25. quos habuerit *artium liberalium* magistros, *quos vivendi praeceptores.* Orat. 31. *existimator alicuius artificii, non* magister. N. D. I. 26. *Epicurus gloriabatur — se* magistrum *habuisse nullum, quod et non praedicanti facile crederem, sicut mali aedificii domino glorianti, se architectum non habuisse.* Orat. 3 *ille non intelligendi solum sed etiam dicendi gravissimus auctor et* magister *Plato.* Phil. II. 3. *invideo* magistro *tuo qui te tanta*

mercede — nihil sapere docuit. Fam. IX. 10. magister cenandi, discipulus dicendi. 2. Transfertur a personis ad res. Orat. i. 33 *stilus optimus et praestantissimus dicendi effector ac* magister hab. Post. 4. *usus* magister *est optimus.* Hortens. fr. *imbecillus est pudoris* magister *timor.* 3. „*Magister* dicitur director ut hodie aiunt. Verr. III. 7 magister *scripturae,* i. e. vectigalium e pascuis. Fam. XII 65. *in scriptura* pro magistro *dat operas* ubi *pro magistro* est quod hodie aiunt *Vice-Director.* Verr. II. 74. magister *societatis* Similiter dicuntur *magistri* (auctionum) qui quum bona alicuius venduntur auctione ab iis, quorum interest, constituuntur, ut eius rei curam suscipiant, quos hodie *Curatores bonorum* appellant." *Ern.* Quint. 15. *cuius bona ex edicto possidentur, huius omnis fama et existimatio cum bonis simul possidentur; de quo libelli* (quibus dies auctionis bonorum indicatur) *in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem tacite obscuroque conceditur; cui* magistri *fiunt et domini constituuntur, qui qua lege et qua conditione pereat, pronuncient, de quo homine praeconis vox praedicat et pretium conficit; huic acerbissimum vivo videntique funus ducitur.* Fragm. orat. pro Fonteio ap. Quintilian. Inst. or. VI. 3, 51. *pervenit res usque ad aenigma; quale est Ciceronis in Pletrium Fonteii accusatorem,* cuius matrem *dixit,* dum vixisset ludum, postquam mortua esset, magistros habuisse. *Dicebantur autem, dum vixit, infames feminae convenire ad eam solitae: post mortem bona eius venibant. Quanquam hic* ludus *per translationem dicitur,* magistri *per ambiguitatem.* Att. I. 1. *Pontius quem putabant* magistrum *fore, si bona venirent.* 4. *Magister equitum.* Att. IX. 18. collega dictatoris, qui praeest equitatui. Ipse dictator nonnunquam dicitur *magister populi.* Leg. III. 4—5 *magister morum* Fam. III. 13. est censor.

MAGISTERIUM. 1. In convivio est eius, qui mox imperator dicitur, *regnum vini,* ut Horatius ait. Sen. 14. *me et* magisteria *delectant a maioribus instituta.* 2. Prov. Cons. 9. *morum magisterium* est *censura,* nam et censor *magister morum* dicitur. Vid. Gronov. ad Liv. XXIV. 15. *Ern.*

MAGISTRA. Tusc. V. 2. *philosophia* magistra *vitae.* Rosc. Am. 27. *vita rustica — parsimoniae, diligentiae, iustitiae* magistra *est.* N. D. I. 13. Chrysippus

— *legis perpetuae et aeternae vim, quae quasi dux vitae et* magistra *officiorum sit, Iovem dicit esse.*

MAGISTRATUS. 1. Munus eorum qui remp. gerunt ut consules, praetores, aediles etc. Muren. 35. *Cato negat, iudicium hominum in* magistratibus *mandandis corrumpi voluptatibus oportere:* Ibid. 36. *ais nulla re allici hominum mentes oportere ad* magistratum *mandandum nisi dignitate.* Lael. 17. *ubi eos inveniemus, qui honores,* magistratus, *imperia, potestates, opes amicitiae non anteponant?* Leg. III. 20. apud eosdem (censores) *qui* magistratu *abierint, edant et exponant, quid in* magistratu *gesserint.* 2. Ipsi qui remp. gerunt ut consules, praetores etc. magistratus dicuntur. Leg. III. 1. Magistratus *haec est vis, ut praesit praescribatque recta et utilia et coniuncta cum legibus; ut enim* magistratibus *leges, ita populo praesunt* magistratus, *vereque dici potest* magistratum *legem esse loquentem, legem autem mutum* magistratum. Off. I. 34. *est proprium munus* magistratus, *intelligere se gerere personam civitatis debereque eius dignitatem et decus sustinere, servare leges, iura describere, ea fidei suae commissa meminisse.*

MAGNANIMITAS. Off. I. 43. *quum omnis honestas manet a partibus quatuor, quarum una sit cognitionis; altera communitatis; tertia* magnanimitatis (h. e. fortitudinis et animi roboris) *quarta moderationis, hae in deligendo officio saepe inter se comparentur necesse est.*

MAGNANIMUS. Off. I. 29. *Viros fortes* magnanimos *eosdem bonos et simplices veritatis amicos minimeque fallaces esse volumus.*

MAGNES. Div. I. 39. *cur fiat quidque quaeris? Recte omnino. Sed non nunc id agitur; fiat necne fiat id quaeritur. Ut si* magnetem *lapidem esse dicam, qui ferrum ad se alliciat et trahat, rationem cur id fiat afferre nequeam, fieri omnino neges. Quod idem facis in divinatione.*

MAGNIFICE. 1. De splendore conviviorum, habitationum, supellectilis. Quint. 30. magnifice *ac splendide ornare convivium.* Verr IV. 27. *exornat ample* magnificeque *triclinium.* Dom. 44. *Iste habitare laxe et* magnifice *voluit.* Inv. II. 40. *vasa* magnifice *et pretiose caelata.* 2. De vitae aut orationis dignitate et

per dies quinque magnificae. Q. Fr. III. 8. *ludi* magnificentissimi *et munus sumptuosum atque* magnificum. Off. II. 16. *Crassus* magnificentissima *aedilitate functus est.* Rull. 11. magnifica *populi Romani vectigalia.* 2. De altitudine animi et splendore rerum gestarum et honorum. Off. I. 23 *illud honestum quod ex animo excelso* magnificoque *quaerimus* Rull. II. 2. *est illud amplissimum, quod hoc honore* (consulatus) *primum me ex novis hominibus multis post annis affecistis — sed tamen* magnificentius *atque ornatius esse illa nihil potest, quod meis comitiis non tabellam, vindicem tacitae libertatis, sed vocem vivam indicem vestrarum erga me voluntatum ac studiorum tulistis.* Sen. post Red. 1. magnificentissimum *decretum.* 3. De altitudine orationis. Orat. II. 21. *genus dicendi* magnificum *atque praeclarum.* Brut. 33. magnificentius *genus dicendi et ornatius.* Pis 3. magnificentius *est dicere quemadmodum gesserimus consulatum, quam quemadmodum ceperimus.*

MAGNILOQUENTIA, de oratione sublimi. Fam. XIII. 15. *Homeri* magniloquentia. Orat 57. *dactylicus numerus hexametrorum* magniloquentiae *accommodatior.*

MAGNITUDO. 1. De corporibus eorumque affectionibus. Phil. XIII. 2. *si maria, montes, regionumque* magnitudines *interessent.* Fin. III. 14. magnitudo *maris Aegaei.* Off. I. 44. *si dinumerare se stellas, aut metiri mundi* magnitudinem *posse arbitretur.* Verr. V. 10. magnitudo *frigorum.* Rull. II. 35. *Campani semper superbi bonitate agrorum et fructuum* magnitudine, *i. e.* magna copia. 2. De animo eiusque affectionibus et actionibus. Fam. I. 7. magnitudinem *animi tui ne inflectas cuiusquam iniuria.* Ibid. II. 7. magnitudo *et vis amoris.* Deiot. 11. *acerbitatis et odii* magnitudo.

MAGNUS. 1. De rebus. N. D. II. 66. magna *dii curant, parva negligunt* Orat. 4. magnis *saepe rectissime parva conferuntur.* Orat. 10. magnum *opus et arduum.* Muren 3. *vetus et* magna *amicitia.* 2. De personis. Fam. X. 6. magnus *consul et consularis.* Att. VI. 1. magnus *praetextatus illo die fui* (scil. nonis illis Decembribus in consulatu Ciceronis). Q. Fr. II. 13. magnus *veterator.* Off. III. 17. *in his* magni *iudicis est statuere, quid sit aequum.* Leg. III. 6. a magno *homine et in primis erudito Panaetio tractata.* N. D. II. 66. *nemo vir* magnus *sine aliquo afflatu divino umquam fuit.* 3. Magnum esse aliquid dicitur quod est difficile, aut ma-

gni ponderis. Ac. post. I. 2. magnum *est efficere, ut quis intelligat, quid sit illud verum et simplex bonum.* Lael 19 Maximum *est in amicitia superiorem parem esse inferiori.* „Fam X II. 26. magnum *esse apud te speravit meas literas.* Sic e Mss edidit Victorius deletis verbis *pondus habituras,* quae alibi addit Cicero; putatque hunc modum loquendi esse elegantiorem, quem P. Manutius non satis concoquebat. Nec Victorium imitatus est Camerarius aut Stephanus etc. Est autem Graeca forma loquendi intelligendumque *negotium.*" *Ern.*

MAIALIS. Pis. 9. est porcus pinguis qui Maiae mactatur; h. l. convicii causa dicitur in Pisonem, Epicuri de grege porcum.

MAIESTAS. 1. Tribuitur populo Romano, et complectitur omnia iura summi imperii, ut belli et pacis, magistratuum creandorum, legum ferendarum. Orat. II. 39. *si* maiestas *est amplitudo ac dignitas civitatis, is eam minuit qui exercitum hostibus populi Romani tradidit.* Inv. II. 18. Maiestatem *minuere est aliquid de rep. quum potestatem non habeas administrare.* Rab. Perd. 1. *non Rabirium culpa delicti, non invidia vitae — in discrimen capitis vocaverunt; sed ut illud summum auxilium* maiestatis *atque imperii, quod nobis a maioribus est traditum, de re publica tolleretur.* Phil. I. 9. *altera promulgata lex est, ut et de vi, et de* maiestate *damnati ad populum provocent si velint. Haec utrum tandem lex est, an legum omnium dissolutio? — Quid enim turpius, quam qui* maiestatem *populi Romani per vim minuerit, eum, damnatum iudicio, ad eam ipsam vim reverti, propter quam sit iure damnatus?* 2. Tribuitur etiam consuli. Pis. 11. *magnum nomen est, magna species, magna dignitas, magna* maiestas *consulis* 3. Item iudicibus. Rosc. Am. 19. maiestate *iudicum abuti ad quaestum atque ad libidinem.* 4. Item diis. Div. I. 38. *si sunt dii neque ante declarant hominibus quae futura sunt, aut non diligunt homines aut — aut — aut non censent esse suae* maiestatis *praesignificare hominibus, quae sunt futura* N. D. II. 30. *sustinendi muneris propter imbecillitatem difficultas minime cadit in* maiestatem *deorum.* Mil. 30. ubi cum plurimis MSS et Edd. legitur *nisi qui nullam vim ducit numenque divinum.* Graevius ex aliquot Edd. et Cod. recepit *nisi qui nullam* maiestatem *ducit numenque divinum.* Sed quum Cicero paullo post dicat: *Est pro-*

fecto illa vis; melior videtur lectio vulgaris, quum alibi etiam saepius *vim atque numen deorum* Cicero coniungat. 5 Omnino dicitur nonnunquam pro magna dignitate Fam. XV. 5. in epistola Catonis: *existimes me laborare, ut tibi persuadeam me voluisse de tua* maiestate *quod amplissimum sim arbitratus.* 6 Dicitur etiam de eximia gravitate orationis. Lael. 25. *quanta fuit gravitas, quanta in oratione* maiestas!

MAIORES. 1. *Ahnen, Voraltern.* Phil. III. 10. *L. Philippus vir patre, avo,* maioribusque *suis dignissimus.* Leg. II. 3. maiorum *hic multa vestigia.* 2. Vorfahren, Q. Fr. I. 10. Maiores *nostri libertis suis non multa secus ac servis imperabant.* Fam. XIII. 10. maiorum mos. Att. I. 1. Maiorum *more sine fuco ac fallaciis negatur.*

MAIUSCULUS. Fam. IX. 10. *in* maiuscula cura *negotioque versari.*

MALA. Maxilla. Orat. III. 58. *ut meos* malis *miser manderem natos.* Sic inducitur loquens Thyestes ab Attio in tragoedia Atreus inscripta

MALE. 1. In emendo est *nimis magno pretio.* Q. Fr. I. 1. publica male *redimere.* 2. In vendendo *nimis vili.* Verr. III. 98. male *vendere.* 3. *Parve, tenuiter.* Ibid. male *percepti fructus.* 4. In foro variis in formulis est. Caecin. 28. male *facere sponsionem* est causa cadere in qua sponsionem fecisti. Quint. 14. male *agere,* est actionem alicui intendere, quam obtinere non possis, ut formula cadas, quemadmodum dicitur. Vid. Interpp. ad h. l. Sed c. 116. 27. male agere est fraudare, decipere velle. *Ern.*

MALEDICE. Off. I. 37. *quum de absentibus detrahendi causa aut per ridiculum, aut severe,* maledice *contumelioseque dicitur.*

MALEDICERE. Orat. II. 75. *si quis mihi* maledicat *petulans videatur.* Deiot. 10. imitari potius, Castor, avi tui mores disciplinamque debebas, quam *optimo et clarissimo viro fugitivi ore* maledicere. Cael. 3. aliud *est* maledicere, *aliud accusare.*

MALEDICTIO. Cael. 3. maledictio *nihil habet propositi praeter contumeliam, quae si petulantius iactatur, convicium; si facetius, urbanitas nominatur.*

MALEDICTUM. Muren. 6. *Saltatorem appellat Murenam Cato.* Maledictum est, *si vere obiicitur, vehementis accusatoris; sin falso,* maledici *conviciatoris.*

Quare quum ista sis auctoritate, non debes M. Cato arripere maledictum *ex trivio, aut ex scurrarum aliquo convivio, neque temere consulem P. R. saltatorem vocare.* Phil. XIII. 19. quum Antonius in literis Ciceronem *lanistam* appellasset, Cicero regerit: *Pergit in me* maledicta, *quasi vero ei pulcherrime priora processerint; quem ego inustum verissimis* maledictorum *notis tradam hominum memoriae sempiternae.* Planc. 23. *nihil est tam volucre, quam* maledictum, *nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur; nihil latius dissipatur.* Brut. 47. *in altercando cum aliquo aculeo et* maledicto *facetus.* Flacc. 20. *Hermippum — probris omnibus* maledictisque *vexavit.* Sull. 8. quum Torquatus Ciceronem *regem* appellasset, Cicero reponit: *si te potentia mea, si dominatio, si denique aliquod dictum arrogans aut superbum movet, quin tu id potius profers, quam verbi invidiam contumeliamque* maledicti. Dom. 35. maledictum *crudelitatis.* Cael. 7. maledicta *pudicitiae*, sunt quibus Caelii pudicitia infamabatur.

MALEDICUS Her. II. 8. *homo natura malivolus et* maledicus. Flacc. 3. *qui* in maledicentissima *civitate omne crimen effugit.* Ibid. 28. in tam suspiciosa et maledica civitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. Mur. 6. Maledicus *conviciator.*

MALEFACIO. Fam. XI, 21. *Dii isti Segulio* malefaciant.

MALEFACTUM. Off. II. 18. *Benefacta [male] locata* malefacta *arbitror;* ex Ennio.

MALEFICIUM. Cael. 31. *Accusavit* (Caelius) *C. Antonium, collegam meum* (scil. redeuntem ex provincia Macedonia lege repetundarum accusavit, ita tamen ut simul participem fuisse Catilinariae coniurationis criminaretur) *cui misero praeclari in remp. beneficii* (quod scil. eius auspiciis Catilina cum copiis suis caesus erat) *memoria nihil profuit, nocuit opinio* maleficii *cogitati!* Ibid. 22. *non perficiendi, non occultandi* maleficii *spes, non ratio ulla non vestigium maximi facinoris reperietur.* Planc. 19. *iam ut ego doceo* gratiosum esse *tribulibus Plancium, quod multis benigne fecerit — sic tu doce sequestrem fuisse, largitum esse, — quod si non potes, noli tollere ex ordine nostro liberalitatem, noli* maleficium *putare esse* gratiam. —

MALEFICUS. Verr. V. 55. maleficorum *sceleratorumque custodiae.* Tusc. V. 20, *De Dionysio Syracu-*

sanorum tyranno — sic scriptum accepimus; summam fuisse eius in victu temperantiam, in rebusque gerendis virum acrem et industrium, eundem tamen maleficum *natura et iniustum.*

MALIVOLENTIA. Tusc. IV. 9. malivolentia (e Stoicorum definitione) *voluptas ex malo alterius sine emolumento suo* (*Schadenfreude*). Q. Fr. I. 1, 34. *posteriorum erit verius iudicium obtrectatione et* malivolentia (*Mifsgunst*) *liberatum.* Fam. I. 9. *novi animum tuum, tum mihi amicissimum, tum nulla in ceteros* malivolentia *suffusum.*

MALIVOLUS. Her. II. 8. *homo natura maledicus et* malivolus. Balb. 25. *ut omnium* malivolorum, *iniquorum, invidorum animos frangeremus.* Att. VII. 2. *Cato in me turpiter fuit* malivolus, (quod scil. ei supplicationem non decreverat). *Dedit integritatis, iustitiae, clementiae, fidei mihi testimonium, quod non quaerebam; quod postulabam, negavit.* Ad h. l. iucundum est comparare mutuas Catonis et Ciceronis epistolas. Fam. XV. 5. et 6.

MALITIA. N. D. III. 30. *si rationem hominibus dii dederunt,* malitiam *dederunt. Est enim* malitia, *versuta et fallax nocendi ratio.* Off. III. 17. *Quocirca astutiae tollendae sunt, eaque* malitia *quae vult illa quidem videri se esse prudentiam, sed abest ab ea distatque plurimum. Prudentia est enim locata in delectu bonorum et malorum;* malitia, (*si omnia quae turpia sunt mala sunt*) *mala bonis ponit ante.* Partit. 23. *prudentiam* malitia *imitatur.* Off. II. 3. *efficitur, ut quidquid honestum sit, idem sit utile. Quod qui parum perspiciunt, hi saepe versutos homines et callidos admirantes* malitiam *sapientiam iudicant.* Rosc. Com. 7. (de C. Fannio Chaerea qui Roscio Comoedo litem intenderat eumque fraudis insimularat). *Nonne ipsum caput, et supercilia illa penitus abrasa olere* malitiam, *et clamitare calliditatem videntur.* 2. Mitiore sensu malitia tribuitur nonnunquam per iocum amicis, ut calliditas eorum significetur. Fam. IX. 19. *tamen a* malitia *non discedis.* Bene Wielandus ut plurima vertit: *Dafs du doch deine Schalkheit nicht lassen kannst.*

MALITIOSE. Off. III. 15. *quum dicitur,* inter bonos bene agier, *quidquam agi dolose aut* malitiose *potest?* Verr. II. 53. *nihil vafre nec* malitiose *facere.* Att. XV. 13. Clodium nihil arbitror malitiose; (scil.

facturum) quamquam . . . *sceleste quidem egerit;* (h. e. quamquam certi nihil habeo; sed si fecerit, sceleste egerit.)

MALITIOSUS. De Rep. fr. l. III. *non sunt in disputando vafri, non veteratores, non* malitiosi. Off. III. 15 *hoc celandi genus,* (scil. *quum quod tu scias id ignorare emolumenti tui causa velis eos, quorum intersit id scire*) *quale sit et cuius hominis quis non videt? certe non aperti, non simplicis, non ingenui, non iusti, non viri boni; versuti potius, obscuri, astuti, fallacis,* malitiosi, *callidi, veteratoris, vafri.* Ibid. I. 10. *exsistunt saepe iniuriae calumnia quadam et nimis callida sed* malitiosa *iuris interpretatione.* Ibid. III. 18. *mihi etiam verae hereditates, non honestae videntur, si sint* malitiosis *officiorum blanditiis quaesitae, non veritate sed simulatione.*

MALLE. Orat. 45. malle *pro* magis velle; nolle *pro* non velle. Att. VIII. 7. malo *me cum Pompeio vinci, quam cum istis vincere.* Att. VI. 1. *noli putare me quidquam* maluisse, *quam ut mandatis tuis satis facerem.* Planc. 24. *Ego illi* (filio meo) *omnia* malo, *quam mihi.* Att II. 16. *in hac re* malo *universae Asiae et negotiatoribus;* scil. *satisfacere.* Balb. 7. *illud peto ut — hominis ipsius ornamenta adiumento causae* potius, *quam impedimento esse* malitis. Similiter *potius* cum *malle* componitur. Ligar. 2. An ille si *potuisset, ullo modo evadere, Uticae* potius, *quam Romae — cum alienis esse quam cum suis* maluisset; quem pleonasmum Graecis frequentem illustrat Vechnerus Hellenol. I. 2, 6. ubi plura exempla adiecit Heusingerus.

MALLEOLUS. 1. In vitibus est palmes novus, cum parte ligni durioris ab utraque parte recisus, ut malleoli figuram habeat. Sen. 15. And. Columell. III. 6, 3. 2. in re militari sunt manipuli spartei pice inducti (Pechkränze) quibus sagitta inserta (unde malleoli figura) ut proiiciantur in hostilia munimenta opera, tecta. etc. incendii excitandi causa. Catil. I. 13. Milon. 24. Vid. Lipsii Poliorcet. V. 5. et quos praeterea laudat Drakenborch ad Liv. XXXVIII. 6 *Ern.*

MALVA. Fam. VII. 26. *Ego qui me ostreis et muraenis facile abstinebam a beta* et malva (herbis scil. in cena augurali suaviter conditis) deceptus sum, scil. ut me vehemens διάῤῥοια arriperet.

MA-

MALUM. Pomum. Fam. VIII. 15. *mala* orbiculata. Vid. ORBICULATUS.

MALUM. Leg. III. 10. *Est iniqua in omni re accusanda, praetermissis bonis* malorum *enumeratio.* Phil. V. 11. *omne* malum *nascens facile opprimitur, inveteratum fit plerumque robustius.* N. D. III. 30. *tantum a diis immortalibus arbitramur* malorum *sementem esse factam?*

MALUM, indignationis verbum, interrogationibus interiectum. Phil. I. 6. *Quaenam* (malum!) *est ista voluntaria servitus?* Off. II. 15. *quae te* (malum!) *ratio in istam spem induxit?* Verr. II. 17. *quae* (malum!) *fuit ista amentia?*

MALUS, subst. (*Mastbaum*). Verr. V. 34. Cleomenes *in quadriremi* malum *erigi vela fieri, praecidi ancoras imperavit.* Sen. 6. *qui in re gerenda versari senectutem negent, similes sunt iis, qui gubernatorem in navigando agere nihil dicant, quum alii* malos *scandant, alii per foros cursent, alii sentinam exhauriant.*

MALUS, adi. N. D. III. 30 *everriculum malitiarum omnium iudicium de dolo* malo. Pis. 30. *quoniam te non Aristarchum sed Phalarim grammaticum habemus, qui non notam apponas ad* malum versum, *sed poetam armis persequare.*

MAMMA. Div. II. 41 *puer lactens in gremio matris sedens,* mammam *appetens.* N. D. II. 51. *quae multiplices fetus procreant, ut sues, ut canes, his* mammarum *data est multitudo.* 2. De sexu virili Fin. III. 5. *membrorum alia* (donata) *nullam ob utilitatem quasi ad quendam ornatum, ut — viris* mammae *atque barba.*

MANCEPS, redemptor, conductor. Sic *publicani* dicuntur *mancipes*, quia publica vectigalia redimunt. Dom. 10. item alii redemptores decumarum. Caecil. 10. porro redemptor aedificii alicuius aut operis publici. Verr. I, 54. item qui praedam emit. Dom. 18. item is qui et *sector* dicitur. Rosc. Am. 8 *hominis studiosissimi nobilitatis* manceps, *fit Chrysogonus,* i. e. bonorum eius emptor s sector. Denique is, qui pecuniam emit, et eam alio loco ei a quo accepit, aut eodem genere, aut in alio numorum solvendam curat. Fam. V. 20. *erat enim nobis curata pecunia Valerii mancipis nomine,* h. e. Valerius redemerat pecuniam sine periculo nostro nobis, quo loco volebamus solvendam.

MANCIPATUS alicui, est ei quasi venditione in potestatem traditus, et addictus. Cat. 11. *senectus honesta est, si — ius suum retinet, si nemini* mancipata est. Sed h. l. vulgo legitur *emancipata*. Phil. II. 21. iste venditum atque mancipatum tribunatum consiliis vestris opposuit. At hoc quoque loco nunc melius legitur *emancipatum*, quod defendit Heusingerus.

MANCIPI pro *mancipii*. Vid. MANCIPIUM.

MANCIPIUM. 1. Top. 26. mancipio *dare*, cf. ad Att. XIII. 5. h. e. ex lege venditionis iure mancipii de quo mox. 2. *Res mancipi* sunt, quae venduntur per aes et libram, praesentibus quinque testibus, quo ritu venditor obligatur ad evictionem praestandam. Isque mos adhuc duravit Plinii maioris temporibus, ut patet ex H. N. XXX. 3. Locus disertissimus de tota re est ap. Plaut. Curcul. IV. 2. 8. sqq. Sed Ciceroniana videamus. Muren. 2. *si in iis rebus repetendis, quae* mancipi *sunt, is iudicii periculum praestare debet, qui se nexu obligavit.* Unde *ius mancipi* s. *mancipii*. Harusp. 7. Flacc. 32. Caecin. 26. quod est earum rerum, quae mancipio et nexu, h. e. ritu commemorato nobis traditae sunt. Ceterum notandum est Ciceronem, quum iungat plerumque mancipium *et* nexum, tamen Harusp. 7. ea distinguere, quod faciebat auctore Varrone Scaevola, quum Manilius ICtus pro eadem re haberet. Manilius quicquid per libram geritur, id *nexum* putabat, adeoque etiam *mancipium*; Scaevola contra ea tantum *nexus* nomine comprehendebat, quae per aes et libram dabantur, ut obligarentur, et ab hac appellatione *mancipium* excludebat. Vid. Salmas. de Usur. c. 8. p. 205 sqq. de rebus mancipi et iure mancipii. Vid. etiam Bynkershoekii Diss. de rebus mancipi et nec mancipi in Opusc. p. 105. inprimis cap. 1. et 2. a quo miror non esse cap. 19 ubi de praediis provincialibus agit, allatum locum Ciceronis Flacc. 32. qui huc inprimis pertinebat. 3. *Mancipium* est etiam pro formula et conditionibus abalienationis. Off. III. 16. *hoc in* mancipio *Marius non dixerat.* Pro quo est *mancipii lex*. Orat. I. 39. *in* mancipii lege *non dixit.* 4. De domo per aes et libram vendita vel empta. Orat. I. 39. *quicquid vitii fuisset in* mancipio; sed est sermo de domo. 5. Pro dominio ad Brut. 16. *sui iuris et* mancipii *resp. esset.*" Hactenus Ernesti; cui tamen non concedo *mancipium* pro *formula mancipii* poni. Nam in loco Off. III. 16.

verba: *hoc in* mancipio *Marius non dixerat*, ita sunt interpretanda: in *mancipio faciendo, in transferendo dominio;* quod vidit Heusingerus ad h. l. At si dicitur *lex mancipii* utique intelligitur formula venditionis, nobis *Kaufcontract.*

MANCIPIUM, servus, vel ex hostibus captus vel emptus, vel domi ex ancilla natus. Att IV. 15. *nulla spes praedae nisi ex* mancipiis. Planc. 25. ut nos in mancipiis *parandis, quamvis frugi hominem si pro fabro aut pro tectore emimus, ferre moleste solemus, si eas artes, quas in emendo secuti sumus, forte nesciverit; sin autem emimus, quem villicum imponeremus, quem pecori praeficeremus, nihil in eo nisi frugalitatem, laborem, vigilantiam esse curamus: sic populus Romanus deligit magistratus, quasi reipublicae villicos etc.* Off. III. 23. *in* mancipio *vendendo dicendane vitia, non ea quae nisi dixeris, redhibeatur* mancipium *iure civili, sed haec: mendacem esse, aleatorem, furacem, ebriosum. Alteri dicenda videntur, alteri non videntur.*

MANCUS. 1. Aliquo membro curtatus aut debilis. Rab. Perd. 7. Scaevola mancus et membris omnibus captus ac debilis. 2. De aliis rebus, imperfectus. Mil. 9. *occurrebat* (Clodio) mancam *ac debilem praeturam suam futuram consule Milone.* Off. I. 43. *cognitio contemplatioque naturae* manca *quodammodo atque inchoata sit, si nulla actio rerum consequatur.*

MANDARE. 1. *Auftragen.* Fam. III. 4. mandavi *filio, quae illum veliem loqui tuum.* 2. *Anvertrauen.* Verr. IV. 37. *populum Romanum hominibus novis honores* mandare. 3. *Anbefehlen.* Or. I. 58. mandandum *aliquid procuratori de agricultura.* 4. *Bestellen.* Att. VI. 1. *vasa* mandavi. Ibid. I. 10. *praeterea typos tibi* mando, *quos in tectorio atrioli possim includere.* 5. *Memoriae mandare,* im Gedächtnifs behalten, auswendig lernen. Phil. III. 9. *sententiolas edicti* memoriae mandavi. Lael. I. *disputationis sententias memoriae* mandavi. 6. *Mandare* literis, monumentis, historiis, scriptis, versibus, *verfassen, verzeichnen.* Orat. II. 12. mandare *literis res omnes singulorum annorum.* Div. II. 23. *loquentis verba excipere,* literisque mandare. Ac. pr. II. 1. *literis consignamus, quae* monumentis mandare *volumus.* Div. II. 32. *simiae Dodonaeae improbitatem* historiis *Graecis* mandatam *esse demiror.* Off. II. 1. mandare *scriptis actiones.* Arch. 9. *neque quisquam est tam aversus a*

Musis, qui non mandari *versibus aeternum suorum laborum facile praeconium patiatur.* 7. Mandare est etiam, i. q. eiicere, amandare. Sull. 20. *familiarissimum suum dimittere ab se et* mandare *in ultimas terras.*

MANDATUM, Auftrag. Rosc. Am. 58. *In privatis rebus si qui rem* mandatam *non modo malitiosius gessisset, sui quaestus aut commodi causa, verum etiam negligentius, eum maiores nostri summum admisisse dedecus existimabant. Itaque* mandati *constitutum est* iudicium, *non minus turpe quam furti.* — Ibid. *quid recipis* mandatum, *si aut neglecturus aut ad tuum commodum conversurus es.* Ibid. 39. *in minimis privatisque rebus etiam negligentia* mandati *in crimen iudiciique infamium revocatur propterea, quod si ratione fiat, illum negligere oporteat, qui* mandarit, *non illum qui* mandatum *receperit.*

MANDATUS, subst. Caecin. 7. mandatu *Caecinae.* Sic legitur inde a Lambino. Olim erat *mandato.*

MANDATUS. Tusc. II. 76. *pestis* mandata (i. e. *imposita, inflicta*) *hostili manu;* de vulnere; sed est e poeta. *Ern.*

MANDERE. 1. N. D. II. 47. *alia* (animalia) *sugunt, alia carpunt, alia vorant, alia* mandunt. Ibid. 54. *dentibus* — manditur *atque ab his extenuatur et molitur cibus.* Orat. II. 39. *si quem nunc plane rudem institui ad dicendum velim, his potius tradam — qui omnes tenuissimas particulas atque omnia minima* mansa, *ut nutrices infantibus pueris in os inserant.*

MANE. Att. IV. 9. *bene* mane *haec scripsi.* Ibid. V. 4. *alteras multo* mane *mihi dedit.*

MANERE. 1. De corporibus eodem loco inhaerentibus. Somn 5. *terra immobilis* manens *ima sede semper haeret.* Off. II. 29. *parietes urbis modo stant et* manent. 2. Diutius aliquo loco commorari. Fam. IX. 2. *adhuc Romae* maneo. Off III. 27. manere *in patria.* 3. Conservari, perseverare. Verr. IV. 55. *parietes quorum ornatus tot saecula* manserat. N. D. I. 22. *quum idem* (Democritus) *omnino, quia nihil semper suo statu* maneat, *negat esse quidquam sempiternum, nonne deum omnino — tollit?* 4. De iis quae animo et memoria fixa tenentur. Fam. X. 35. *quae perpetuo animo me fixa* manebunt. Sext. 27. (Tigranes) *animo hostili — in pristina mente* mansit. Div. I. 3. *quum Socrates omnesque Socratici —* manerent *in antiquorum philosophorum*

sententia. Fam. V. 2. *ego te mihi semper amicum esse volui;* maneo *in voluntate, et quoad voles tu,* permanebo Leg. I. 1. *multa diutius commemoratione* manent, *quam natura stare potuerunt.* 5. „ *Manere* cum dativo. Phil. II. 5. *cuius idem tibi fatum sicut C. Curioni* manet. Sic et Graeci. Vid. de hac forma Sanctii Minerv. II. 4. Drakenborchius male huc trahit illud. Liv. I. 53. manere *his bellum*, quod est iis porro gerendum esse bellum, non imminere." *Ern.* Rectius comparavit Heusingerus illud Virgilii: manent *immota tuorum fata tibi.*

MANES. Mortuorum animae apud inferos. Vat. 6. inferorum animas elicere et puerorum extis deos manes mactare. Top. 23. *Aequitas tripartita dicitur esse, una ad superos deos, altera ad* manes, *tertia ad homines pertinere. Prima pietas, secunda sanctitas, tertia iustitia nominatur.* Leg. II. 9. deorum manium *iura sancta sunto. Hos leto datos, divos habento.*

MANICA, chirotheca, qua iter facientes, et feminae utebantur. Phil. XI. 11. *quamquam miror tamdiu morari Antonium. Solet enim accipere ipse* manicas, *nec diutius obsidionis metum ferre,* i. e. ut homo mollis et timidus fugere. Vid. Ruben. R. V. I. 4. *Ern.*

MANICATUS. Catil. II. 10. manicatae *tunicae sunt*, quae Graecis chiridotae dicuntur. Vid. Gell. VII. 12. Latinis etiam *manuleatae.* Sueton. Caes. 45. *ad manus fimbriatae* (nam latus clavus, qui ad manus fimbriatus dicitur est tunica laticlavia) ubi vid. Casaub. Id genus tunicae mollius Romanis videbatur, et feminis convenientius quam viris; qui brevibus et substrictis utebantur; ut auctor est Gellius, l. c. Hinc ap. Virgil. Aen. IX. 616. convicium est: *Et tunicae* manicas *et habeant redimicula mitrae. Ern.*

MANIFESTE et MANIFESTO. Catil. III. 7. coniuratio manifesto inventa atque deprehensa. Brut. 80. *quum indicia mortis se comperisse* manifesto *et manu tenere diceret.*

MANIFESTUS. Catil. III. 5. *vis sceleris* manifesti *atque deprehensi.* Verr. III. 62. *nihil putas valere in iudiciis coniecturam — nihil civitatum auctoritates ac testimonia; res* manifestas *quaeris.* Rosc. Am. 34. *unum hoc sumo, quod mihi apertum tuum scelus, resque* manifesta *dat.*

MANIPULARIS. Att. IX. 10. *una res me torquet, quod non Pompeium tamquam unus* manipularis *secutus*

sim. Est miles legionis gregarius. Nam manipulus est cohortis legionariae pars tertia.' *Ern.* Phil. I. 8. *in iudice spectari et fortuna debet et dignitas. Non quaero inquit* (Antonius) *ista; addo etiam* iudices manipulares *ex legione Alaudarum; aliter enim nostri negant posse se salvos esse;* i. e. nisi tertia iudicum decuria constet ex hominibus inopia et egestate perditis, qui familiares meos absolvant.

MANO. 1. Sensu proprio. N. D. II. 19. *multa e luna* manant *et fluunt, quibus animantes alantur.* N. D. I. 15. *Chrysippus disputat — qui aer per maria* manaret *eum esse Neptunum.* Div. I. 34. *Herculis simulacrum multo sudore* manavit. 2. Serpo, dissipor. Catil. IV. 3. *latius opinione disseminatum est hoc malum;* manavit *non solum per Italiam, sed etiam — obscure serpens occupavit multas provincias.* Phil. I. 2. *quum serperet in urbe infinitum malum; idque* manaret *in dies latius.* 3. Inprimis de rumoribus qui sparguntur. Cluent. 27. manarat *sermo in consilio.* Phil. XIV. 6. *quum hoc triduo tristis fama* manaret. Planc. 23. *si quid sine capite* manabit, *aut si quid erit eiusmodi, ut non exstet auctor, qui audierit.* 4. Inde dicitur de rebus, quae divulgantur. Att. III. 12. *scripsi equidem* (illum librum) *olim iratus — sed ita compresseram, ut numquam* manaturum *putarem; quomodo exciderit nescio.* 5. Alicunde *manare* dicitur pro *exoriri, exsistere.* Orat. III. 17. *ab Aristippo Cyrenaica philosophia* manavit. 6. In philosophia notiones speciales dicuntur *manare* a generalibus. Off. I. 18. *proposita genera quatuor, e quibus honestas officiumque* manaret. Orat. II. 27. *a capite quod velimus accessere, et unde omnia* manent *videre.* 7. Item notiones generales dicuntur *late manare* (*einen weiten Umfang haben*). Off. III. 17. Scaevola *fidei bonae nomen existimabat* manare *latissime.*

MANSIO. Att. VIII. 23. *cautior est* mansio, *honestior putatur traiectio.* Fam. IV. 4. *is mecum saepe de tua* mansione *aut decessione communicat.*

MANSUEFACTUS. Tusc. I. 25. mansuefacti *et exculti.*

MANSUETE. De aequitate iudicum. Her. I. 5. *res sapienter*, mansuete, *magnifice iudicatae.*

MANSUETUDO. Off. II. 9. *virtutes quae pertinent ad* mansuetudinem *morum ac facilitatem.* Q. Fr.

I. 20. *omnia plena clementiae*, mansuetudinis, *humanitatis.*

MANSUETUS. Orat II. 50. *ut in meis moribus erga meos necessarios declarandis* mansuetissimus *viderer.* Phil. III. 9. *quaero cur tam subito* mansuetus *in Senatu fuerit, quum in edictis tam fuisset ferus.*

MANUBIAE. Arch. 11. Dom. 38. Rosc. Am. 37. est pars praedae, quam imperator capit, ut in monumento aliquo consumatur. Vid. Rull. II. 22. et Verr. I. 9. quae sunt loca classica. *Ern.*

MANUBRIUM, *Griff, Henkel.* Verr. IV. 27. *Trulla excavata* manubrio *aureo.*

MANUMISSIO, donatio libertatis. Cael. 29. *scire cupio quid habeat argumenti ista* manumissio; h. e. quam ob causam isti servi manumissi sint.

MANUMITTERE. Milon. 21. *Haesit* (Clodius) *in iis poenis quas ab eo* (Milonis) *servi fideles pro domini vita expetiverunt. Cur igitur eos* manumisit? — Manu *vero cur miserit, si id potius quaeris quam cur parum amplis affecerit praemiis, nescis inimici factum reprehendere.* Q. Fr. I. 2. Fam. III. 77.

MANUPRETIUM. Verr. I. 56. manupretium *machinae*, h. c. merces data pro labore conficiendae machinae (*Arbeitslohn*). 2. Metaphorice. Pis. 24. *provincia ista tibi* manupretium *fuit non eversae per te, sed perditae civitatis.* Vid. Drakenb. ad Liv. XXXVI. 7. Ap. Plinium ut XXXIII. 11. est *manipretium. Ern.*

MANUS. 1. N. D. II. 60. *quam aptas, quamque multarum artium ministras* manus *natura homini dedit.* 2. Chirographum, *die Handschrift*, s. *die Hand, die einer schreibt.* Att. VII. 2. *Alexidis* manum *amabam quod tam prope accedebat ad similitudinem tuae literae; non amabam, quia indicabat te non valere.* Ibid. VIII. 2. *lippitudinis meae signum tibi sit librarii* manus. Q. Fr. III. 5. *occupationum mearum signum tibi sit librarii* manus. Catil. III. 5. *Introductus Statilius cognovit signum et* manum *suam.* 3. De vi, quae manibus infertur. Off. I. 7. *qui iniuste impetum in aliquem facit aut ira, aut aliqua perturbatione incitatus, is quasi* manus *afferre videtur socio.* Catil. I. 8. *iam mihi consuli — iure optimo senatus vim et* manus *intulisset.* Ibid. *Vix abs te iamdiu* manus *ac tela contineo.* Verr. I. 18. *tu templo tam antiquo, tam sancto tam religioso* manus *impias ac sacrilegas afferre conatus es?* Eodem sensu sed me-

taphorice: Rosc. Com. 16 *ipsa mihi veritas* manum *iniecit, et paullisper consistere et commorari cogit.* 4. *Manus* dicitur pro potestate. Fam. VIII 6. *quam velis eum obligare in tua* manu est. Ibid. XIV. 2. *haec non sunt in nostra* manu. Eadem significatio est in formula *mulier in manum convenit,* i. e. in potestatem viri. Top. 2. Flacc. 34. Vid. *Convenire*, et *Coemptio.* 5. *Manus* dicitur etiam pro multitudine s copiis hominum, ut militum, sectatorum, seditiosorum. Fam. XV. 4. *militum* manus. Att. XVI. 11 manus *veteranorum.* Caecin. 12. *qui in pace et otio — manum fecerit, copias pararit, multitudinem hominum coegerit.* Att. I. 1. *illam* manum *tu mihi cura ut praestes, — Pompeii nostri amici.* Intelliguntur homines, qui erant cum Pompeio in bello Mithridatico, eius familiares et clientes, horum suffragia ad obtinendum consulatum Cicero volebat sibi conciliari. Hortens. fr. ap. Non. *tunc Democriti* manus *urgebatur. Est enim non magna.* 6 *Manus* significat etiam certamen armorum aut pugnam (*Handgemenge*). Verr V. 11. *res ad* manus *atque ad pugnam veniebat.* Cluent. 49. *quum tribunus plebis populo concitato rem paene ad* manus *revocasset.* 7. Formula *in* manibus *habere* variis modis usurpatur. *a*) Sensu proprio, manibus tenere. Att. VII. 8. habebamus in manibus *Antonii concionem.* *b*) Aliquo libro vel legendo vel scribendo, vel describendo occupari. Att. XVI. 5. *scripta tua quae in* manibus *habebam* scil. ut legerem. Ac. pr. II. 1. *habeo opus magnum in* manibus. Att. XIII. 23. *Libros, quos Bruto mittimus*, in manibus habent *librarii.* *c*) Potiri aut frui aliqua re. Verr. Act. I. 6. *quam spem nunc habeat* in manibus — exponam. *d*) *In manibus habere* aliquem est eum fovere, benivolentia amplecti, (ut Germani: *einen auf den Handen tragen.*) Fam. I. 9, 3. *inimicum meum — sic amplexabantur, sic in* manibus habebant, *sic fovebant, sic me praesente osculabantur.* 7. *In manibus esse* dicitur *a*) de rebus praesentibus. Fam. XI. 13. *attendere te volo, quae* in manibus sunt, *b*) de rebus quibus cum maxime occupamur. N. D. III. 8. *haec ab hac quaestione, quae nunc in* manibus est, *separantur.* Att. IV. 12. *libri oratorii satis diu* in manibus *fuerunt.* 8. *Servus ad manum* est, i. q. amanuensis Orat. III 61. 9. *Tollere manus*, signum admirantis. Fam. VII. 5. sustulimus manus *Balbus et ego.* Ac. pr. II. 19. *Hortensius vehementer admirans*

(*quod quidem perpetuo Lucullo loquente fecerat, ut etiam* manus *saepe tolleret, nec mirum* —) *me quoque — coepit hortari, ut sententia desisterem.* , Fam. VIII. 1. manus *ad os opponere* signum silentii servandi. Flacc. 6. *porrigere manum*, modus Graecorum suffragii ferendi. Att. III. 15. *vulneribus suis* manus *afferre*, i. e. dolorem instaurare. augere. Fam. X. 23. *Vocontii sub manu ut essent;* h. e. parati, si quid vellem, ad manum. De hac formula, quae non eandem ubique vim habet, vid. Inst. ad Sueton. Aug. 49. inprimis Burmannum; quamquam in illo loco Suetonii, quem hic laudarunt Graevius et Cortius aliam atque hic vim habet, et Gronovium ad Senec. ep. 94." *Ern.*

MARE. Att. VIII. 3. *inferum mare* est Tyrrhenum s. Tuscum Orat. III. 19. *superum mare* est Ionicum s. Adriaticum. Planc. 6. *undae comitiorum ut mare profundum et immensum, sic effervescunt quodam quasi aestu, ut ad alios accedant, ab aliis autem recedant.* Cluent. 49. *saepe dictum est, ut mare, quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari atque turbari, sic et populum Romanum sua sponte esse placatum, hominum seditiosorum vocibus, ut violentissimis tempestatibus, concitari.* Acad. II. *quid? mare nonne caeruleum? At eius unda quum est pulsa remis purpurascit*

MARGARITA. Verr. IV. 1. *nego ullam gemmam aut* margaritam *fuisse quin abstulerit.* Orat. 23. *removebitur* (a tenui orationis genere) *omnis insignis ornatus, quasi* margaritarum.

MARINUS. N. D. II. 16. *sidera quae* marinis *terrenisque humoribus longo intervallo extenuatis alantur.* Div. II. 15. *quid de* marinis *aestibus plura dicam? quorum accessus et recessus lunae motu gubernantur.*

MARITALIS. Oecon. 1. maritale *coniugium.*

MARITIMUS. N. D. II. 53. *aestus* maritimi *multum accedentes et recedentes.* Ibid. ab iisdem (ventis Etesiis) maritimi *cursus celeres et certi diriguntur.* Verr. V. 75. *insula quae undique exitus maritimos habet.* Tusc. V. 14. *Laconis dictum: qui glorianti cuidam mercatori, quod multas naves in omnem oram* maritimam *dimisisset, non sane optabilis quidem ista, inquit, rudentibus apta fortuna.* N. D. III. 18. *nisi forte* maritimae *nuptiae* (deorum) *terrenis anteponuntur.*

MARITUS. Catil. I. 10. *vigilare insidiantem somno maritorum*, scil. adulterii causa.

MATERFAMILIAS. Top. 3. *si ita Fabiae pecunia legata est a viro, si ea uxor* materfamilias esset, *si ea in manum non convenerat, nihil debetur. Genus enim est uxor; eius duae formae, una* matrumfamilias, *earum quae in manum convenerunt; altera earum, quae* tantummodo uxores *habentur.* Cael. 13. *petulanter facimus, si* matremfamilias, *secus quam matronarum sanctitas postulat nominamus.*

MATERIA, s. MATERIES. 1. Ligna, deinde etiam saxa vel aedificando, vel fabrorum operibus idonea. Verr. I. 56. *illo non saxum*, non materies (*Bauholz*) *advecta est.* Milon. 27. *repente lintribus in eam insulam* materiam, *calcem, caementa atque arma convexit.* N. D. fr. *ut faber non ipse facit* materiam, *sed ea utitur, quae sit parata.* Orat. 11. *nulla* materia *nisi admoto igni, ignem concipere potest.* Inv. II. 57. *uri posse ligneam* materiam *necesse est.* Orat. II. 21. *Facilius sicut in vitibus revocantur ea, quae se nimium profuderunt, quam si nihil valet* materies (*wenn das Holz nichts taugt*) *nova sarmenta cultura excitantur.* 2. Deinde dicitur id ex quo in rerum natura omnia fiunt (*der Grundstoff der Dinge*). Ac. post. I. 7. *subiectam putant omnibus sine ulla specie, atque carentem omni illa qualitate* — materiam *quandam, ex qua omnia expressa atque efficta sint.* N. D. III. 39. Materiam *rerum* (dicitis) *ex qua et in qua omnia sint, totam esse flexibilem et commutabilem.* 3. Inde transfertur ad eas res in quibus artes versantur (*der Stoff oder Gegenstand der Künste und Wissenschaften*). Inv. I. 5. Materiam *artis eam dicimus, in qua omnis ars et facultas, quae conficitur ex arte, versatur. Ut si medicinae* materiam *dicamus morbos ac vulnera, quod in his omnis medicina versetur; item quibus in rebus versatur ars et facultas oratoria, eas res* materiam *artis rhetoricae nominamus.* Off. I. 5. *sapientiae quasi* materia *quam tractet, et in qua versetur, subiecta est veritas.* Orat. I. 3. *quis musicis, quis huic studio literarum, quod profitentur ii, qui grammatici vocantur penitus se dedidit, quin omnem illarum artium paene infinitam vim et* materiam *scientia et cogitatione comprehenderit.* 4. Inde etiam argumentum disputationis aut orationis aut libri *materia* dicitur. Orat. I. 11. *si ornate locutus est — physicus ille Democritus*, materies *illa fuit physici de qua dixit, ornatus vero ipse verborum oratoris putandus est.* Partit.

11. *huius* materiae *ad argumentum subiectae perlustrandae animo partes erant omnes.* Orat. I. 46. *in causis publicis iudiciorum, concionum, senatus, omnis haec et antiquitatis memoria, et publici iuris auctoritas et regendae reip. ratio ac scientia, tamquam aliqua* materies *iis oratoribus qui versantur in republica subiecta esse debent.* Orat. II. 63. dixi *dudum* materiem *esse aliam ioci, aliam severitatis.* Fam. V. 12. ubi Lucceium historicum rogat, ut scriberet historiam coniurationis Catilinariae. *Quod si te adducemus ut hoc suscipias, erit* materies *digna facultate et copia tua.* Caecin. 28. materia *aequitatis* dicitur locus communis quo defenditur *ab verbo et ab scripto plurimis saepe in rebus ius et aequi bonique rationem esse seiunctam.* 5. *Materia* etiam dicitur indoles s. dotes ingenii et naturae, quae cultura excitantur et perficiuntur. Inv. I. 2. *quae* materia *esset in animis humanis.* Verr. III. 68. *Fac fuisse in isto C. Laelii, M. Catonis* materiem *atque indolem.* 6. Facultas; et occasio. Orat. II. 84. *summa laus, non extulisse se in potestate, non fuisse insolentem in pecunia — ut opes et copiae non superbiae videantur ac libidini, sed bonitati ac moderationi* facultatem *et* materiem *dedisse.* Q. Fr. I. 2. *hoc sic habeto,* materiam *omnem sermonem eorum qui de te detrahere velint Statium dedisse.* 7. Res in qua inest causa ad aliquid efficiendum. Dom. 5. *Providendum fuit ne in hanc tantam* materiam seditionis (*zu solchem Brennstoff des Aufruhrs*) *ista funesta fax adhaeresceret.* Mil. 13. *quid enim odisset Clodium, segetem ac* materiem *suae gloriae.*

MATERIATUS. Off. III. 13. *aedes male* materiatae, sunt, in quibus lapides, et ligna sunt vitiosa.

MATERIS telum Gallicum. Her. IV. 32. *nec tam facile ex Italia* materis *Transalpina depulsa est.* Dicitur etiam *mataris.* Liv. VII. 24.

MATERNUS. Cluent. 5. *quo enim ipsum nomen amantius indulgentiusque* maternum, *hoc illius matris — singulare scelus maiore odio dignum esse ducitis.*

MATERTERA. *Matris soror.* Orat. II. 1 *C. Aculeo quorum erat nostra* matertera; i. e. qui matris nostrae sororem uxorem duxerat.

MATHEMATICUS. Tusc. V. 7. Mathematicorum *iste mos est, non est philosophorum. Nam geometrae quum aliquid docere volunt, si quid ad eam rem perti-*

net, quae ante docuerunt, id sumunt pro concesso et probato, illud modo explicant, de quo ante nihil scriptum est. Philosophi quamcumque rem habent in manibus, in eam, quae conveniunt, congerunt omnia etsi alio loco disputata sunt. Ac. pr. II. 36. *initia* mathematicorum, *die ersten Grundsätze.* Orat. I. 10. *quis ignorat ii qui* mathematici *vocantur, quanta in obscuritate rerum, et quam recondita in arte et multiplici subtilique versentur.*

MATRICIDA. Harusp. 18. *non sunt eiulatus et gemitus Philoctetae tam miseri — quam illa exsultatio Athamantis et somnium* matricidarum scil. ut Orestis et Alcmaeonis.

MATRICIDIUM. Inv. I. 13. *Orestes si accusetur* matricidii, *nisi hoc dicat: Iure feci; illa enim patrem meum occiderat, non habet defensionem.*

MATRIMONIUM. 1. Sensu proprio. Cluent. 12. *mulier* (vidua Magii) *quinto mense post viri mortem ipsi Oppianico nupsit. Quae nuptiae non diuturnae fuerunt. Erant enim non* matrimonii *dignitate, sed sceleris societate coniunctae.* 2. Transfertur ad paederastarum consuetudinem cum amasiis. Phil. II. 18. *Curio te a meretricio quaestu abduxit,* (scil. quo Antonius se pluribus ad nefandam libidinem prostituerat) *et tamquam stolam dedisset in* matrimonio *stabili et certo collocavit.*

MATRIMUS, cui mater superstes. Harusp. 11. *puer ille patrimus et* matrimus.

MATRONA. N. D. III. 18. *Natio dea quia partus* matronarum *tuetur a nascentibus nominata.*

MATURARE. Fam. II. 17. *successor tuus non potest ita* maturare *ullo modo, ut tu me in Asia possis convenire.* Att. IV. 1. *oro ut* matures *venire.* Cluent. 6. *huic mortem* maturabat *inimicus.*

MATURATIO. Her. III. 2. *dolus consumitur in dissimulatione,* maturatione, *mentione.*

MATURATUS. Sen. 15. *uva primo est peracerba gustatu, deinde* maturata *dulcescit.* N. D. I. 2. *omnia quae terra gignit* maturata *pubescunt.*

MATURE. Muren. 10. (imperator vigilat de nocte) *ut eo quo intendit* mature *cum exercitu perveniat.* Verr. III. 24. *eo celerius de isto transigamus, quo* maturius *ad Apronium possimus pervenire.* Orat. III. 20. *qui omnium* maturrime *ad publicas causas accesserim.*

et maturior (*frühzeitigere Gelegenheit zur Erlernung*) Sen. 20 *Satietas vitae tempus* maturum *mortis*, (*Zeit der Reife zum Tode*) *affert*. 3. De oratione aut genere scribendi. Brut. 83. *Thucydides si posterius fuisset multo* maturior *fuisset ac mitior*.

MATUTINUS. Fam. VII. 1. matutina *tempora lectiunculis consumo*. Att. I 15. *quum bene completa est domus* tempore matutino.

MAXILLA. Orat. 45. *Literam* (X) *e* maxillis — *consuetudo elegans latini sermonis evellit; scil.* ut pro *maxilla* dicitur *mala*.

MAXIME, cum superlativo. Att. XII. 28. maxime *liberalissima*. Sic Liv. XLI. 23. maxime *gravissimus* improbante tamen Gronovio. Vid. Drakenborch ad l. l. et ad XL. 21. Est et forma etiam apud Gellium XIII. 15. vid. et Verr. II. 66. *Ern*.

MAXIMOPERE. Fam. III. 2. *a te* maximopere *peto et quaeso*.

MEDERI. 1. Sensu proprio, corporis morbos vel vulnera sanare. Orat. II. 44. *medici qui morbis, qui vulneribus, qui oculis mederentur*. Ibid. 44. *medico diligenti priusquam conetur aegro adhibere medicinam, non solum morbus eius, cui* mederi *volet, sed etiam consuetudo valentis et natura corporis cognoscenda est*. 2. Metaphorice, aliis malis aut incommodis remedia adhibere. Sext. 65. *Hi* medentur *reipubl. qui exsecant pestem aliquam tanquam strumam civitatis*. Tusc. III. 22. de Clitomachi libro quem eversa Karthagine misit consolandi causa ad captivos cives suos: *Nec si aliquot annis post idem ille liber captivis missus esset, vulneribus* mederetur, *sed cicatricibus*. Q. Fr. I. 1. mederi *incommodu hominum*.

MEDICAMEN. Pis. 6. *vinolentis quibusdam* medicaminibus *solere curari*.

MEDICAMENTUM. 1. Proprie, *Arzneymittel*. Off. III. 24. medicamentum *ad aquam intercutem*. 2. Φαρμακα quaecunque ad alios usus. Hortens. fr. *qui combibi purpuram volunt sufficiunt prius lanam* medicamentis *quibusdam*. Orat. 25. *fucati* medicamenta *ruboris et candoris* (*rothe und weiſse Schminke*), quo loco per translationem significantur ornamenta oratoria nimis quaesita. 3. De aliis subsidiis aut remediis. Verr. III. 65. *panchrestum medicamentum* dicitur pecunia qua Verres sibi amicos parabat. Fin. II. 22. *Iam doloris* me-

quae est inter nimium et parum quae placet Peripateticis et recte placet. Orat. I. 25. mediocritas *in dicendo.* Brut. 66. *Lentulus ceterarum virtutum dicendi* mediocritatem *actione occultavit, in qua excellens fuit.* Her. III. 15. mediocritas *vultus ad sermonis sententias accommodata.*

MEDIOCRITER. Her. IV. 3. mediocriter *literatus.* Tusc. III. 10. *corpus etiamsi* mediocriter *aegrum est, sanum non est.*

MEDITARI. 1. Diligenter cogitare s. commentari. Fam. I. 7. *haec multo ante* meditare. Ibid. II. 5. *tu ea para,* meditare, *cogita.* Flacc. 5. *Graecus testis non iurisiurandi, sed laedendi verba* meditatur. Orat. I. 8. *age vero ne semper forum, subsellia, rostra, curiamque* meditere, id est commenteris causas civiles, vel accusationes aut defensiones, vel conciones, vel sententias in senatu dicendas. 2. Exercere. Orat. I. 32. *qui quae agenda sunt in foro, tanquam in acie possunt etiam nunc exercitatione quasi ludicra praediscere ac* meditari

MEDITATIO. 1. Studiosa cogitatio. Tusc. III. 15. *stultam esse* (Epicurus censet) meditationem *futuri mali aut fortasse ne futuri quidem.* Div. II. 46. *multi naturae vitium* meditatione *atque exercitatione sustulerunt.* 2. Praeparatio s. commentatio. Brut. 37. *Erat* (Antonii) *memoria summa; nulla* meditationis *suspicio, imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur.* Orat. 27. *quos locos multa commentatione atque meditatióne paratos atque expeditos habere debetis.* Sic Phil. IX. 1.

MEDITATUS. 1. Diu aut multum ante cogitátus. Off. I. 8. *Leviora sunt ea* (genera iniuriae) *quae repentino aliquo motu accidunt, quam ea quae* meditata *et praeparata inferuntur.* Tusc. III. 14. *quoniam multum potest provisio animi et praeparatio ad minuendum dolorem, sint semper omnia homini humana* meditata. 2. Diligenter cogitatus. Orat I. 60. *accuratae et* meditatae *commentationes.* 3. Exercitatione praeparatus. Catil. I. 10. *ad huius vitae studium* meditati *illi sunt qui feruntur labores tui.*

MEDIUS. 1. Sensu proprio, de loco et tempore. Prov. cons. 18. *tempus proximum,* medium, *ultimum.* Somn. 5. *medius* mundi *locus.* N. D. II. 45. *si mundus globosus est, — contingere idem terrae necesse est, ut omnibus eius partibus in* medium *vergentibus (id autem*

mine carissimo. Fam. VIII. 8. *Rufum*, mel *ac delicias tuas.*

MELICUS. Opt. gen. d. 1. est genus poetarum dictum a carminibus quae *μέλη* vocabantur. Cuius generis fuit Simonides. *Ern.*

MELLITUS, suavis. Att. I. 15. mellitus *puer.*

MEMBRANA. N. D. II. 57. *oculos* (natura) membranis *tenuissimis vestivit et sepsit.*

MEMBRANULA. Att. IV. 4. *librariis imperes ut sumant* membranulam, *ex qua indices fiant.* Vid. ind. Gr. in *σίλλυβοι.*

MEMBRATIM. Partit. 35. *Narratio accusatoris erit quasi* membratim *gesti negotii suspiciosa explicatio.* Orat. 63. membratim *dicere* est per *κῶλα.*

MEMBRUM. 1. Sensu proprio. Fin. III. 5. membrorum *id est partium corporis alia videntur propter eorum usum a natura esse donata, ut manus, crura, pedes.* 2. Metaphorice. N. D. I. 4. *omnes partes atque* membra *philosophiae.* Orat. 22. *quid in causis earumque quasi* membris *faciat orator viderit.* 3. In arte rhetorica. Herenn. IV. 19. Membrum *orationis appellatur res breviter absoluta sine totius sententiae demonstratione, quae denuo alio membro orationis excipitur, hoc modo:* Et inimico proderas; *id est unum quod appellatur* membrum; *deinde hoc excipiatur oportet ab altero:* et amicum laedebas. Brut. 44. *Ambitus verborum — erat apud illum* (Crassum) *contractus et brevis, et in* membra *quaedam, quae κῶλα Graeci vocant, dispertiebat orationem lubentius.*

MEMINI, cum perfecto. Orat. II. 47. *ascendisse* meminissem. cf. ad. Fam. XIII. 72. *Ern.*

MEMOR. 1. Brut. 88. memor (er behielt leicht) *et quae dicta contra et quae ipse dixisset.* Fam. I. 7. *qui non tam* memores *essent virtutis tuae quam laudis inimici.* 2. Bona memoria praeditus. Orat. III. 50. *homo ingeniosus ac* memor.

MEMORABILIS. Phil. XIII. 19. memorabilis *et divina virtus.* Leg. I. 3. *incurret in illum* memorabilem *annum suum*, scil. consularem. Brut. 13. *multa* memorabilia *in domesticis et bellicis rebus effecerat.*

MEMORARE. 1. Mentionem rei facere, commemorare. Verr. I. 47. *utrum superbiam prius* memorem *an crudelitatem?* 2. Disserere. Fin. II. 5. *Heraclitus — de natura nimis obscure* memoravit. 3. Per-

2. Error e sensibus (Täuschung). Ac. pr. II. 25. *Timagoras negat sibi umquam quum oculum torsisset duas ex lucernula flammulas esse visas. Opinionis enim esse* mendacium, *non oculorum.*

MENDAX. Div II. 71. *mirum videatur, quum* mendaci *homini, ne verum quidem dicenti, credere soleamus, quo modo isti, si somnium verum evasit aliquod, non ex multis potius uni fidem derogent, quam ex uno innumerabilia confirment.* Rosc. Com. 16. *qui semel a veritate deflexit hic non majore religione ad periurium, quam ad* mendacium *perduci consuevit. — Propterea quae poena ab diis immortalibus periuro, haec eadem* mendaci *constituta est.* 2. Falsus, (*tauschend*). Div II. 62. *quid inscitius est, quam mentes mortalium falsis et* mendacibus *visis* (*falsche und tauschende Erscheinungen*) *concitare?*

MENDICITAS, extrema paupertas. Catil. IV. 5. *ut omnes animi cruciatus et corporis etiam egestas ac* mendicitas *consequatur.* Phil. XI. 2. Octavius quidam Marsus dicitur praemissus, *qui popularetur agros, vexaret urbes, non ad spem constituendae rei familiaris — sed ad praesentem pastum* mendicitatis *suae.* Flacc. 15. *fratres consortes* mendicitatis.

MENDICUS, *bettelarm.* Fin. V. 28. *Paupertas si malum est,* mendicus *beatus esse nemo potest, quamvis sit sapiens.* Muren. 29. (Stoici dicunt) *sapientes esse, si* mendicissimi *sint, divites.* 2. Orat. III. 24. *instrumentum hoc forense* (h. e. materia dicendi ex iure et vulgi opinionibus tracta) *exiguum sane et* mendicum (ärmlich) *est.*

MENDOSE. Inv. I. 6. de arte rhetorica Hermagorae: *neque eo dico quod eius ars, quam edidit, mihi* mendosissime *scripta videatur.* Q. Fr. III. 5. *Libri* mendose *et scribuntur* (*werden fehlerhaft abgeschrieben*) *et veneunt.* Att. I. 13. *Ad IV. Non. Dec.* mendose *fuisse* (*war ein Schreibfehler*) *animadverteram.*

MENDOSUS. Orat. II 19. (in partitione generum) *et deesse aliquam partem et superare* mendosum *est.* Brut. 16 *Laudationibus* (mortuorum) *historia rerum nostrarum est facta* mendosior. Verr. II. 77. *ego instare ut mihi responderet, — cur servus societatis qui fabulas confecerit semper in* Verrutii *nomine —* mendosus *esset,* h. e. mendum admisisset, ut aliquid esset in litura.

MENDUM. 1. Vitium, erratum. Att. XIV. 22. *Idus Martiae magnum* mendum *continent*, scil. quod coniurati non una cum Caesare etiam Antonium occiderint, quem Cicero ibid. XIV. 21. putabat *heredem regni relictum*. 2. Errata librariorum. Att. XIII. 23. menda *librariorum tolluntur*. 3. Vitium in rationibus, Rechnungsfehler. Att II. 7. *Castricianum* mendum *nos corrigemus*.

MENS, i. q. animus (*die Seele, der Geist*). Somn. 8. Mens *cuiusque is est quisque* (die Seele eines Menschen ist sein Ich,) *non ea figura quae digito monstrari potest*. Tusc. I. 17. *horum igitur aliquid* animus *est, nec tam vegeta* mens *aut in corde cerebrove, aut in Empedocleo sanguine demersa iaceat*. N. D. I. 11. *aperta simplexque* mens, *nulla re adiuncta qua sentire possit, fugere intelligentiae nostrae vim et notionem videtur* (*Von einem ganz für sich bestehenden und einfachen Geiste, ohne mit ihm verbundne Empfindungswerkzeuge, kann sich unser Verstand keinen Begriff machen*) 2. *Intelligentia* (der Verstand). Div. I. 29. *tum eveniet duabus partibus* animi *temerariis compressis, ut illa tertia pars* (animi quae est) *rationis et* mentis (die in Vernunft und Verstand besteht) *eluceat*. Off. I. 30. *hominis* mens *discendo alitur et cogitando, semper aliquid anquirit, aut agit, videndique et audiendi delectatione ducitur*. Fin. II. 14. *homines — hoc uno a bestiis plurimum differunt, quod rationem habeant a natura datam* mentemque *et acrem et vegentem celerrimeque multa simul agitantem* etc. Tusc. I. 30. *nec de hoc quisquam dubitare posset, nisi idem nobis accideret diligenter de animo cogitantibus, quod iis saepe usu venit, qui quum acriter solem deficientem intuerentur, ut aspectum omnino amitterent; sic* mentis *acies* (das Auge des Geistes) *se ipsam intuens, nonnumquam hebescit*. Pis. 20. *si tuae* mentis compos *fuisses* (*wärst du bey Verstande gewesen*). Tusc. III. 4. mentem *tranquillitate constantiaque vacuam Philosophi nominaverunt insanam*. Off. I. 27. *falli, errare, labi, decipi tam dedecet quam delirare* et mente esse captum (*als verrückt zu seyn und seinen Verstand verloren zu haben*). Pis. 21. *hic si* mentis *esset suae* (*wenn er seines Verstandes mächtig wäre*) *nisi poenas patriae — furore atque insania penderet*. Verr. V. 11. *plerique fusi sine ulla* mente *ac sine ullo sensu* (*ohne alle Besinnung und Empfindung*) *iacebant*.

5. Mens etiam significat voluntatem (*die Gesinnung*). Fam. XI. 1. mente *pessima et infidelissima esse.* Muren. 1. *ut vestrae* mentes *atque sententiae cum populi Romani* voluntatibus *suffragiisque consentiant.* 4. *In mentem venire* dicuntur *a*) ea quae recordamur. Quint. 3. *non minus saepe mihi* venit in mentem *potestatis quam aequitatis tuae.* Orat. II. 62. *Sp. Carvilio graviter claudicante ex vulnere ob remp. accepto, et ob eam causam verecundanti in publicum prodire, mater dixit: Quin prodis mi Spuri? quotiescumque gradum facies, toties tibi tuarum virtutum* veniat in mentem. *b*) Ea quae subito incurrunt in mentem, *Einfalle.* Orat. I. 56. *heus tu quid tibi* in mentem venit (*was fällt dir ein*) *ita respondere?* Att. XII. 37. *quamvis prudens ad cogitandum sis — tamen nisi magnae curae tibi esset, ut ego consequerer id quod magnopere vellem, nunquam ea res tibi tam* belle in mentem venire *potuisset* (*so hättest du nimmermehr diesen schönen Einfall haben können*). 5. *Mentes* pro tacitis cogitationibus. Catil. I. 2. *his ego reip. vocibus et reliquorum* mentibus *respondebo.*

MENSA. 1. Verr. IV. 17. *maximam et pulcherrimam* mensam *citream abstulisti.* N. D. III. 34. (Dionysius) mensas *argenteas de omnibus delubris iussit auferri.* Verr. IV. 59. *iste* mensas *Delphicas e marmore abstulit.* 2. Inprimis mensa, quae conviviis adhibetur, atque inde pro ipsis epulis ponitur. Oecon. 1. *Vasa quae ad* mensam *quotidianam atque epulationem pertinerent.* Att. V. 1. *discubuimus omnes praeter illam, cui tamen Quintus* de mensa *misit.* Pis. 27. *exstructa* mensa *non conchyliis aut piscibus, sed multa carne subrancida.* 3. Secunda mensa, h. e. bellaria, poma, pira etc. *der Nachtisch.* Att. XIV. 6. *haec scripsi ad te apposita secunda* mensa. Fam. XVI. 21. *Videor videre te — in lacinia servantem ex* mensa secunda *semina.* 4. „Est et *mensariorum*, de quibus mox. Flacc. 17. *si praetor dedit, a quaestore numeravit; quaestor a* mensa publica; (*aus der Gemeindecasse, oder öffentlichen Bank*) mensa *aut ex vectigali, aut ex tributo.* 5. Denique deorum in templis. Harusp. 27. N. D. III. 34." *Ern.*

MENSARIUS. Flacc. 19. est magistratus civitatis Graecae Asiaticae Temnitarum *in qua nummus commoveri nullus potest, sine quinque praetoribus, tribus quaestoribus, quatuor* mensariis, *qui apud illos a populo creantur.* Videntur curam habuisse pecuniae publicae

MERACIUS. N. D. III. 31. *si medicus sciat, eam aegrotum qui iussus sit vinum sumere,* meracius *sumpturum statimque periturum, magna sit in culpa.*

MERCARI. 1. Off. I. 42. *sordidi putandi qui* mercantur *a mercatoribus, quod statim vendant* (*Kleinkramer*). Oecon. 1. mercari *villicum.* 2. Metaphorice, largitione et corruptelis aliquid sibi parare. Verr. II. 49. *ab isto et praeco senatorium ordinem pretio* mercatus *est, et pueri senatorium nomen nundinati sunt.* 3. Redimere. Att. IX. 4. *ego haec officia* mercanda *vita puto.*

MERCATOR. 1. *Großhändler.* Orat. 70. *neque me divitiae movent quibus omnes Africanos et Laelios multi venalicii* mercatoresque *superarunt.* 2. Metaphorice, p. Red. in Sen. mercatores *provinciārum ac venditores vestrae dignitatis.*

MERCATURA. 1. Sensu proprio. Off. I. 42. Mercatura *si tenuis est, sordida putanda est; sin magna et copiosa multa undique asportans multisque sine vanitate impartiens, non est admodum vituperanda.* Parad. VI. 2. *qui honeste rem quaerunt* mercaturis *faciendis.* 2. Metaphorice. N. D. I. 44. *amicitiam si ad fructum nostrum referemus — non erit ista amicitia, sed* mercatura *quaedam utilitatum suarum.* Off. III. 6. *Suscepisti onus grave et Athenarum et Cratippi; ad quos quum tamquam ad* mercaturam *bonarum artium sis profectus, inanem redire turpissimum est.*

MERCATUS. 1. (*Markt*) nundinae, solenne tempus mercium vendendarum; item locus ubi venduntur. Inv. II. 4. *quidam proficiscens ad* mercatum *quendam.* Tusc. V. 3. *Pythagoras dixit similem sibi videri vitam hominum et* mercatum *eum, qui haberetur maximo ludorum apparatu, totius Graeciae celebritate.* 2. Metaphorice, dicitur de ratione iniustum et illicitum e certis rebus quaestum parandi. Phil. II. 3. *quum domi tuae turpissimo* mercatu *omnia essent venalia.* Nempe Phil. III. 12. Antonius dicitur immunitates vendidisse, civitates liberasse, provincias et imperii populi Romani iure sustulisse etc. *earumque rerum omnium domesticum* mercatum *instituisse.*

MERCEDULA. Att. XIII. 11. mercedulae *praediorum*, i. e. reditus, praesertim e locatione (*Ertrag der Grundstücke*). Orat. I. 45. *infimi homines,* mercedula, (*geringen Sold*), *adducti.*

MERERE, vel MERERI, depon. 1. Lucrari. Rosc. Com. 10. *illa membra mereri per se non amplius possunt duodecim aeris.* 2. Dignum esse vel praemio vel poena. Orat. I. 54. *respondit* (Socrates) *se meruisse ut maximis honoribus decoraretur.* Catil. IV. 2. *eos pro eo mihi ac* mereor *gratiam relaturos.* Caecil. 18. *iniurias ferendo maiorem laudem, quam ulciscendo* mereri. 3. *Sich verdient machen.* Att. IX. 6. *ita* meruisse *illum de me puto, ut ἀχαριστίας crimen subire non audeam.* Milon. 34. *Stet haec urbs praeclara, quoquo modo* merita *de me erit.* Att. VII. 1. *Pompeius erat de me optime* meritus. Leg. III. 14. *quo perniciosius de re publica* merentur *vitiosi principes, quod non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea infundant in civitatem.* 4. *Mereri stipendia,* (*Kriegsdienste thun*) pro quo etiam simpliciter dicitur merere. Cael. 5. *Eadem erat, si statim* mereri *stipendia coeperamus, castrensis ratio ac militaris.* Sic Caecil. 5. meruisse *stipendia in eo bello — virtutis fuit.* Rab. Perd. 7. *P. Servilius, quo tu imperatore, Labienae,* meruisti. 5. In interrogationibus, *quid mereas,* aut *quid merere velis* significatur aliquem vix magno pretio adduci posse, ut aliquid faciat. N. D. I. 24. *quid* mereas *ut Epicurus esse desinas?* (*Was müſste man dir wohl bieten?*) ubi alter respondet: *Nihil equidem* (*nichts in der Welt nähm ich dafür*) *ut rationem vitae beatae veritatemque deseram.* Verr. IV. 60. *quid arbitramini Rheginos* merere *velle, ut ab eis marmorea Venus illa auferatur?* Phil. I. 14. *putasne illum* (avum tuum M. Antonium) *immortalitatem* mereri voluisse, *ut propter armorum habendorum licentiam metueretur.* Fin. II. 22. *quid enim* mereri *velis iam quum magistratum inieris et in concionem ascenderis — quid* merearis *igitur, ut te dicas in eo magistratu omnia voluptatis causa facturum esse?* In his et similibus recte monuerunt viri docti *mereri* esse, i. q. *accipere, acquirere;* non ut Manutius putabat, *impendere.*

MERETRICIUS. Cael. 20. meretricii *amores,* i. e. consuetudo cum meretricibus libidinis causa. Ibid. meretricia *vita,* est vitae ratio quam sequuntur meretrices. Ad Phil. II. 18. meretricius *quaestus* tribuitur pueris meritoriis. Verr. III. 3. *pudorem et pudicitiam qui colit, potest animo aequo istius quotidiana adulteria* meretriciam disciplinam, *domesticum lenocinium videre?*

MERITUM. Fam. XI. 17. *magna eius in me non dico officia sed* merita. Phil. III 5. *divinum et immortale* meritum. Att. IV. 11. merito *tuo feci.* Lael. 8. *considerandum videri solet num propter imbecillitatem atque inopiam desiderata sit amicitia, ut dandis recipiendisque* meritis, *quod quisque minus per se ipse posset, id acciperet ab alio vicissimque redderet* 2. De culpa. Fam V. 9. *non meo* merito. Sext. 17. *Caesar, qui a me nullo meo* merito *alienus esse debebat*

MERULA. Fin. V. 15 *eine Amsel.*

MERUS. Att. IV. 7. *Cherippus* mera *monstra nuntiarat* Att. IX. 15. Dolabella suis literis merum *bellum loquitur.*

MERX. Rab. Post. 14. merces *fallaces et fucosae.* Vatin. 5. *quum te non custodem ad continendas sed portitorem ad partiendas* merces *missum putares.*

MESSIS. 1. Sensu proprio. Orat. I. 58. *nemo tam sine oculis, tam sine mente vivit, ut quid sit sementis ac* messis — *omnino nesciat.* Att. V. 21. fames tum erat in hac mea Asia, messis enim nulla fuerat. 2. Metaphorice. Parad. VI. 2. *qui illam Sullani temporis* messem *recordetur,* i. e. proscriptionem bonorum.

MESSOR. Orat. III. 12. *Cotta noster — non mihi oratores antiquos, sed* messores *videtur imitari,* scil. pronuntiatione vasta, lata et rustica.

MESSORIUS. Sext. 38 messoria *se corbe contexit.*

META, conus. Div. II. 6. Vident ex constantissimo motu lunae, quando illa e regione solis *facta incurrat in umbram terrae, quae est meta noctis, ut eam obscurari necesse sit.* Plin hist. nat. II 10. de defectione lunae *manifestum est, nihil aliud esse noctem quam terrae umbram; figuram autem umbrae similem metae ac turbini inverso.* 2. „Hinc in Circo *metae* sunt columellae positae inflexu Circi ad spinam, quas studiose vitabant aurigae ut ex Horatio Od. I 1. notum est. Hinc illud ductum est Cael. 31. *In hoc flexu quasi aetatis fama adolescentis paullum haesit ad* metas." *Ern.*

METATOR, Feldmesser. Phil. XI. 5. *Saxa castrorum antea* metator, *nunc ut sperat urbis.* Ibid. XIV. 4. huius urbis — *quam iam peritus* metator *et callidus decempeda sua Saxa diviserat.*

METERE. Orat II. 65 *ut sementem feceris ita* metes. Tusc. III. 25. *vita omnibus* metenda *ut fruges.*

cunt, quicum in tenebris mices; nempe quia in tenebris alter micantium alterum fallere possit, nisi homo sit plenus fidei. Off. III. 23. *quasi sorte, aut* micando *victus.*

MIGRARE. 1. Exire e domicilio in aliud; *ausziehn.* Att. XIV. 9. *tabernae nunc mihi corruerunt, reliquaeque rimas agunt; itaque non solum inquilini, sed mures etiam* migraverunt. 2. Verr. II. 36. *iste vehementer Sthenio infensus hospitium ei renuntiat; domo eius* emigrat, *atque adeo exit; nam iam ante* migrarat; h. e. iam antequam ipse exiret partem supellercilis exportari iusserat; itaque *migrare*, h. l. est in migrando occupatum esse. 3. Transitivo sensu *migrare* est negligere, *übertreten.* Fin. III. 20. *qui ius conservat iustus, qui* migrat, *iniustus est.* Off. I. 10. *ut quae pertinent et ad veritatem et ad fidem, ea* migrare *interdum et non servare sit iustum.*

MIGRATIO. 1. Exitus ex domicilio in aliud. Cael. 8. Tusc. I. 12. *mortem non interitum esse, sed quandam quasi* migrationem. Ibid. 41. *sin vera sunt quae dicuntur* migrationem *esse mortem, in eas oras, quas, qui ex vita excesserunt, incolunt.* 2. Metaphorice. Fam. XVI. 17. *Verbo* fideliter, *domicilium est proprium in officio* migrationes *in alienum multae.*

MILES, pro *pedite* est ad Fam. X. 10. ubi vid. Graev. et ad Iustin. XIII. 5. Gronov. ad Liv. XXVI. 19. XXVIII. 1. *Ern.*

MILITARI. Off. I. 11. *Pompilius imperator tenebat provinciam; in cuius exercitu Catonis filius tiro* militabat.

MILITARIS. Muren. 9. *rei* militaris *virtus praestat ceteris omnibus.* Off. I. 18. *statuas videmus ornatu fere* militari.

MILITIA. Manil. 10. militiae *disciplina* (*Kriegsschule*). Orat. III. 33. *illi et domi et* militiae (*zu Hause und im Felde*) *consilium suum fidemque praestabant.* Off. I. 11. *obligare aliquem* militiae *sacramento.* Ibid. III. 26. *insimulant* (Ulyssem) *tragoediae simulatione insaniae* militiam *subterfugere* (*sich dem Kriegsdienste entziehn*) *voluisse.*

MILLE, cum singulari verbi adiecti. Mil. 20. mille *hominum valentium* versabatur etc. v. Perizon. ad Sanctii Minervam. *Ern.*

MILVINUS. Q. Fr. I. 2. *Licinius plagiarius cum suo pullo* milvino; i. e. vel filio, vel servulo eius, rapaci; metaphora ducta a milvo, qui est ex avibus rapacibus.

MILVUS, avis rapax. N. D. II. 49. Milvo *est quoddam naturale bellum cum corvo.*

MIMA, gesticulatrix; ludia quae gestibus et saltatione actiones imitabatur. Phil. II. 8. *aliquid salis ab uxore* mima *trahere potuisti*, i. e. a Cytheride s. Volumnia, Antonii amica et quasi uxore. Phil. XIII. 11. *quum in gremiis* mimarum *mentum mentemque deponeres.*

MIMICUS. Orat. II. 59. *in iocando non modo illud praecipitur, ne quid insulse, sed etiam si quid perridicule possis, vitandum est oratori utrumque, ne aut scurrilis iocus sit aut* mimicus. *Iocus mimicus* est ex nimia imitatione, praesertim subobscena.

MIMULA. Phil. II. 23.

MIMUS, histrionis genus quod actiones dicta, moresque hominum, sive in scena, sive etiam extra eam, festive, risus commovendi causa imitatur. Vid. *Ethologus.* Verr. III. 36. 2. Est etiam genus poematum scenicorum, de quo Diomedes Lib. III. *Mimus*, inquit, *est sermonis cuiuslibet et motus sine reverentia vel factorum turpium cum lascivia imitatio. A Graecis ita definitus:* Μῖμος ἐστιν μίμησις βίου τά τε συγκεχωρημένα καὶ ἀσυγχώρητα περιέχων. Mimus *dictus* παρὰ τὸ μιμεῖσθαι, *quasi solus imitetur, quum et alia poemata idem faciant, sed solus, quasi privilegio quodam, quod fuit commune possedit.* Rab. Post. 12. *argumenta* mimorum. Phil. II. 27. *persona de mimo.* Phil XI. 6. mimos *commentari.* Cael. 27. Mimi *ergo est iam exitus, non fabulae, in quo quum clausula non invenitur, fugit aliquis e manibus; deinde scabilla concrepant, aulaeum tollitur.*

MINA, continet centum drachmas s. denarios. Ac. post. II. 30. mina *erat merces dialecticorum.*

MINACITER. Orat. I. 20. minaciter *terrere.* Phil. V. 8. *num putatis dixisse eum* minacius, *quam facturum fuisse.*

MINAE. Orat. I. 58. *equidem putabam virtutem hominibus, si modo tradi ratione possit, instituendo et persuadendo non* minis *et vi ac metu tradi.*

MI-

MINARI. Phil. XIII. 9. *hostis teterrimus omnibus bonis cruces ac tormenta* minatur. Fam. XI. 3. *nulla* minantis *auctoritas apud liberos est.* Div. II. 17. *quae inconstantia deorum est, ut primis* minentur *extis, bene promittant secundis.* Planc. 40. *quum mea domus ardore suo deflagrationem urbi* minaretur.

MINATIO. Orat. II. 71. *exsecrationes, admirationes, minationes* sunt a Graecis rhetoribus in generibus iocorum aut ridiculorum relatae.

MINAX Fam. XI. 3. minaces *et acerbae literae.* Font. 12. *si illi bellum facere conabuntur, excitandus nobis erit ab inferis C. Marius, qui Induciomaro isti* minaci *atque arroganti par in belligerando esse possit.*

MINIANUS, Iupiter. Fam. IX. 16. dictus a minio, quo statua Iovis in Capitolio inducenda locabatur. Plin. H. N. XXXIII. 7. De ritu statuas deorum pingendi, vid. Broukhus. ad Tibull. II. 55. *Ern.*

MINIATULUS. Att. XVI. 11 miniatulae *cerulae.* Vid. Cerula. Ibid. XV. 14. est miniata cerula, cf. Casaub. ad Persium p. 418. *Ern.*

MINISTER. Cluent. 15. *Martiales Larini appellabantur*, ministri *publici Martis.* Orat. I. 45. *apud Graecos infimi homines* — ministros *se praebent in iudiciis oratoribus.* Ibid. 59. *illi disertissimi homines* ministros *habent in causis iuris peritos, quum ipsi sint imperitissimi.* Cluent. 53. *legum* ministri *magistratus.* Off. II. 15. *an tu id agis ut Macedones non te regem suum, sed* ministrum *et praebitorem sperent fore.* His verbis accusabat Alexandrum filium Philippus, quod largitione benivolentiam Macedonum consectaretur. Verr. III. 9. minister *ac satelles cupiditatum.* Q. Fr. I. 1. 4. sit annulus tuus — *non* minister *alienae voluntatis, sed testis tuae.*

MINISTRA. Orat. I. 17. *artes* ministrae *ac comites oratoris.* N. D. II. 60. *quam aptas, quamque multarum artium* ministras *manus natura homini dedit.* Tusc. I. 31. *res familiaris, quae est* ministra *et famula corporis.* Fin. II. 12. *adiunctis virtutibus, quas ratio rerum omnium dominas, tu voluptatum satellites et* ministras *esse voluisti.*

MINISTRARE Pis. 27. *servi sordidati* ministrant. Fin. II. *adsint formosi pueri qui* ministrent. Pis. 11. ardentes faces furiis Clodianis ministrabas. Verr. III. 44. *quum in eis conviviis — maximis poculis* ministraretur.

nuta (*kleinlich*) *est enim omnis diligentia, hic autem locus grandia requirit. Ern.*

MIRABILIS. 1. Bewundernswerth. Orat. 12. *quo magis sunt Herodotus et Thucydides* mirabiles. 2. *Wunderbar, befremdlich.* Parad. V. 1. *nec hoc tam re est, quam dictu inopinatum ac* mirabile. Orat. III. 51. mirabile *est, quum plurimum in faciendo intersit inter doctum et rudem, quam non multum differat in iudicando.*

MIRABILITER. 1. Orat. I. 21. *qui* mirabilius *et magnificentius augere posset atque ornare, quae vellet.* 3. Att. II. 25. *mirabiliter* moratus *est* (*der Mann hat einen wunderlichen Charakter*).

MIRACULUM, N. D. I. 8. *portenta et* miracula (*abenteuerliche und wunderliche Meinungen*) *non disserentium philosophorum sed somniantium.*

MIRARI. 1 *Bewundern.* Inv. II. 1. *quum puerorum formas magno hic opere* miraretur. Verr. V. 27. *opus ex saxo in* mirandam *altitudinem depresso* (*von bewundernswürdiger Tiefe*). 2. *Sich wundern.* Div. II. 24. *Cato* mirari *se aiebat quod non rideret haruspex haruspicem quum vidisset.* 3. *Etwas nicht begreifen, befremdlich finden.* Att. VII. 18. miror *quid causae fuerit, quae consilium mutaris.* Off. II. 16. miror *quid in mentem venerit Theophrasto.*

MIRATIO. Div. II. 22. *causarum ignoratio in re nova* mirationem *facit.*

MIRE. Att. XVI. 11. *Puero municipia* mire *favent.*

MIRIFICE. Acad. pr. II. 2. (Antiochus) *delectabatur* mirifice lectione librorum. Att. II. 19. *ego ne irasci possum quidem iis, quos valde amo, tantum doleo ac* mirifice *quidem.*

MIRIFICUS. Fam. III. 11. mirificam *cepi voluntatem.* Att. XIV. 12. *agere* mirificas *gratias.* Att. XI. 11. *Cato convivium Pisoni* mirificum *facit.* Div. II. 20. *A te rationem totius haruspicinae peto. Sed te* mirificam *in latebram coniecisti.*

MIRMILLO. Phil. III. 12. VI. 4. gladiator, qui cum retiario et Threce componitur. Lips. Saturn. II. 8. 10. Dicitur a *μόρμυρος*, et *μορμυρίων* piscis, quod insigne in galea gerebant, ut post Salmasium ad Solin. p. 213. statuit Gronov. in Epist. ad Ant. Clementium subiect. libris de Sestertiis p. 698. sq. *Ern.*

MIRUS. Fam. II. 11. *me* mirum *desiderium tenet urbis, incredibile meorum.* Orat. Rosc. Am. 8. *neque* mirum — *si aliquid non animadvertat.* Fam. II. 11 *de pantheris agitur mandato meo diligenter, sed* mira *paucitas est.*

MISCERE. 1. Sensu proprio. Dig. II. 41. *sortes quae pueri manu* miscentur. Fin. II. 5. *Ego in eadem* (dicis) *voluptate eum, qui alteri* miscent *mulsum, ipse non sitiens, et eum, qui illud sitiens bibat?* 2. „Metaphorice. moliri res turbulentas. Mil. 9. *quanto ille plura* miscebat. Harusp. 22. *miscet ac turbat.* Catil. IV. 3. nova quaedam misceri *et concitari.* Fam. V. 16. *ea* misceri *parari, impendere reip.* 3. De oratore, est commovere animos Orat. I. 51. miscere *animorum motus.* Sic. Or. 9. Pericles dicitur *permiscuisse* Graeciam. *Ern.*

MISELLUS. Att. III. 23. *meum Ciceronem cui nihil* misello *relinquo tuere, quoad poteris.* Fam. XIV. 14. illius (Tulliae) misellae *et matrimonio et famae serviendum est.*

MISER Phil. XI. 4. *o multo* miserior *Dolabella* (ob Trebonium crudeliter interfectum) *quam ille* (Trebonius) *quem tu* miserrimum *esse voluisti. Dolores Trebonius pertulit magnos; multi ex morbi gravitate maiores; quos tamen non* miseros *sed* laboriosos *dicere solemus.* Part. 17. *nihil tam miserabile, quam ex beato* miser. Parad. 1. *aerumnosus, infelix,* miser. Cluent. 3. *fortuna* misera. Com. fr. *Spectaculum duorum designatorum consulum — genere et exemplo* miserum *ac funestum.* Nempe P. Sulla et Antonius quum iam essent consules designati, ambitus damnati et in eorum locum L. Cotta et L. Torquatus creati sunt. Att. VIII. 11. nihil fieri potuit miserius.

MISERABILIS. 1. Ad miserationem commovendam aptus. Orat II. 47. *quibus verbis — si dolor abfuisset mens, non modo non* miserabilis, *sed etiam irridenda fuisset oratio mea.* Ibid. II. 46. *inflexa ad* miserabilem *sonum voce.* 2 Commiseratione dignus. Dom. 24 *Eius squalor — omnibus mortalibus* miserabilis *videbatur* Div. I 32. miserabilis *respectus incendiorum.*

MISERABILITER. 1. Cum lamentatione. Tusc. I. 40. *quam me delectat Theramenes! quam elato animo est! Etsi enim flemus, quum legimus, tamen non* miserabiliter *vir clarus emoritur.* Att. X. 10. *epistola scripta* miserabiliter. 2. Ita ut misericordia commoveatur.

Att. XIV. 10. *Caesar in foro combustus, laudatusque* miserabiliter.

MISERANDUS; misericordia dignus. Orat. I 37. *quid hoc fieri turpius aut dici potest quam — hunc in minimis tenuissimisque rebus ita labi, ut aliis* miserandus, *aliis irridendus esse videatur.*

MISERARI. Fam. IV. 9 *nec eam* (patriam) *minus diligere debes, quia deformior est, sed* miserari *potius.*

MISERATIO. 1. Sensus misericordiae. Fam. V. 12. *quem nostrum moriens Epaminondas, non cum quadam* miseratione *delectat?* 2. Pars orationis ad misecordiam commovendam composita. Brut. 21 *Ser. Galba — illa oratorum propria — opera tractavit ut —* miserationibus *et communibus locis uteretur.* Orat. II. 47. *non fuit haec sine meis lacrymis, non sine dolore magno* miseratio.

MISERE. 1. Sensu proprio. Fin. III. 15. (Stoici) *inter illa, quae nihil valerent ad beate* misereve *vivendum, aliquid tamen, quo differrent esse voluerunt.* 2. Vehementer, de iis quae anxie appetimus vel aversamur. Fam. XII. 2. misere *noluit.* Sic Horat. Sat. I. 9. 14. misere *cupis,* inquit, *abire.*

MISERERI. 1. Att. IV. 5. *qui* misereri *mei debent, non desinunt invidere.* Fam. VI. 7. *ignosce timori nostro et* miserere *temporis.* 2. Passive. Inv. I. 30. *ut supplicum* misereatur. Verr. I. 30. *Iam, iam, Dolabella neque tui, neque tuorum liberûm, quos tu miseros in egestate atque in solitudine reliquisti,* misereri *potest.*

MISERET. Mil. 34. *eorum nos magis* miseret, *qui nostram misericordiam non requirunt, quam qui illam efflagitant.*

MISERIA. 1. Sensu proprio. Fin. V. 32. *ubi virtus sit — ubi esse* miseria *et aerumna non possit* Fam. VII. 3. miseriae *in quibus tot annos versamur.* Brut. 96. *Hortensium videtur felicitas ipsius, qua semper est usus, ab eis* miseriis, *quae consecutae sunt, morte vindicasse.* 2. Labor taediosus et molestus. Rosc. Com. 11. *Roscius — Panurgum — summo cum labore stomacho,* miseriaque *erudiit.* 3. Periculum reorum. Flacc. 1. miseriarum *deprecator.* 4. Anxietas Div. II. 41. *Nihil est,* inquiunt, *quod deus efficere non possit Uti — nam sapientes Stoicos effecisset, ne omnia superstitiosa sollicitudine et* miseria *crederent.*

MISERICORDIA. Tusc. IV. 8. Misericordia *est aegritudo ex miseria alterius iniuria laborantis. Nemo enim parricidae aut proditoris supplicio* misericordia *commovetur.* Rab. Perd. 9. *Sex. Titius quod habuit imaginem L. Saturnini domi suae condemnatus est. Statuerunt equites Romani illo iudicio, improbum civem esse — qui hominis hostilem in modum seditiosi imagine aut mortem eius honestaret, aut desideria imperitorum* misericordia *commoveret.* Att. VIII. 12. *frangor saepe* misericordia *puerorum.*

MISERICORS. Inv. I. 53. *conquestio est oratio auditorum misericordiam captans. In hac primum animum auditoris mitem et* misericordem *conficere oportet.*

MISSIO 1. *Absendung.* Att. I. 4. literarum missio. Phil. VII. 1. *non sine causa legatorum istam* missionem *semper timui.* 2. *Dimissio.* Tusc. I. 48. *Silenus a Mida captus hoc ei muneris pro sua* missione *dedisse scribitur; docuisse regem non nasci homini longe optimum esse; proximum autem, quam primum mori.* Fam. V. 12. *ante* missionem *ludorum*, i. e. ante finem.

MITELLA. Rab. Post. 10. *est mitra parva. Mitellae* etiam corollae fuerunt e veste serica diversicolori unguentis madidae, ut ex Plin. XXI. 3. demonstrat Salmas. ad Solin. II 392. *Ern.*

MITESCERE. Oecon. 1. *affecta iam prope aestate uvas a sole* mitescere *tempus est.*

MITIFICATUS, *concoctus.* Div. II. 26. *Democritus — causam explicat, cur ante lucem galli canant. Depulso enim de pectore et in omne corpus diviso et* mitificato *cibo, cantus edere, quiete satiatos.*

MITIGARE. 1. Lenire. Orat. II. 58. *est oratoris movere risum — maxime quod tristitiam ac severitatem* mitigat *et relaxat.* Q. Fr. I. 17. *severitatem acerbam multis condimentis humanitatis* mitigare. 2. Mitem facere. Leg. II. 14. *qui ex agresti vita exculti ad humanitatem* mitigati *sumus.* 3. *Consolari.* Fam. VI. 4. *me non tantum literae, quantum longinquitas temporis* mitigavit. 4. Coquendo mollire. N. D. II. 60. *arborum consectione, omnique materia et culta et silvestri partim ad calefaciendum corpus igni adhibito, et ad* mitigandum *cibum utimur.*

MITIS. 1. *de vento, sanft.* Att. VII. 2. Auster *lenissimus et* mitis. 2. *De animo.* Inv. I. 55. animus auditoris mitis et misericors. Catil. IV. 5. *homo* mitis-

simus *atque lenissimus*. 3. De placito philosophorum. Muren. 29. *Accessit his doctrina non moderata nec mitis, sed — paullo asperior et durior, quam veritas aut natura patiatur.* Intelligitur *Stoicorum disciplina moralis*. 4. De oratione. Sen. 9. *diserti senis compta et* mitis *oratio*.

MITRA. Harusp. R. 21. est fascia, qua caput redimitur. Sed barbaris illius usus frequentior, quam Graecis, ut e Virgilio constat. Vid. v. e. Aen. V. 215. Cf. Graev. lect. Hesiod. c. 25. et inter Graecos Romanosque feminis non viris. Vid. Salmas. ad Solin. p. 392. et Abram ad Or. pr. Rab. Post. 10. *Ern.*

MITTERE. 1. Sensu proprio. Att. VI. 5. *velim obvias mihi literas quam argutissimas de omnibus rebus crebro mittas.* Fam. X. 12. Munatius eas literas legendas dedit, quas ipsi miseras, et eas, quas publice (i. e. ad senatum). 2. *Librum ad aliquem mittere*, praeter communem verbi significationem, saepe idem est ac librum alicui inscribere. Sen. 1. *hunc librum de senectute ad te* misimus. 3. *Mittere* significat interdum, per literas vel per nuntios aliquid nuntiare aut mandare. Att. II. 2. *nam ita ad me* mittunt, *Nigidium minari in concione*. Fam. XVI. 9. *Curio* misi, *ut medico honos haberetur*. 4. Immittere. Mil. 28. ut *in eos se potius* mittteret, *quam in vestras possessiones*. 5. Emittere. Fin. I. 1. *quod semel* missum *coërceri reprimique non potest*. Att. VI. 1. mittere *sanguinem*. Sext. 19. *vocem pro rep. neminem* mittere. 6. Mitto, saepe, i. q. praetereo s. non dicam. Brut. 17. *at quem virum dii boni!* mitto *civem, aut senatorem, aut imperatorem, oratorem enim hoc loco quaero*. Att. VII. 2. *Chrysippum — discedere a puero inscientem!* mitto *alia, quae audio multa;* mitto *furta, fugam non fero*.

MIXTUS vel MISTUS. N. D. I. 27. *fusus et candore* mixtus *rubor*. Univ. 12. *voluptate et molestia* mixtus *amor*. Tusc. V. 15. mixta *ex dissimilibus*. Off. II. 14. *in oratione* mista *modestiae gravitas*.

MOBILIS. 1. Sensu proprio. N. D. II. 57. (Natura) *lubricos oculos fecit et* mobiles. Ibid. 11. *mundi ille fervor purior perlucidior*, mobiliorque, *multo ob easque causas aptior ad sensus commovendos quam hic noster calor*. Idem ibid. dicitur *acerrimus et* mobilissimus *ardor*. 2. Mutabilis, inconstans. Fam. VI. *nec in*

aut vultuosum sit, tum oculorum est quaedam magna moderatio. Orat. II. 59. *haec — adhibenda est in ioco* moderatio. Orat. I. 60 (histrio) *adstrictus certa quadam numerorum* moderatione *ac pedum*. 3. Ponitur pro regimine aut potestate. Verr. Act. I. 7. *omnia in unius potestate, ac* moderatione *vertentur*. N. D. III. 35. *mundi divina in homines* moderatio *nulla est, si in eo discrimen nullum est bonorum et malorum.*

MODERATOR. Leg. II. 7. *sit hoc a principio persuasum civibus, dominos esse omnium rerum ac* moderatores *deos, eaque quae gerantur eorum geri ditione ac numine.* N. D. II. 35. *philosophi debuerunt — intelligere inesse aliquem non solum habitatorem in hac caelesti ac divina domo, sed etiam rectorem et* moderatorem, *et tamquam architectum tanti operis tantique muneris.* Att. VIII. 11. moderatori *reip. beata civium vita proposita est.* Orat. 21. *Magni iudicii, summae etiam facultatis esse debebit* moderator *ille et quasi temperator huius tripertitae varietatis*, i. e. trium generum dicendi, subtilis, modici, vehementis. Orat 35. *haec sapientia maxime adhibenda eloquenti est, ut sit temporum personarumque* moderator, h. e. ut ad tempora et personas accommodet orationem. Par it. 3. *aut auscultator est modo qui audit, aut disceptator, id est, rei sententiaeque* moderator; h. e. qui statuit aliquid vel de praeteritis ut iudex, vel de futuris, ut senatus. Tusc. I. 22. *Videmus — vicissitudines dierum atque noctium, commutationesque temporum quadripartitas, eorumque omnium* moderatorem *et ducem solem.*

MODERATRIX. Tusc. V. 14. *Temperantia —* moderatrix *omnium commotionum.* N. D. III. 39. dicitis — materiam *universae fictricem et* moderatricem *divinam esse providentiam.* Flacc. 24. *vindex temeritatis et* moderatrix *officii, curia.*

MODERATUS. Muren. 29. *doctrina non* moderata *nec mitis, sed paullo asperior ac durior.* Phil. III. 11. *nihil apparet in eo ingenuum, nihil* moderatum, *nihil pudens, nihil pudicum.* Orat. III. 25. *licet videre — unguentis minus diu nos delectari summa et acerrima suavitate conditis, quam his* moderatis. Orat II. 5. *qui cantus* moderatae *orationis pronunciatione dulcior.*

MODESTE, modice. Att. IX. 19. *ea quum* modeste *fiunt, tamen ipsa per se molesta sunt.* Vid. *Modicus.* 2. Opponitur verbo *hostiliter.* Fam. XIV. 14.

si ille modeste (*mit guter Mannszucht*) *Romam venturus est, recte in praesentia domi esse potestis.*

MODESTIA. Off. I. 40. Modestia *sic definitur a Stoicis, ut sit scientia earum rerum, quae agentur aut scientur loco suo collocandarum.* — Ibid. *sic fit, ut* modestia — *scientia sit opportunitatis idoneorum ad agendum temporum.* Ibid I. 5. pars honestatis *est in omnium, quae fiunt, quaeque dicuntur ordine et modo, in quo inest* modestia *et temperantia.* Inv. II. 54. Modestia *est, per quam pudor honestus caram et stabilem comparat auctoritatem.* Div. I. 31. *virginalis* modestia. Tusc. III. 5. *σωφροσύνην soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, tum etiam* modestiam.

MODESTUS. 1. Fam. V. 6. *homo frugi et* modestus. Planc. 11. *adolescentuli* modestissimi *pudor.* 2. Sen. p. h. 2. modesti *consules* dicuntur, qui verentur contra leges facere. 3. *Irae potens.* Verr. I. 47. *o* modestum *ordinem, qui te virum istinc* abire passus est. 4. Opponitur *seditioso.* Rull. II. 31. *plebs* modestissima. 5. Lael. 11. opponitur *flagitioso*, h. e. libidinoso. 6. Lenis. Att. X. 5. modestior *non ero. Ern.*

MODICE. Fam. IV. 4. modice *hoc faciam aut etiam intra modum.* Orat. I. 29. *quibus a natura minora data sunt, tamen illud assequi possunt, ut iis quae habeant,* modice (*in gehöriger Maaſse*) *et scienter utantur, et ut ne dedeceat.* 2. *Leniter.* Sen. 1. *etsi te id* modice *et sapienter et ferre et laturum esse certo scio.*

MODICUS, parvus, paucus. 1. Parad. VI. 2. pecunia *mea est ad vulgi opinionem mediocris, ad meam* modica, *ad tuam nulla.* Orat. II. 32. *quae* (crimina) *quum de facto non ambigitur, quaeruntur, qualia sint, ea si ex reis numeres et* innumerabilia *sunt et obscura; si ex rebus valde* modica *et illustria.* Div. I. 51. (animus) *temperatis escis* modicisque *potionibus affectus.* Fin. II. 19. *Graecis hoc* modicum *est*, i. e. pauca eius rei exempla sunt apud Graecos. 2. Moderatus. Sen. 11. *utendum est exercitationibus* modicis. Leg. III. 18. *quae cum populo quaeque in patribus agentur* modica *sunt; id est modesta atque sedata.* Fin. V. 11. *intelligendum est, haec ipsa nimia in quibusdam futura non fuisse, nisi quaedam essent* modica *natura.* Orat. 25 *actio non tragica, nec scenae, sed* modica *iactatione corporis, vultu tamen multa conficiens.*

MODIFICATUS. Part. 5. *verba ab oratore modificata et inflexa quodammodo, qualia sunt ea quae transferuntur aut immutantur etc.* Orat. III. 48. membra (orationis) modificata *esse debebunt;* i. e. numerosa et apte cadentia. *Ern.*

MODIUS, sexta pars medimni. Off. II. *M. Seius in caritate annonae asse* modium *populo dedit.* Lael. 19. *verum illud est, quod dicitur multos* modios *salis simul edendos esse, ut amicitiae munus expletum sit.* Att. VI. 1. *Sic illa iam habent* pleno modio, *verborum honorem, imitationem crebram.*

MODO. Pro *non modo non*, dici *non modo*, quum sequitur *ne quidem* notum est. Vid. Fam. IX. 17. et Manut. ad Fam. I. 9. sed est etiam ante *verum etiam.* Att. II. 1. non modo *excitatum, sed etiam plane perterritum.* Duo alia exempla ex Lib. II. III. offic. dedit Moretus V. L. V. 7. Etiam omittitur ante *sed etiam* ut Tusc. V. 6. ubi addidit Davis. ed. sec. Notabilis est etiam transpositio huius formae. Att. XIV. 19. *cui facile persuasi id quod rogaret*, ac *licere* quidem, *non* modo non *labere.* 2. *Non modo* pro *non dicam*, sequente *sed.* Act. I. Verr. 5. *si* non modo *in causa*, sed *aliquo honesto praesidio.* 3. *Non modo* in fine, pro *nedum.* Phil. II. 41. non modo esse illorum cliens. Fam. I. 9. *nullum meum minimum dictum* non modo *factum intercessit.* 4. De tempore interdum multos annos significat. Off. II. 21. modo *hoc malum in hanc remp. invasit.* Nam si a Iugurthino bello rationem ducas sunt septuaginta amplius anni. Vid. in NUPER. *Ern.* Proprie tamen 5. de brevi tempore praeterlapso. Verr. IV. 3. *Nuper: quid dico* nuper, *immo vero* modo, *et plane paullo ante.* 6. Att. II. 15. modo *hoc* modo *illud audire.* Pro hac forma *modo — modo* interdum usurpatur *modo — tum.* N. D. I. 12. *Xenophon facit Socratem disputantem formam deo quaeri non oportere, eundemque et solem et animum deum dicere, et* modo *unum* tum *autem plures deos.* Ibid. I. 13. *Theophrastus* modo *menti divinum tribuit principatum*, modo *caelo*, tum autem *signis sideribusque caelestibus.*

MODULARI. Orat. III. 48. *hominum aures vocem natura* modulantur *ipsae.* Orat. 18. *ipsa natura quasi* modularetur *hominum orationem, in omni verbo posuit acutam vocem.*

MODULATE. N. D. II. 8. modulate *canentes tibiae.*

MODUS. Mensura. Flacc. 32. *Voluisti magnum agri* modum *censeri.* Orat. 22. *in omnibus rebus videndum est, quatenus, etsi enim suus cuique* modus *est, tamen magis offendit nimium, quam parum.* Tusc. II. 19. *homo catus numquam terminat nec magnitudinis, nec diuturnitatis* modum, *ut sciam, quid summum dicat in dolore, quid breve in tempore.* Parad. VI. 1. *ex eo quantum cuique satis est metiuntur homines divitiarum* modum. N. D. II. 19. *solis tum accessus modici, tum recessus et frigoris et caloris* modum *temperant.* Off. I. 29. *Ludendi etiam est quidam* modus *retinendus.* Parad. 3. *rerum* modum *fingere non possumus, animorum* modum *tenere possumus.* 2. Inde transfertur ad mensuram in musicis (*den Tact, das Tempo*) et ad mensuram pedum metricorum. Orat. I. 60. *Solet Roscius dicere, se quo plus sibi aetatis accederet, eo tardiores tibicinis* modos *et cantus remissiores esse facturum. Quod si ille adstrictus certa quadam numerorum moderatione et pedum tamen aliquid ad requiem senectutis excogitat, quanto facilius nos non laxare* modos, *sed totos mutare possumus?* Orat. 58. *non sunt* (in oratione) *tanquam tibicini percussionum* modi, *sed universa comprehensio orationis clausa et terminata.* Orat. 57. *ita factos eos pedes esse, ut in eis singulis* modus *insit aut sesquiplex, aut duplex aut par.* 3. Interdum dicitur *modus* pro *moderatione.* Cluent. 67. *hinc illae infinitae crudelissimaeque de morte Oppianici quaestiones, quibus finem aliquando non mulieris* modus (*Mässigung*), *sed amicorum auctoritas fecit.* Q. Fr. II. 6. ἀμφιλαφίαν — bono modo *desidero,* i. e. *moderate.* Quint. 7. modo *et ratione omnia fecisse,* i. e. recte et ordine. 4. Est etiam *via et ratio* s. conditio alicuius rei aut qualitas (*die Art und Weise*). Div. I. 40. *umbrarum vagari* modo. Fin. V. 12. *animus non esse solum, sed etiam cuiusdam* modi *debet esse,* (*eine gewisse Beschaffenheit haben*). Ac. pr. II. 31. *eoque sapientem non assentiri, quia possit* eiusdem modi *exsistere falsum aliquod* cuiusmodi *hoc verum.* Iuv. II. 6. *res* alius modi *est ac putatur.* 5. Inde in musicis et in cantu significat varietatem sonorum quae *melodia* appellatur. Tusc. III. 19. *carmen et rebus et verbis et* modis *lugubre.* 6. Dicitur etiam pro *fine* (*das Ziel, das Ende*).

Verr. II. 17. *nos* modum *aliquem et finem orationi nostrae faciamus.*

MOECHUS, adulter. Fam. VIII. 7. *Ocella nemini persuasisset se* moechum *esse, nisi triduo bis deprehensus esset.*

MOENIA Sext. 42. *domicilia coniuncta quas urbes dicimus,* moenibus *sepserunt.* Leg. I. 23. *qui sese non unius circumdatum* moenibus *loci, sed civem totius mundi quasi unius urbis agnoverit.* „Catil II. 1. moenibus *ipsis intra* moenia *nulla iam pernicies comparabitur.* Graevius primum esse pro *domibus* dicit, et sic dici hoc verbum non est dubium. Vid praeter ipsum Duker. ad Flor. p. 50. Sed potest tamen hic urbs universe intelligi per syuecdochen; quamquam urbs et aedificia urbis non adeo differunt; uti accepit Gronov. Obs. II. 12. qui *media moenia* apud Curtium interpretatur *mediam urbem* et *media tecta* " *Ern.* Equidem illud *moenibus ipsis* breviter dictum arbitror pro *urbis aedificiis, imo* moenibus *ipsis* Maiorem enim perniciem aliquis urbi molitur, qui ne moenibus quidem parcet.

MOERERE s. MAERERE, proprie de luctu ob mortem eius quem dileximus, deinde ob alias eius calamitates. Tusc. I. 13. *nemo* maeret *suo incommodo. Dolent fortasse et anguntur; sed illa lugubris lamentatio, fletusque* maerens *ex eo est, quod eum quem dileximus vitae commodis privatum arbitramur; idque sentire.* Phil. IX. 5 (Filius Sulpicii) *ita est affectus, ut nemo umquam unici filii mortem magis doluerit quam ille* maeret *patris.* Sext. 14. *etiamne edicere audebas, ne* maererent *homines meam, suam, reip. calamitatem?* Tusc. I. 44. de Hectoris corpore ad currum ab Achille relegato *Hic ulciscitur, ut sibi quidem videtur. At illa* (scil. Andromache) *sicut acerbissimam rem* maeret. 2 Sensu generaliori pro *dolere.* Balb. 25. *sermones hominum alienis bonis* maerentium.

MOEROR s. MAEROR. 1. Proprie dolor ex eius quem diximus, morte, aut calamitate. Tusc. IV. 8. maeror, *aegritudo flebilis.* Att. XII. 27 maerorem (ex Tulliae morte) *minui, dolorem non potui, nec, si possem vellem.* Fin. I. 18. *accedunt aegritudines, molestiae,* maerores *qui animos exedunt.*

MOESTE s. MAESTE. Her. III. 14. *modo acriter, tum clementer* maeste *hilariter — commutabimus pronunciationem.*

MOESTITIA s. MAESTITIA. Orat. 43. *quis hanc mihi non daret veniam — ut — non me aut desidiae — aut* maestitiae *cui resisto, potius quam literis dederem?* Orat. 16. *Ecce aliqui duritatem et severitatem quandam verbis et orationis quasi* maestitiam *sequuntur.* Tusc. I. 44. *haec quum pressis et flebilibus modis, qui totis theatris* maestitiam *inferant, concinuntur.*

MOESTUS s. MAESTUS. Her. III. 15. *sedato et constanti gestu,* maesto *et conturbato vultu.* Orat. II. 47. *excitavi* maestum *et sordidatum senem.*

MOLA. 1. Pistrinum. Att. II. 1. *Favonius — dixit ita ut Rhodi videretur* molis *potius quam Moloni operam dedisse.* 2. Far tostum sali mistum quo victimae conspergebantur. Div. II. 16. *caput est in iecore cor in extis; iam abscedet simul ac* molam *et vinum insperseris.*

MOLES. 1. Att. IV. 15. *aditus insulae muniti sunt mirificis* molibus. Verr. IV. 53. *Fons aquae dulcis* (Arethusa) — *qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac* mole *lapidum a mari disiunctus esset.* Mil. 31. Albanorum arae — quas ille (Clodius) — *substructionum insanis* molibus *oppresserat.* Cf. c. 20. Nimirum Clodius ut villam suam magnifice exaedificaret, lucos exciderat, et aras deiecerat. Phil. XIV. 12. de monumento militum legis Martiae, qui pugnantes occiderant: *Erit igitur exstructa* moles *opere magnifico.* 2. Metaphorice. Catil. I. 23. *vix* molem *istius invidiae sustinebo.* Ibid. III. 7. *non facile hanc tantam* molem *mali a cervicibus vestris depulissem.* Rull. II. 33. *hi Capuam sedem novae reip. constituunt,* molem *contra veterem remp. comparant.*

MOLESTE. Fam. I. 9. moleste *Pompeium id ferre constabat.* Att. II. 1. *accusavit* moleste.

MOLESTIA. 1. Sensus animi iniucundus ut in cura, sollicitudine, taedio. Q. Fr. II. 9. *nunc mihi iucunditatis plena epistola hoc aspersit* molestiae. Orat. III. 1. *acerba recordatio veterem animi curam* molestiamque *renovavit.* Fam. XIII. 7. *omnes* molestias *et sollicitudines — deposui.* 2. „Molestia dicitur etiam quicquid est nimium in aliquo genere. Brut. 38. *accurata et sine* molestia *diligens elegantia;* i. e. sine affectatione, quae molesta est audientibus ac legentibus. 3. Inprimis dicitur de iis qui appellant de solvendo.

Inde Fam. XII. 30. *noli impudens esse nec mihi* molestiam *exhibere et a me literas crebriores flagitare.*

MOLESTUS. 1. Laboriosus, operosus; gravis. Leg. III. 8. *nihil — laboriosius,* molestius *quam provincia*, scil. pro consule aut pro praetore administranda. N. D. II. 23. *multitudo nec cessantium deorum, nec ea quae agant molientium cum labore operoso ac* molesto. 2. Molestus alicui est gravis, et incommodus (lästig). Lael. 6. *amicitia — numquam intempestiva, numquam* molesta *est.* Sen. 7. *importunitas et inhumanitas omni aetate* molesta *est.* Flacc. 5. *vehementem accusatorem nacti sumus — odiosum ac* molestum. 3. Odiosus. Caecil. II. *quum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenii atque eloquentiae multo* molestissima. Sen. 14. *cupidis rerum talium odiosum et* molestum *est fortasse carere, satiatis vero et expletis iucundius est carere quam frui.*

MOLIRI. 1. Proprie *struere*, de operis fabrorum. Verr. IV. 43. *hora amplius in demoliendo signo permulti homines* moliebantur. 2. Omnino aliquid agere, facere. N. D. I. 1. *utrum dii nihil agant, nihil* moliantur. Ac. pr. II. 7. *artium illud eiusmodi genus ut tantummodo animo rem cernat; aliud ut* moliatur *aliquid et faciat.* Sen. 8. *Videtis ut senectus non modo languida aut iners non sit, verum etiam sit operosa et semper agens aliquid et* moliens. 3. Struere, parare, machinari. Sext. 1. moliri *periculum alicui.* Cluent. 63. *insidias filio.* Catil. II. 1. *pestem patriae.* Cluent. 64. *Sassia quiescebat, ut velle atque optare aliquid calamitatis filio potius, quam id* struere *atque* moliri *videretur.* 4. *Aggredi, suspicere; conari.* Orat. 11. *de quo* molimur *aliquid exquisitius dicere.* Univ. 2. *qui aliquod munus efficere* molitur. 5. Commovere. Orat. II. 51. *haec fere maxime sunt in iudicum animis oratione* molienda, *amor, odium, iracundia, invidia* etc.

MOLITIO. De creatione universi. N. D. I. 8. *quibus oculis animi intueri potuit vester Plato fabricam illam tanti operis, qua construi a deo atque aedificari mundum facit? quae* molitio? *quae ferramenta? qui vectes.* Ibid. 9. *tanta rerum* molitio. Univ. 3. *quaeramus causam quae eum impulerit, qui haec* machinatus *sit, ut originem rerum et* molitionem *novam quaereret.*

MOLITOR, auctor, aedificator. Univ. 3. *effector mundi et* molitor *deus.*

giae

giae mollitudo. Orat. III, 25. licet videre *in ipso tactu esse modum et* mollitudinis *et laevitatis.* 2. De voce. Her. III. 12. mollitudinem *vocis, hoc est, ut eam torquere in dicendo pro nostro commodo possimus, maxime faciet exercitatio declamationis.* 3. De animo. Orat. III. 40. mollitudo *humanitatis*, quae facile rebus laetis et tristibus movetur.

MOMENTUM. 1. Pondus. Sensu proprio. N. D. II. 46. astra — *se et nixu suo conglobata continent, et forma ipsa figuraque sua* momenta *sustentant* (*halten sich im Gleichgewicht*). 2. Per translationem aliarum rerum pondera, h. e. partes et causae gravitatis, *momenta* (*Gewicht*) dicuntur. Muren. 41. *si quid habet aut* momenti *commendatio, aut auctoritatis confirmatio mea.* Font. 2 *vos orat, ut sua religio, laudatio, auctoritas aliquid apud vestros animos* momenti *habuisse videatur.* Vatin. 4. *boni viri iudicent. Id est maximi* momenti *ac ponderis.* Orat. 15. *non semper nec in omnibus causis ex iisdem eadem argumentorum* momenta *sunt.* Mur. 2. *officiorum* momenta *perpendere.* Orat. I. 31. *inventa non solum ordine sed etiam* momento *quodam atque iudicio dispensare atque componere.* 3. Vis ad aliquid efficiendum, *Einflufs.* Fin. IV. 17. *quum ad beatam vitam nullum* momentum *ea res håberet.* 4. Causa. Phil. V. 10. *Minimis* momentis *maximae temporum inclinationes* (*oft entspringen aus den kleinsten Ursachen sehr grofse Veränderungen der Umstände*).

MONEDULA, *eine Dohle.* Flacc. 31. *non plus aurum tibi, quam* monedulae *committebant;* scil. quia monedulae solent eiusmodi cimelia furari, et auferre.

MONERE. Att. XI. 16. *te oro, ut Terentiam* moneas *de testamento.* Att. XIV. 21. *id ipsum quod me* mones. Fam. II. 16. *quae tu me* mones *ut caveam.* Inv. II. 22. *pietatem, quae erga patriam, aut parentes, aut alios sanguine coniunctos officium conservare* moneat.

MONETALIS. Att. X. 11. Cicero per iocum, quum Vectenus in literis ad ipsum datis sibi proconsulis titulum ascripsisset, illius nomini ascripserat MONETALI. Ludebat scil. in hoc verbo, quod erant *triumviri monetales*, ille autem negotiator erat, et magnas pecunias fenori locabat.

MONILE. Verr. IV. 18. monile *ex auro et gemmis.*

5 Monstra quoque vocantur, facta incredibilia, inaudita, immania, mirabilia. Att. IV. 7. *mera* monstra *nuntiarat.* Q. Fr. II. 6. de Caesare monstra *promulgarunt.* Verr. III. 73. *non mihi iam furtum, sed* monstrum *atque prodigium videbatur, civitatum frumentum improbare, suum probare.*

MONTANUS. Rull. II. 35. *Ligures* montani, *duri atque agrestes.* „Dom. 28. commemorantur inter genera plebis urbanae, ita, ut a *paganis* distingui videantur, *pagani aut montani.* Graevius negat se, qui sint, scire. Mihi autem videntur iidem esse, qui *pagani.* Nam hi in montibus habitabant. Vid. PAGUS. *Ern.* Rectius tamen Gesnerus ad h. l. diversos fuisse contendit, adhibito loco Varronis de L. L. V. 3. ut *pagani* sint, qui in plano, *montani*, qui in montibus urbis Romae habitabant.

MONTIVAGUS. Tusc. V. 27. quid bestiae? *non* — montivagos *atque silvestres cursus lustrationesque patiuntur?*

MONTOSUS. Lael. 19. *locis etiam ipsis* montosis *delectamur et silvestribus.*

MONTUOSUS. Planc. 9. *aspera et* montuosa *regio.*

MONUMENTUM, dicitur templum, statua, via et quodcumque publicum aedificium, quo alicuius memoria conservatur, quia aut in honorem eius, aut ab eo exstructum est. Rull. I. 4. *pecunia non consumpta in* monumento; scil. ab imperatore, qui propterea manubias accepit. Verr. I. 4. monumenta Africani sunt statuae, quas Siculis, Carthagine capta, reddiderat, quibusque ideo nomen eius erat inscriptum. Planc. 32. Div. I. 28. monumentum *Marii* est templum ab eo exstructum e manubiis Cimbricis. Mil. 7. *in maiorum suorum* monumentis de via Appia. Arch. 11. *Decimus Brutus summus ille vir et imperator, Attii amicissimi sui carminibus templorum et* monumentorum *aditus exornavit suorum.* Dom. 20. *Clodium meam domum* monumentum *fecisse*, quia in ea signum Libertatis dedicarat. Fam. I. 9. *monumentum* Cicero vocat aedes suas publico sumptu instauratas. 2. Hinc deinde simpliciter et sine relatione ad aliquem hominem, cuius monumentum sit pro *templo* ponitur. Verr. I. 50. *in aede Castoris celeberrimo clarissimoque* monumento. 3. Sepulcrum. Rosc. Am. 50. 4. Literae publicae. Dom. 28.

scribere nobiscum in rationibus publicis monumentisque *versantur.* 5. Sic dicuntur etiam commentarii Pontificum. Dom. 55. *Ern.* 6. *Annales* aliique libri *historici.* Sext. 48. *haec* monumentis *annalium mandantur, posteritati propagantur.*

MORA. 1. Cunctatio, dilatio. Inv. II. 49. *utrum statim fieri necesse sit, an habeat aliquam* moram *et sustentationem.* Fam. X. 22. *propter tarditatem sententiarum,* moramque *rerum.* Sull. 20. *venire omnes suas possessiones maluit quam ullam* moram *cuiquam fieri creditorum suorum.* Att. XI. 11. sine mora *facere aliquid, abiecta omni cunctatione.* 2. In orationibus *morae* sunt, quae nos in musicis dicimus *Pausen.* Orat. 16 *distincta alios et interpuncta intervalla,* morae, *respirationesque delectant.*

MORA, Spartiatarum. Tusc. II. 16. λόχες, cohors militum, de quorum numero non satis certo constat, quum alii quingentos, alii plures tradant. Vid. ad h. l. Gronov. Obss. III. 6. *Ern.* Nimirum haec lectio debetur Gronovii coniecturae. Vulgo enim sine sensu legebatur *Spartiatarum, quorum procedit ad modum ad tibiam.*

MORALIS. Fat. I. *nos enim partem philosophiae de moribus appellare solemus, sed decet augentem latinam linguam nominare* moralem.

MORARI. 1. Intransitive. Att. XVI. 5. *Brutus valde* moratur, *non tergiversans sed exspectans.* Fam. XV. 2. *tempus eius tridui, quod in his castris* morabar. Tusc. I. 47. *quum illam ad solemne sacrificium curru vehi ius esset,* morarenturque *iumenta.* 2. Transitive. Fam. XV. 11. *si me navigatio non* morabitur. Fam. II. 15. *nisi quid me Etesiae* morabuntur. Fam. X. 8. *si modo meo casu reip. periculum* morari *possim.* Verr. IV. 46. *iste omnia, ne multis vos* morer, *asportanda curavit.*

MORATOR. Caecil. 15. est causidicus imperitus, qui adhibetur tantum ad faciendam moram, dum reperiatur alius melior patronus, aut iam repertus se ad dicendum comparet. Vid. Ascon. ad h. l. Savaro ad Sidon. Ep. V. 7. *Ern.*

MORATUS. Tusc. II. 11. *quotus quisque philosophorum invenitur, qui sit ita* moratus, *ita animo ac vita constitutus ut ratio postulat?* Brut. 3. *bene* morata *et bene constituta civitas.* Div. I. 32, *o poema tenerum,*

et moratum, *atque molle.* Off. II. 12. *iustitiae fruendae causa videntur olim bene* morati *reges constituti.*

MORBOSUS. Tusc. IV. 24. Vulgo olim legebatur: *iracundos solos* morbosos *nominaverunt.* Sed Davisius legit *morosos,* recte probantibus Bentleio et Buherio.

MORBUS. 1. Proprie de corpore. Tusc. IV. 10. *quum sanguis corruptus est, aut pituita redundat, aut bilis, in corpore morbi aegrotationesque nascuntur.* Sen. 19. *Facilius in* morbos *incidunt adolescentes, gravius aegrotant, tristius curantur.* Off. I. 24. *In adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est, qui leviter aegrotantes leniter curant, gravioribus autem* morbis *periculosas curationes et ancipites adhibere coguntur.* Fam. VII. 20. *ego quum omnes* morbos *reformido, tum in quo Epicurum tuum Stoici male accipiunt, quia dicat* δυσουρικὰ καὶ δυσεντερικὰ πάθη *sibi molesta esse, quorum alterum* (scil. τὰ δυσεντερικὰ πάθη) *edacitatis* morbum *putant;* alterum (δυσουρικα) *etiam turpioris intemperantiae* (scil. in rebus venereis). 2. De animo. Tusc. IV. 13. *animi valentes* morbo *tentari non possunt.* 3. De vitiis civitatum. Sull. 27. *ex magnis et diuturnis et iam desperatis reip.* morbis *ista repente vis erupit, ut ea confecta et eiecta convalescere aliquando et sanari civitas posset.*

MORDAX. Orat. II. 59. *lacerat lacertum* Largii mordax *Memmius.*

MORDERE. 1. Sensu proprio. Rosc. Am. 20. *alii canes sunt, qui et latrare et* mordere *possunt.* Nempe hic accusatores cum canibus comparantur, ita ut latrare sit vociferari, mordere autem, i. q. accusando vel calumniando nocere. 2. Metaphorice, tristitia s. molestia afficere. Att. III. 13. *valde me* momorderunt *epistolae tuae de Attica nostra.* Tusc. III. 34. *si paupertas* momordit, *si ignominia pupugit.* Att. VI. 2. scribis morderi *te interdum, quod non simul sit.* Tusc. IV. 20. *impunitas peccatorum data videtur eis, qui et ignominiam, et infamiam ferunt sine dolore.* Morderi *est melius conscientia* (*es ist besser Gewissensbisse zu fühlen*). 3. „Fam. XI. 23. mordere *frenum* proverbialiter dicitur de iis, qui indignantur conditionem suam, neque tamen ea se liberare possunt.

MORDICUS. Q. Fr. II. 14. *auriculam fortasse* mordicus *abstulisset.* 2. Mordicus *aliquid tenere,* est

etiam beatae videri solent. Fin. II, 30. *praeclarae* mortes *sunt imperatoriae.*

MORSUS. 1. Sensu proprio. Div. I. 10. morsus serpentum. Sen. 15. (spica) *contra avium minorum* morsus *munitur vallo aristarum.* 2. Metaphorice. Tusc. II. 22. *acer* morsus *doloris.* Ibid. III. 34. morsus *animi.* Off. II. 7. *acriores* morsus *sunt intermissae libertatis, quam retentae.* Att. XII. 19. *recordationes quasi* morsu *quodam dolorem efficiunt.*

MORTALIS. 1. Sensu proprio. N. D. III. 13. *omne animal confitendum est esse* mortale. Sen. 22. *mihi numquam persuaderi potuit, animos, dum in corporibus essent* mortalibus, *vivere, quum existent ex iis emori.* Off. I. 33. *ut fortuna nonnumquam tamquam ipsa* mortalis *cum immortali natura pugnare videatur.* 2. Metaphorice. Rab. Post. 12. *neque me poenitet* mortales *inimicitias, sempiternas amicitias habere.* 3. *Mortales* simpliciter dicuntur homines. Pis. 40. *de quo iam quidem omnes* mortales, *omnium generum aetatum, ordinum iudicaverunt.*

MORTALITAS. N. D. I. 10. *omne quod ortum est* mortalitas *consequitur.*

MORTIFER. Div. I. 30. *morbo gravi et* mortifero *affecti.* Tusc. I. 29. mortiferum *poculum.* Leg. II. 5. *neque medicorum praecepta dici vere possent, si quae inscii imperitique* pro *salutaribus* mortifera *conscripserint.*

MORTUUS. Quint. 15. *is non modo ex numero vivorum exturbatur, sed etiam si fieri potest infra* mortuos *amandatur.* Q. Fr. I. 3. *effigies spirantis* mortui; dicitur de homine aerumnis conferto ac debilitato. 2. Metaphorice. Sen. 9. *Milo Crotoniates — senex — aspexisse lacertos suos dicitur lacrymansque dixisse; at hi quidem iam* mortui *sunt.*

MOS. 1. De instituto et consuetudine maiorum publica (*altes Herkommen*). Muren. 1. more *institutoque maiorum.* Off. I. 41. *quae* more *aguntur institutisque civilibus.* Ibid. *si quid Socrates aut Aristippus contra* morem *consuetudinemque civilem fecerit.* 2. Mores parentum. Off. I. 32. *plerique parentium praeceptis imbuti ad eorum consuetudinem* moremque *deducimur.* 3. Omnino privatorum hominum consuetudines. Phil. II. 28. *quid umquam illa domus viderat, nisi pudicum nisi ex optimo* more *et sanctissima disciplina.* 4. *Mores* hominis sunt eius vel virtutes vel vitia. Orat. II. 43. *exprime-*

extrinsecus. 2. *Amovere.* Q. Fr. II. 2. *loco aliquem* movere. Orat. II. 67. movere *aliquem tribu.* Div. I. 35. *quum signifer primi hastati signum non posset* movere *loco.* 3. *Arcere removere.* Off. III. 19. *hic non noceat, qui quodam quasi veneno perficiat, ut veros heredes* moveat, *in eorum locum ipse succedat?* 4. *Se movere* pro discedere. Fam. V. 21. *ne te* moveas *istinc tam infirma valitudine.* Att. IV. 9. *Ego me de Cumano* movi. 5. Mutare. Off. II. 23. *quinquaginta annorum possessiones* moveri *non nimis aequum putabat.* Att. VII. 3. *ut meam ille sententiam* moveat. 6. Commovere, allicere. Att. XI. 5. *quae me causae* moverint, *quam acerbae, quam novae, non queo scribere.* Off. I. 28. *decorum, quod elucet in vita,* movet *approbationem eorum, quibuscum vivitur.* Orat. II. 62. *ambiguum — admirationem magis quam risum* movet. Orat. II. 60. *ridiculum* movetur *acumine.* Muren 13. *si mihi stomachum* moveritis. 7. *Moveri* de ingenio. Acad. post. I. 9. *Zeno quum valde subtiliter dissereret, et peracute* moveretur. Fam. XV. 21. *acute* movebatur. 8. *De visis.* Ac. pr. II. 11. *vere inaniterve* moveatur. Nempe vere movemur interdiu; inaniter noctu in somniis, ex vulgari quidem opinione. Sed Academici etiam interdiu inaniter moveri nos putant. 9. Fin. II. 10. *voluptas* movens, opponitur *stanti.* 10. Cum praepos. *in.* Att. VII. 15. *in valitudine alicuius* moveri. 11. Cum praepos. *a,* pro accipere. Att. I. 12. *a Caecilio nummum* movere *non possunt.* Cum praepos. *ex.* N. D. III. 2. *ex sententia me numquam* movebit." *Ern.*

MUCRO. 1. Sensu proprio. Catil. III. 1. mucrones *eorum a iugulis nostris reiecimus.* 2. Metaphorice. Cluent. 44. *ne censorium stilum* (i. e. animadversionem censoriam), *cuius* mucronem *multis remediis maiores nostri retuderunt, aeque posthac atque illum dictatorium gladium pertimescamus.* Leg. III. 10. *quis umquam tam audax — fuisset, ut cogitaret umquam de statu nostro labefactando, nisi* mucronem *aliquem tribunicium exacuisset in nos.* Caecin. 29. *hic est* mucro *defensionis tuae.*

MUGINARI, tarde conari, cessare. Att. XVI. 2. *dum tu* muginaris *nec mihi rescribis.*

MUGIRE. Her. IV. 31. *Vagire,* mugire, *murmurare, sibilare* sunt exempla verborum imitationis causa fictorum.

MULIERCULA. Tusc. V. 36. *Leviculus sane noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis* mulierculae — *insusurrantisque alteri: hic est ille Demosthenes.* Lael. 13. *alios dicere aiunt — ut quisque minimum firmitatis habeat, minimumque virium, ita amicitias appetere maxime. Ex eo fieri, ut* mulierculae *magis amicitiarum praesidia quaerant, quam viri.* Off. II 16. de profusione pecuniae in gladiatorum muneribus et ludorum apparatu: *Bene colligit haec pueris et* mulierculis *et servis et servorum simillimis liberis esse grata, gravi vero homini — probari posse nullo modo.* Tusc. I. 16. *frequens consessus theatri, in quo sunt* mulierculae *et pueri, movetur audiens tam grande carmen.* Fam. IV. 5. *in unius* mulierculae *anima si iactura facta est tanto opere commoveris!*

MULIEROSITAS. Tusc. IV. 11 mulierositas *ut ita appellem eam, quae Graece φιλογύνεια dicitur.*

MULIEROSUS Fat. 5 *Stilponem scribunt et ebriosum et* mulierosum *fuisse.*

MULIO. Fam. X. 15. *Ventidius* mulio *Planci.*

MULIONICUS. Sext. 38. mulionica penula

MULLULUS, parvus mullus Parad. V. 2. videat aliquem barbatulos mullos exceptantem de piscina.

MULLUS, piscis. Att. II. 1. *Nostri principes digito se caelum putant attingere, si mulli barbati in piscinis sint, qui ad manum accedant.*

MULSUM. Orat. II. 70. mulsum frigidum.

MULTA s. MULCTA; poena pecuniaria. Caecin. 33. *legis* multa. Verr. I. 60. multam *petere* dicitur accusator, qui aliquem accusat ex lege in qua multa est constituta. Phil. XI. 8. *Crassus cos. Flacco collegae flamini Martiali* multam *dixit si a sacris discessisset, quam* multam *populus remisit.* Mil. 14. multam *irrogare.* Multa *dicitur* a magistratibus, *irrogatur* lege a magistrata lata. Vid. Sigon. ad Liv. XXV. 1. consules habuisse ius multa dicta cogendi in ordinem senatorem, qui iis parere nollet, testis est locus Phil. I. 5. Non autem ut *multa* ita etiam *multare* de pecuniariis poenis tantum dicitur sed etiam de capitalibus, in significatione privandi. Vid. V. 1. Tusc. I. 22. Verr. I. 5. 2. Damnum pecuniarium. Fam. V. 20. *ut* multa tam gravis T. Mario depelleretur. *Ern.*

MUL-

MULTUS. 1. Sensu proprio. N. D. II. venae crebrae multaeque toto corpore intextae. 2. De longitudine temporis. Att. XIII. 9. multus *sermo ad multam diem.* Q. Fr. II. 8. multa nocte (*tief in der Nacht*) *veni ad Pompeium.* 3. De magnitudine laboris. Orat. II. 25. *Nonnulli dum operam suam* multam *existimari volunt* (*indem sie überaus beschäftigt scheinen wollen*) *ut toto foro volitare et a causa ad causam ire videantur, causas dicunt incognitas* 4. De celebritate. Fam. II. 10. *tuum nomen* multum *est in his locis.* 5. De oratione longa. N. D. II. 46. *nolo in stellarum ratione* multus *vobis videri.* Orat. II. 87. *ne in re nota et pervulgata* multus *et insolens sim.* 6. De eo quod est nimium. Orat. II. 4. *qui in aliquo genere aut inconcinnus, aut* multus *est, is* ineptus *dicitur.* 7. *Multi* saepe dicitur pro eo quod appellatur vulgus hominum. Brut. 79. Calidius, *non fuit orator unus e* multis, *potius inter* multos *prope singularis fuit.* Fin. II. 20. *Tenuis Virginius unusque de* multis.

MULUS. Top. 8. Mulus *clitellarius.*

MUNDANUS, *Weltbürger.* Tusc. V. 37.

MUNDITIA. Off. I. 36. *adhibenda* — munditia *non odiosa, neque exquisita nimis.*

MUNDUS. Q. Fr. II. 3. *tuam domum in Carinis* mundi *habitatores conduxerunt.*

MUNDUS, subst. *der Schmuck.* Oecon. 1. mundus *muliebris qui ad dies festos comparatur.*

MUNDUS, *die Welt.* Leg. I. 7. *universus hic* mundus *una civitas communis deorum et hominum existimanda.* Ibid. II. 10. *deorum hic* mundus *omnis templum et domus.* Div. II. 43 *coelum, quod extremum atque ultimum* mundi *est.* N. D. I. 8. *Audite non futiles commenticiasque sententias, non opificem aedificatoremque* mundi *Platonis de Timaeo deum — neque vero* mundum *ipsum, animo et sensibus praeditum, rotundum, ardentem, volubilem deum. — Ab utroque* (Platone et Zenone Citieo) *sciscitor cur* mundi *aedificatores repente exstiterint; innumerabilia secula dormierint. Non enim si* mundus *nullus erat, secula non erant.* Ac. pr. II. 17. *ais Democritum dicere innumerabiles esse* mundos *et quidem sic quosdam inter se non solum similes, sed undique perfecte et absolute ita pares, ut inter eos nihil prorsus intersit.* N. D. I. 34. *quid?* mundum *praeter*

hunc, umquamne vidisti? negabis. Cur igitur non sexcenta millia mundorum *sed innumerabilia ausus es dicere? Ratio docuit.* Univ. 10. *ut hunc hac varietate distinctum bene Graeci κοσμον, nos lucentem* mundum *nominaremus.*

toris munus *historia?* Div. II. 52. *sine oculis non potest exstare officium et* munus *oculorum. Deinde* 3. „hoc verbum ludos et spectacula gladiatoria significat, quae magistratus aliique populo praebent. Hinc Fam. II. 3. *declarare* munera, h. e. polliceri populo. Sull. 19. praebere munus. Cf. Act. I. Verr. 22. Dom. 47. Fam. XI. 16. in quibus locis omnibus, ut et aliis Ciceronis est de gladiatoriis ludis. Et sic fere ceteri scriptores, ut Suetonius, qui nunquam aliter u. c. Caes. 10. Add. Servium ad Virgil. Aen. III. 66. Ovidius tamen Fast. V. 190. habet *Circi munus*, sed ut poëta. Hinc etiam ductum illud Act. I. Verr. 12. *aedilitatis munus* de beneficio, quo in aedilitate populum affecit. Inde eleganter mundus vocatur *munus dei.* Tusc. I. 29. quo tamen loco vir doctus ad Ovid. A. A. I. 69. non male capit de aedificio publico spectaculis aut oblectationi destinato, quo alluditur. N D. II. 35. *Ern.*

MUNUSCULUM. Fam. IX. 12. munusculum *levidense.* Off. III. 18. *L. Minucii Basili locupletis hominis falsum testamentum, quidam e Graecia Romam attulerunt; quod quo facilius obtinerent, scripserant heredes secum M. Crassum, et Q. Hortensium homines eiusdem aetatis potentissimos; qui quum illud falsum esse suspicarentur, sibi autem nullius essent conscii culpae, alieni facinoris* munusculum *non repudiaverunt*, i. e. acceperunt legatum in testamento ab aliis conficto.

MURAENA, piscis. Parad. V. 2. muraenarum *copia gloriari.*

MURIA. Fin. V. 14. est salsus ille liquor in quo salsamenta servantur.

MURMUR. Orat. III. 40. *maris.*

MURMURARE. Tusc. V. 40. *fremitus* murmurantis *maris.*

MURUS. 1. Sensu proprio. N. D. III. 40. *Pro urbis* muris *quos vos sanctos esse dicitis.* Fin. IV. 9. *si Annibal ad portas venisset* murumque *iaculo traiecisset.* 2. Per translationem. Pis. 4. *lex Aelia et Fufia propugnacula* murique *tranquillitatis et otii.* Verr. V. 1. *ad omnes meos impetus, quasi* murus *quidam, boni nomen imperatoris opponitur.* Catil. IV. 11. *nihil aliud a vobis, quam — mei consulatus* memoriam postulo, *quae dum erit vestris mentibus infixa, firmissimo me* muro *septum esse arbitrabor.*

fuerit Cato de rustica exposuit cap. 121. Ab hoc proverbium *laureolam in* mustaceo *quaerere*. Att. V. 20. Vid. *Quaerere*.

MUSCOSUS. Q. Fr. III. 1. *ἀποδυτηρίῳ nihil alsius, nihil* muscosius, non quia muscum habebat, sed quia aeque ac muscus in humidis locis delectabat. *Manut.*

MUSCULUS. Div. II. 14. musculorum *iecuscula.*

MUSICA. N. D. II 8. *si platani fidiculas ferrent numerose sonantes — censeas in platanis inesse* musicam.

MUSICUS. Tusc. I. 2. *Summam conditionem Graevi sitam censebant in nervorum vocumque cantibus, — Ergo in Graecia* Musici *floruerunt* Off. I. 41. *in fidibus* musicorum *aures vel minima sentiunt.* Tusc II. 4. *si absurde canat is, qui se haberi velit* musicum, *hoc turpior sit, quod in eo ipso peccet, cuius profiteatur scientiam.* Leg. II. 15. *negat* (Plato) *mutari posse* musicas *leges sine mutatione legum publicarum.*

MUSTELA. Fr. inc. (ap. Plin. H N. lib. 29.) Mustela *catulos suos quotidie transfert, mutatque sedem.*

MUSTUM. Brut. 83. *nova ista quasi* mustum *de lacu fervida oratio.*

MUTABILITAS. Tusc. IV. 34. *inconstantia* mutabilitasque *mentis.*

MUTARE. p. Red. in Sen. 5. mutare *vestem.* Cluent. 11. *testamentum.* Dom. 9. *pactionem.* Fam. IV. 4. *consilium.* Muren. 29. *sententiam.*

MUTARI, de cibo confecto in alvo. N. D. II. 55. sic Graeci dicunt cibum *μεταβάλλεσθαι* *Ern.*

MUTATIO. N. D. II. 40. *Luna varias ipsa* mutationes *lucis habet.* Ibid. II. 19. *ex quatuor temporum* (veris, aestatis, autumni, hiemis) mutationibus omnium, quae terra marique gignuntur initia causaeque ducuntur. Quint. 3. *tollitur ab atriis Liciniis, atque a praeconum consessu in Galliam Naevius, et trans Alpes usque transfertur. Fit magna* mutatio *loci non ingenii.* Phil. X. 3. *Optimus est portus poenitenti* mutatio *consilii.* N. D. II. 11. *Naturae ista sunt — omnia cientis motibus et* mutationibus *suis.* Off. I. 33. *si quis forte se intellexerit errasse in deligendo genere vitae — facienda morum institutorumque* mutatio *est. Eam* mutationem *si tempora adiuvabunt, facilius commodiusque faciemus.*

tem exercit. adv. Baronium. XVI. 45. — 2. Romae mysteria dicebantur sacra *Bonae deae*. Att. V. 21. XV. 25. Vid. Gronov. Obss. IV. 9. *Ern.* 2. Transfertur hoc vocabulum ad omnia quae vel celantur, vel celanda censentur. Orat. III. 17. *Eos* (Epicuros) *admoneamus, ut illud etiam si est verissimum, tacitum tamquam* mysterium *teneant, quod negant versari in re publica esse sapientis.* Act. IV. 17. *epistolae nostrae tantum habent* mysteriorum, *ut eas ne librariis quidem fere committarum.* Tusc. IV. 25. *ne rhetorum aperiamus* mysteria. Orat. I. 47. *quid si petimus ab Antonio, ut — illa dicendi* mysteria *enuntiet.* Acad. ad pr. II. 60. *quae sunt tandem ista* mysteria, *aut cur celatis quasi turpe aliquid, sententiam vestram?*

M. TULLII CICERONIS
O P E R A
QUAE SUPERSUNT
OMNIA
AC DEPERDITORUM FRAGMENTA.

RECOGNOVIT

ET

POTIOREM LECTIONIS DIVERSITATEM

ADNOTAVIT

CHRISTIANUS GODOFR. SCHÜTZ.

TOMI XIX PARS II.

INDEX LATINITATIS

N — P.

LIPSIAE

APUD GERHARDUM FLEISCHERUM IUN.

CIↃIↃCCCXIX.

CHR. GODOFR. SCHÜTZII

LEXICON CICERONIANUM.

TOMI III PARS II.

INDEX LATINITATIS

N — P.

LIPSIAE

APUD GERHARDUM FLEISCHERUM IUN.

CIↃIↃCCCXIX.

N.

NAENIA. Leg. II. 24. cantus lugubris.

NAEVUS. N. D. I. 28. Naevus *in articulo pueri delectabat Alcaeum. At est corporis macula* naevus. *Illi tamen hoc lumen videbatur.* Brut. 91. *quoniam totum me, non* naevo *aliquo aut crepundiis sed corpore omni videris velle cognoscere.* „Petitum est e fabulis, in quibus fingantur homines liberi olim expositi e naevis agniti esse aut crepundiis." *Ern*

NAM. 1 In transitionibus. Verr. I. 57 Nam *quid argumentamur quo ista pecunia pervenerit?* Act. III. 20. Nam *quod purges eos etc.* Vid. Manut. ad Fam. III. 11 V. 20. — 2. *Enim vero, atqui.* Verr. III. 85. Nam *speraveram inquit orator me ad denarios perventurum; sed si ita necesse est, quanti frumentum sit, considera.* Ubi vid. Hotom. ibid. II. 29. extr. *Dic*, inquit. *illi adesse non possunt.* Nam *hercle inquit* Q. Minucius, me quoque Petillius, ut sibi in consilio adessem rogavit. Ibid. I. 56. *Lapis aliquis caedendus et apportandus fuit machina sua.* (Est obiectio.) Nam *illo non saxum, non materia advecta est.* Clarkius autem ad Homerum in huiusmodi locis ellipsin esse non absurde statuit eius cuius ratio reddatur; ut v. c. in hoc ultimo in responsione ad obiectionem omissum sit id, quod facile intelligatur, *minime vero.* De simili ellipsi vid. Gesnerus ad Quintil. II. 11 7. *Ern.*

NAMQUE 1 In transitionibus. Orat. I 16. Namque *illud quare Scaevola negasti.* 2 *Nam, enim.* Fam. X. 15 namque *assiduis internunciis cum Lepido egi.* 3. *Enim vero, atqui* Orat. I. 22. *Tum ille:* Namque *quod tu non poteris, nemo poterit.*

NANCISCI. 1 *Adipisci.* Fam. XII. 16. nactus *plusculum laxamenti.* Ibid XI. 12. *si quid firmitatis* nactus

sit Antonius. Q. Fr. II. 23. *cuius rei nonnullam consuetudinem* nactus *sum.* Caecil. 9. nancisci *tempus discendi.* N. D. III. 35. *Potestas quam ille per scelus erat* nactus. 2. *Arripere, contingere, deprehendere.* Sen 15. *Vitis ut se erigat, claviculis suis, quasi manibus, quidquid est* nacta, *complectitur.* N. D. II. 49. *Milvo est quoddam bellum quasi naturale cum corvo. Ergo alter alterius, ubicumque* nactus est, *ora frangit.* 3. Assequi. N. D. II. 64. *immanes beluas* nanciscimur *venando.* 4. *Nactus sum* interdum significat, i. q. *obvenit mihi.* Orat. 9. Nactus *sum etiam* (*mir ist auch einer vorgekommen*) *qui Xenophontis similem esse se cuperet.*

NARES. N. D. II. 56. Nares *eo quod omnis odor ad supera fertur recte sursum sunt, et quod cibi et potionis iudicium magnum earum est, non sine causa vicinitates oris secutae sunt.* Ibid. 54. *os adiunctis* naribus *spiritu augetur.* Tusc. III. 18. *fasciculum ad* nares *admovebis?*

NARRARE. Tusc. I. 16. *An tu haec non credis? A. minime vero. M. Male hercule* narras (*das kömmt mir warlich sehr ungelegen.*) Att. XVI. 14. male narras *de Nepotis filio. Valde mehercule moveor et moleste fero.* Ibid. XIII. 33. *Othonem, quod speras vinci posse,* bene *sane* narras (*das ist mir eine erwunschte Nachricht*). Sunt formulae alterius sermone, narratione, dicto vel dolentis vel gaudentis. 2. *Narro tibi* est formula qua utuntur in re nova, inexspectata, mira. Fam. XI. 24. narro tibi (*denke einmal*): *antea subirascebar brevitati tuarum literarum, nunc mihi loquax esse videor.* Att. IX. 12. narro tibi (*das muss ich dir sagen*) *haec loca venusta sunt.* Ibid. II. 12. narro tibi, *plane relegatus mihi videor, quum in Formiano sum.* Ibid. XV. 21. narro tibi: *Quintus exsultat laetitia.* 3. *Narra mihi*, i. q. dic mihi. Att. II. 7. narra mihi, *reges Armenii patricios salutare non solent?* 4. Fam. II. 10. *quo in loco saepe, ut ex te audivi, Clitarchus tibi* narravit *Darium ab Alexandro esse superatum;* pro *in Clitarcho legisti.* Sic est etiam in Bruto 43. *ita tacitus tribunatus, ut nisi in eo magistratu cenavisset apud praeconem Granium, idque nobis* narravisset *Lucilius* etc. *Ern*

NARRATIO. Her. I. 8. Narrationum *tria sunt genera*, quae ibi et Inv. I. 19. exponuntur. Ibid. 9. *tres res convenit habere* narrationem, *ut brevis, ut dilucida, ut verisimilis sit.* Inv. I. 20. *oportet eam* (nar-

rationem) *tres habere res, ut brevis, ut aperta, ut probabilis sit.* Orat. II. 80. Narrare *rem quod breviter iubent — sin tum est brevitas, quum tantum verborum est, quantum necesse est, aliquando id opus est, sed saepe obest vel maxime in narrando, non solum quod obscuritatem affert, sed etiam quod eam virtutem, quae* narrationis *est maxima, ut iucunda, et ad persuadendum accommodata sit, tollat. — Sed et festivitatem habet* narratio *distincta personis et interpuncta sermonibus, et est probabilius, quod gestum esse dicas, quum quemadmodum actum sit, exponas. — Erit autem perspicua* narratio, *si verbis usitatis, si ordine temporum conservato, si non interrupte narrabitur. Sed quando utendum sit, aut non sit* narratione, *id est consilii.*

NARRATOR. Orat. II. 54. *Natura fingit homines et creat imitatores et* narratores *facetos.* Ibid. II. 12. *Paullulum se erexit et addidit historiae maiorem sonum* — (Caelius) *Antipater, ceteri non exornatores rerum, sed tantummodo* narratores *fuerunt.*

NARTHECIUM, myrothecium; capsula, in qua unguenta, medicamenta servantur. Fin. II. 7. *doloris medicamenta illa Epicurea, tamquam de* narthecio, *promant.*

NARUS, gnarus. Orat. 47. *noti erant et navi et* nari, *quibus quum IN praeponi oporteret, dulcius visum est* ignoti, ignavi, ignari *dicere.*

NASCI. 1. Sensu proprio. Cat. III. 1. *non minus nobis iucundi atque illustres sunt ii dies, quibus conservamur, quam illi, quibus* nascimur, *quod salutis certa laetitia est,* nascendi *incerta conditio, et quod sine sensu* nascimur, *cum voluptate servamur.* Rosc. Am. 16 *si tibi fortuna non dedit, ut patre certo* nascerere. 2. Orri. Off. II. 5. *nulla tam detestabilis pestis est, quae non homini ab homine* nascatur. Brut. 12 *nec in constituentibus remp. nec in bella gerentibus, nec in impeditis ac regum dominatione devinctis* nasci *cupiditas dicendi solet.* Ibid. 7 *Pericles et Thucydides qui non* nascentibus *Athenis sed iam adultis fuerunt.* 3. De Luna. Acad. II. fr. nascentis *lunae cornua.* — Vid. *Natus.*

NASSA, proprie rete vimineum ad capiendos pisces, transfertur ad locum et statum periculosum. Att. XV. 20. *Ex hac* nassa *exire constitui, non ad fugam, sed ad spem mortis melioris.*

NASTURTIUM, *κάρδαμον*. Tusc. V. 34. Persas negat *Xenophon* (Cyropaed. I. 8.) *ad panem adhibere quidquam praeter* nasturtium. Fin. II. 28. *sit voluptas non minor in* nasturtio *illo, quo vesci Persas esse solitos scribit Xenophon, quam in Syracusanis mensis.*

NASUS. N. D. II. 57. nasus *ita locatus est, ut quasi murus oculis interiectus esse videatur.*

NATALIS. Fin. II. 31. *quaero quid sit — quod Epicurus — tam diligenter caveat et sanciat; ut heredes sui — de Hermachi sententia dent, quod satis sit ad diem agendum* natalem *suum quotannis, mense Gamelione. — Haec ego non possum dicere non esse hominis et belli et humani; sapientis vero nullo modo, physici praesertim — putare ullum esse cuiusquam diem* natalem. Div. II. 42. *Eudoxus — opinatur — Chaldaeis in praedictione et in notatione cuiusque vitae ex* natali die *minime esse credendum.* Flacc. 40. *O nonae illae Decembres; quae me consule fuistis; quem ego diem vere* natalem *huius urbis, aut certe salutarem appellare possum.* Att. III. 20. dies natalis *reditus mei.* cf. Sext. 63.

NATALITIUS. Phil. II. 6. *ad quos refert* (de rep. Antonius)? dii immortales, ad eos scilicet, quorum nobis etiam dies natales audiendi sunt. Hodie non descendit Antonius (i. e. non prodit ex aedibus, quae erant in Carinis, nec in senatum venit). *Cur? Dat* natalicia *in hortis;* (h. e. festum natalicium celebrat) Cui? *putate tum Phormioni alicui, tum Gnathoni, tum Ballioni.* Faërnus et Lambinus praeferunt lectionem cod. Vaticani *nataliciam*, ut subaudiatur *cenam* (*er gibt einen Geburtstagsschmaufs*). Div. II 42. *Chaldaeorum praedicta* natalicia, sunt quae fiunt ex hora cuiusque natali. Ibid. 43. (*Chaldaei,*) *quum ut ipsi dicunt ortus nascentium luna moderetur, eaque animadvertant et notent* sidera natalitia, *Chaldaei, quaecunque lunae iuncta videantur, oculorum fallacissimo sensu iudicant ea, quae ratione atque animo videre debebant.*

NATARE. 1. Sensu proprio. Fam. VII. 11. *studiosissimus homo* natandi. Cael. 15. *habes hortos ad Tiberim, ac diligenter eo loco praeparasti, quo omnis iuventus* natandi *causa venit.* Inv. II. 51. *duo quidem quum in alto navigarent — naufragum quendam* natantem *et manus ad se tendentem animadverterunt.* 2. *Natare* pro inundari Phil. II. 41. natabant *pavimenta* vino. 3. Metaphorice. N. D. III. 24. *in quo tu mihi*

magis natare *visus es, quam ipse Neptunus;* de inconstantia in disserendo.

NATATIO. Sen. 16. *sibi* (iuvenes) *habeant* — natationes *et cursus.*

NATIO. 1. Sensu proprio. Font. 11. externae nationes *et gentes.* Inv I. 24. *hominum genus et in sexu consideratur — et in* natione. — Natione *Graius an Barbarus.* Phil. X. 10. *omnes* nationes *servitutem ferre possunt, nostra civitas non potest.* N. D. III. 39. Cotta contra Stoicos disputans *non curat* inquit deus *singulos homines. Non mirum. Ne civitates quidem. Non eas? ne* nationes *quidem et gentes.* „ 2. De populo ad quem quis originem refert. Fam. XV. 20. *Oratorem Sabino tuo* (Trebonii liberto) *commendavi* (h. e. ei tradidi ad te perferendum). Natio *me hominis impulit, ut ei recte putarem;* (scil. committi posse). Nempe quia Sabini simplicitatis et honestatis fama florebant. 3. Genus hominum. Mur. 33. *tota* natio *candidatorum.* Pis. 23. *Sed quid ego enumero qui tibi obviam non venerint? dico venisse paene neminem ne de officiosissima quidem* natione *candidatorum.* Sext. 45. *quaesisti quae esset nostra* natio *optimatium. Sic enim dixisti. — Omnes optimates sunt, qui neque nocentes sunt, nec natura improbi, nec furiosi, nec malis domesticis impediti. Esto igitur ut hi sint, quam tu* nationem *appellasti, quiqui integri sunt et sani* etc. Ibid. 63. *habes igitur, quod ex me quaesisti, qui essent optimates; non est* natio, *ut dixisti, quod ego verbum agnovi; est enim illius* (Clodii) *a quo uno maxime P. Sextius se oppugnari videt; hominis eius, qui hanc* nationem (optimatium) *deleri et concidi cupivit.*

NATIO, dea. N. D. III. 18. *Quod si tales dii sunt, ut rebus humanis intersint,* Natio *quoque dea putanda est, cui, quum fana circuimus in agro Ardeati, rem divinam facere solemus. Quae, quia partus matronarum tueatur, a nascentibus* Natio *nominata est.*

NATIVUS. 1. *Ortus, natus.* N. D. I. 10. *Anaximandri opinio est,* nativos *esse deos, longis intervallis orientes, occidentesque.* 2. *Nativum* opponitur aliunde allato, *insitum, innatum.* Dom 5. *medicina, quae et hoc* nativum *malum, et hoc delatum sanare posset.* Har. Resp. 9. *denique ipso huius gentis ac terrae domestico* nativoque *sensu.* N. D. II. 39. *beluarum partim ad saxa* nativis *testis adhaerentium.* Sic Salmasius

ad Tertullianum de Pallio p. 214. demonstrat *nativum colorem* esse eum, quem quaeque res natura et sua sponte habent. 3. Partit. 5. *simplicia verba partim* nativa, (*Stammwörter*) *partim* reperta. Nativa, *quae significata sunt sensu;* reperta *quae ex his facta sunt et novata.* — *Ern.*

NATRIX, *Natter.* Ac. pr. II. 38. *cur deus omnia nostri causa quum faceret* (sic enim vultis) *tantum in* natricum *viperarumque fecerit?*

NATURA 1. Universitatis rerum causa princeps sive ratione praedita, sive vis quaedam sine ratione motus ciens et ea quae existunt efficiens. N. D. II. 32. *Alii* naturam *censent esse vim quandam, sine ratione, cientem motus in corporibus necessarios; alii autem vim participem rationis atque ordinis, tamquam via progredientem, declarantemque, quid cuiusque rei causa efficiat, quid sequatur, cuius sollertiam nulla ars, nulla manus, nullus opifex consequi possit imitando.* Parad. I. 3. *Tu quum tibi sive deus, sive mater* (ut ita dicam) *rerum omnium,* natura, *dederit animum quo nihil est praestantius, neque divinius, sic te ipse abiicies atque prosternes, ut nihil inter te, atque quadrupedem aliquam putes interesse?* Tusc. I. 49. *nihil in malis ducamus, quod sit vel a diis immortalibus, vel a* natura *parente omnium constitutum.* Ibid. V. 13 *unde rectius ordiri possumus quam a communi parente* natura? *quae quidquid genuit — in suo quodque genere perfectum esse voluit.* N. D. I. 20. *Docuit nos* (Epicurus) — natura *effectum esse mundum; nihil opus fuisse fabrica, tamque eam rem esse facilem, quam vos effici negetis sine divina sollertia, ut innumerabiles* natura *mundos effectura sit, efficiat, effecerit.* Ibid. I. 17. *quae nobis* natura *informationem deorum ipsorum dedit, eadem insculpsit in mentibus, ut eos aeternos et beatos haberemus* Leg. II 5. *lex est iustorum iniustorumque distinctio ad illam antiquissimam et rerum omnium principem expressa* naturam. N. D. II. 11. Natura *est, quae contineat mundum omnem eumque tueatur, et ea quidem non sine sensu atque ratione. Omnem eam* naturam *necesse est quae non solitaria, sit neque simplex, sed cum alio iuncta atque connexa, habere aliquem in se principatum, ut in homine mentem. — Principatum autem id dico, quod Graeci* ἡγεμονικὸν *vocant, quo nihil in quoque genere nec potest, nec debet esse praestantius. Ita-*

que necesse est illud etiam in quo sit totius naturae *principatus, esse omnium optimum, omniumque rerum potestate, dominatuque dignissimum.* Leg. I. fragm. ap. Lactant. V 8. *una eademque* natura *mundus omnibus partibus inter se congruentibus cohaeret ac nititur.* N. D. II. 22. *ipsius mundi, qui omnia complexu suo coërcet et continet*, natura *non artificiosa solum sed plane artifex ab eodem Zenone dicitur consultrix et provida utilitatum opportunitatumque omnium. Atque ut ceterae* naturae *suis seminibus quaeque gignuntur, augescunt, continentur, sic* natura mundi *omnes motus habet voluntarios, conatusque et appetitiones.* 2. Inprimis natura haec celebratur, quatenus eius efficientia ad homines pertinet. Tusc. III. 1. *Quae si tales nos* natura *genuisset, ut eam ipsam intueri et perspicere, eademque optima duce cursum vitae conficere possemus, haud erat sane, quod quisquam rationem ac doctrinam requireret. Nunc parvulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibusque depravati, sic restinguimus, ut nusquam* naturae *lumen appareat.* Tusc. IV. 27. *est quaedam* (morbis animorum adhibenda) *medicina certe; nec tam fuit hominum generi infensa atque inimica* natura, *ut corporibus tot res salutares, animis nullam invenerit. De quibus hoc etiam est merita melius, quod corporum adiumenta adhibentur extrinsecus, animorum salus inclusa in his ipsis est.* Ibid. V. 1. *Vereor, ne* natura *quum corpora nobis infirma dedisset, iisque et morbos insanabiles et dolores intolerabiles adiunxisset, animos quoque dederit, et corporum doloribus congruentes, et separatim suis angoribus et molestiis implicatos. — Nos autem omnia adversa tum venientia metu augentes, tum maerore praesentia rerum* naturam, *quam errorem nostrum damnare malumus.* 3. Universitas rerum s. mundus. Div. II. 14. (Haruspicinae praecepta) *sunt artis inventa, non vetustatis — cum rerum autem* natura, *quam cognationem habent? quae ut uno consensu iuncta sit et continens, — quid habere potest mundus cum thesauri inventione coniunctum?* Ac. post. I. 7. *quum sit nihil omnino in rerum* natura *minimum, quod dividi nequeat* Fin. I. 6. *utriusque* (Democriti et Epicuri) *quum multa non probo, tum illud inprimis, quod quum in* rerum *natura duo quaerenda sint unum quae materia sit, ex qua quaeque res efficiatur, alterum quae vis sit, quae quidque efficiat, de materia disse-*

ruerunt, vim et causam efficiendi reliquerunt. Rab. Perd. 8. *videmus haec in* rerum natura *tria fuisse* (*dass es fur ihn nur diese drey moglichen Falle gab*) *ut, aut cum Saturnino esset, aut cum bonis, aut lateret.* 4. *Natura* dicitur de qualitate et conditione locorum ac temporum. Fam. XV. 4. natura montis. Q. Fr. II. 15. *quos tu situs, quas* naturas *rerum et locorum habes.* Verr. V. 10. *urbis Syracusarum hic situs atque haec* natura *esse loci caelique dicitur.* Rull. II. 35. *Non ingenerantur hominibus mores tam a stirpe generis ac seminis, quam ex iis rebus, quae ab ipsa* natura loci *et a vitae consuetudine suppeditantur, quibus alimur et vivimus. Karthaginienses fraudulenti et mendaces, non genere sed* natura loci, *quod propter portus suos multis et variis mercatorum et advenarum sermonibus ad studium fallendi quaestus causa vocabantur.* Fam. VI. 6. natura *atque ratio temporum civilium.* 5. Interdum *naturae* sunt ipsae res, s. substantiae. N. D. I. 12. *Empedocles — quatuor* naturas *ex quibus omnia constare vult divinas esse censet.* Ibid. II 33. naturis *his, ex quibus omnia constant, sursum, deorsum, ultro citroque commeantibus mundi partium coniunctio continetur.* Ibid. I. 37. *locus quidem iis etiam* naturis, *quae sine animis sunt, suus est cuique proprius, ut terra infimum teneat, hanc inundet aqua, superior aetheri, ignibus altissima ora reddatur.* N. D I. 1. *perdifficilis et perobscura quaestio est de* natura *deorum.* Somn. 8. *vel concidat omne caelum omnisque* natura, *consistat necesse est.* N. D. II. 10. *reliqua quarta pars mundi* (i. e. ignis) — *ceteris* naturis *omnibus salutarem impertit et vitalem calorem.* N. D II 57. *his* naturis *relatus sonus amplificatur* Verr. I. 15. *non potest ea* natura (i. e. homo ea natura) *quae tantum facinus commiserit hoc uno scelere esse contenta.* 6. Deinde *natura* singularum rerum est earum qualitas, vis et efficientia, Fin V. 9. *commune* (esse dici potest) *animalium omnium secundum* naturam *vivere, sed* naturas *esse diversas, ut aliud equo sit* natura, *aliud bovi, aliud homini.* Fin. V 4 Theophrastus (persecutus est) *stirpium* naturas, *omniumque fere rerum quae e terra gignerentur causas atque rationes.* Somn. 9. *Haec est* natura *propria animae atque vis, ut ipsa a se moveatur.* 7. Inprimis sic natura dicitur de indole humani vel corporis vel animi. Sull. 28. *tormenta gubernat dolor, moderatur* natura *cuiusque tum*

animi, tum corporis. Tusc. I. 14. *maximum argumentum est* naturam *ipsam de immortalitate animorum tacitam iudicare quod omnibus curae sunt et maxime quidem, quae post mortem futura sint.* Orat. II. 41. *medico et consuetudo valentis et natura* corporis *cognoscenda est.* Fin. I. 22. *Indicant pueri, in quibus, ut in speculis,* natura *cernitur. — Quanta studia decertantium sunt. — — Atque in optima quaque indole maxime apparent, in qua haec honesta quae intelligimus, a* natura *tanquam adumbrantur.* Balb. 15. natura *multa nobis blandimenta genuit, quibus sopita virtus conniveret.* Cael. 32. natura *ipsa profundit adolescentiae cupiditates.* Quint. 18. natura *tristi et recondita esse.* Tusc. I. 14. *Num dubitas quin specimen* naturae *capi debeat ex optima quaque* natura? *Quae est igitur melior in hominum genere* natura *quam eorum, qui se natos ad homines iuvandos, tutandos, conservandos arbitrantur?* Arch. 7. naturae *ipsius habitu prope divino multi homines excellenti animo ac virtute fuerunt* Tusc. IV. 37. *qui* natura *dicuntur iracundi aut misericordes, aut invidi — ii sunt constituti quasi mala valitudine animi, sanabiles tamen.* Brut. 81. *hic a magistris parum institutus* naturam *habuit admirabilem ad dicendum.* Ibid. 78 *Gestus* natura *ita venustus, ut ars etiam quae non erat, et e disciplina motus quidam videretur accedere.* 8. Nonnunquam natura dicitur pro membris genitalibus virorum et feminarum. N. D. III. 22. *Mercurius unus Caelo patre, Die matre natus, cuius obscenius excitata* natura *traditur, quod aspectu Proserpinae commotus sit.* Div. II. 70. *Parere quaedam matrona cupiens, dubitans essetne praegnans, visa est in quiete obsignatam habere* naturam.

NATURABILE. Tusc. III. 6. Hanc vocem quam alii in *naturale* mutant Bentleius et Davisius in *natura fere;* defendit auctoritate codd. Mss. Boherius ad h. l. *Ern.*

NATURALIS. Fin. I. 6. (Epicurus) *illum motum* naturalem *omnium ponderum, ut ipse constituit, e regione inferiorem locum petentium sine causa eripuit atomis.* N. D. II. 49 *Milvo est quiddam bellum quasi* naturale *cum corvo.* Brut. 34. *ut facile cerneres* naturale *quoddam stirpis bonum degeneravisse vitio depravatae voluntatis.* Fin. I. 9. Aiunt *hanc quasi* naturalem *atque insitam in animis nostris inesse notionem, ut alte-*

rum (*scil.* voluptatem) *esse appetendum, alterum aspernandum sentiamus.* Fat. 4. *Non, si alii ad alia propensiores sint propter causas* naturales *et antecedentes idcirco etiam nostrarum voluntatum et appetitionum sunt causae* naturales *et antecedentes. Nam nihil esset in nostra potestate, si res ita se haberet.* Phil. III. 6. *Ignobilitatem obiicit C. Caesaris filio* (scil. adoptivo, Caesari Octaviano) *cuius etiam* naturalis *pater* (Cn. Octavius) *si vita suppeditasset consul factus esset.* Brut. 9. *succus ille et sanguis incorruptus usque ad hanc aetatem oratorum fuit, in qua* naturalis *inesset non fucatus nitor.*

NATUS. De progenie liberorum. Lael. 8. *Bestiae ex se* natos *ita amant ad quoddam tempus, et ab eis ita amantur, ut facile earum sensus appareat. Quod in homine multo est evidentius. Primum ex ea caritate, quae est inter* natos *et parentes.*

NATUS. Tusc. III. 12. *Thyestes Tantalo* prognatus, *Pelope* natus. Fin. II. 13. *hi non viderunt, ut ad cursum, equum, ad arandum bovem, ad indagandum canem, sic hominem ad duas res, ut ait Aristoteles ad intelligendum, et ad agendum esse* natum. Orat. I. 22. *quum te unum ex omnibus ad dicendum maxime* natum *aptumque cognossem.* Balb. 1. *in L. Crasso homine* nato *ad dicendi singularem quandam facultatem.* Verr. II. 54. *mirandum in modum reperiebam hunc Timarchidem ad istius* (Verris) *flagitiosas libidines singularemque nequitiam* natum *atque aptum fuisse.* Pis. 17. *ille gurges atque helluo* natus *abdomini suo, non laudi atque gloriae.* Mur. 38. *est tuum M. Cato, qui non mihi, non tibi, sed patriae* natus *es, videre quid agatur.* Orat. I. 25. *sunt quidam ita iisdem rebus habiles, ita naturae muneribus ornati, ut non* nati, *sed ab aliquo deo ficti esse videantur.* Att. VII. 14. *in his locis* pro re nata (*nach der Lage der Umstände*) *non incommode possunt esse.* Ibid. XVI. 6. *Antonii colloquium cum heroibus nostris* (*Bruto et Cassio*) pro re nata *non incommodum.*

NAVALE. Armamentarium nauticum. Off. II. 17. *muri,* navalia, *portus.* Orat. I. 14. *si huic M. Antonio pro Hermodoro fuisset de* navalium *opere dicendum.*

NAVALIS. Manil. 18. navales *pugnae.* Sen. 5. *pedestres* navalesve *pugnae.* Manil. 18. *Rhodiorum disciplina* navalis.

NAVARCHI. Verr. V. 24. III. 80. qui singulis navibus praesunt. (*Schiffscapitane*)

NAVARE. Orat. II. 7. *Equidem iam mihi videor* navasse operam, (*es ist schon der Muhe werth gewesen*) *quod huc venerim.* Fam. XV. 13. *Petitionis quidem tuae ratio mihi semper fuit explorata, sed tamen* navare operam *volebam.* Cael. 28. *si me audiant* navent *aliam operam, aliam ineant gratiam.* Fam. II. 10. *ut isti quoque nostram in te benivolentiam* navare *possimus.* Fam. IX. 2. *si minus in Curia atque in foro at in literis et libris* navare rem publicam.

NAUCI. Div. I. 38. *non habeo* nauci *Marsum augurem;* ex Ennio.

NAUFRAGIUM. 1. Sensu proprio Fam. XVI. 9. *multi* naufragia *fecerunt.* Off. III. 23. *si fabulam de* naufragio *stultus arripuerit, extorquebitne eam sapiens, si potuerit?* 2. Metaphorice, de calamitate, pernicie, interitu. Fam. I. 9. naufragium *rei familiaris.* Phil. XII. naufragium *luculenti patrimonii.* Rab. Perd. 9. naufragium *fortunarum.* Sext. 7. *necesse est me totum superioris anni reip.* naufragium *exponere in quo colligendo* (*i. e.* cuius reliquiis colligendis) *et reficienda salute communi omnia reperientur Sextii dicta facta consilia versata.* Verr. V. 31. *In hoc portu* (Syracusano) *Atheniensium nobilitatis, imperii, gloriae* naufragium *factum existimatur.* Pis. 4. naufragia *civitatis.* Phil. XIII. 2. naufragia *Caesaris amicorum.*

NAUFRAGUS. 1. Sensu proprio. Off. III. 23. *si una tabula sit, duo* naufragi. Inv. II. 51. naufragum *quendam natantem et manus ad se tendentem animadverterunt.* 2. Metaphorice. Catil. I. 12. *Sese eiecerit secumque suos eduxerit, et eodem ceteros undique collectos* naufragos (i. e. bonis eversos) aggregaverit. Sull. 14. *aliquis patrimonio* naufragus.

NAVICULA. p. Red. ad Quir. 8. *Marius parva* navicula *traiectus in Africam.* Acad. pr. II. 48. extr. *nos ad* naviculas *nostras descendimus.* Cf. c. 4.

NAVICULARIA. Verr. V. 18. naviculariam *facere*, est rem nauticam exercere, navicularium esse. *Navicularii* autem quaestum quaerunt navibus suis homines et merces alienas pro certa mercede traiiciendo, non ut Graevio ad h. l. videbatur, navibus aedificandis et vendendis. Vid. *Navicularius.* — *Ern.*

NAVICULARIUS, dominus navis, qui hominibus mercibusque traiiciendis lucrum quaerit. Fam. XVI. 9. *Solent nautae quaestus sui causa festinare. Cautus sis mi Tiro — si poteris cum Mescinio; si minus cum honesto aliquo homine, cuius auctoritate* navicularius *moveatur.* Att. IX. 3. *audita* navicularii *hominis liberalitas.* Verr. II 53. *ut aratores, ut mercatores, ut* navicularii.

NAVICULATOR, idem qui navicularius, Manil. 5. naviculatoribus *iniuriosius tractatis;* sed Graevius habet *naviculariis. Ern.*

NAVIGARE. Fam. XVI. 8. *Rogo te ne* naviges *nisi explorate.* Att. XVI. 6. *magis commode quam strenue* navigavi Flacc. 14. *Reliquum est, ut quaeratur, utrum ista classis cursu et remis an sumptu tantum et literis* navigarit; h. e. quod Flaccus sumptum tantum imperaverit ad classem aedificandam, ita tamen ut nusquam ea navigarit. Fin. II. 34. Xerxes, quum tantis classibus tantisque equestribus et pedestribus copiis Hellesponto iuncto, Athone perfosso maria ambulavisset terramque navigasset.

NAVIGATIO. N. D. III. 34. *Dionysius, quum fanum Proserpinae Locris expilavisset, navigabat Syracusas, isque quum secundissimo vento cursum teneret, videtisne, inquit, amici, quam bona a diis immortalibus* navigatio *sacrilegis detur?* Fam. XIII. 68. navigationum *cursus.* Sen. 19. *quo propius ad mortem accedam, quasi terram videre videar, aliquandoque in portum ex longa* navigatione *esse venturus.*

NAVIGIOLUM. Fam. XII. 15. *nos vix ipsi singulis cum* navigiolis *reciperemur.*

NAVIGIUM. Orat. III. 46. *quid tam* in navigio *necessarium; quam latera, quam cavernae, quam prora, quam puppis, quam antemnae, quam vela, quam mali?* Att. XV. 2. *prorsus dissolutum offendi* navigium, *vel potius dissipatum.* Balb. 27. *assentior non omnibus, neque esse inconstantis puto, sententiam aliquam tamquam aliquod* navigium *ex reip. tempestate moderari.* N. D. II. 60. *magnos usus affert* (arborum consectio) *ad* navigia *facienda.*

NAVIS. Inv. I. 34. navis *optime cursum conficit ea, quae scientissimo gubernatore utitur.* Verr. V. 34. *Erat sola illa* (Cleomenis) navis *constrata et ita magna ut propugnaculo ceteris posset esse. Quae si in praedonum pugna versaretur, urbis instar habere inter illos pi-*

raticos myoparones videretur. Verr. V. 40. *poterone in eos esse vehemens, qui* naves *inanes non modo habuerunt, sed etiam apertas; in eum dissolutus, qui solus habuerit constratam* navem *et minus exinanitam?* 2. Metaphorice. Fam. XII. 25. Fam. II. 5 *in eadem es* navi, *i. e.* in eodem periculo. *Conscende nobiscum et quidem ad puppim; una* navis *est iam bonorum omnium; quam quidem nos damus operam, ut rectam teneamus, utinam prospero cursu.* Pis. 9. *neque tam fui timidus; ut qui in maximis turbinibus ac fluctibus reip.* navem *gubernassem salvamque in portu collocassem, frontis tuae nubeculam, tum collegae tui contaminatum spiritum pertimescerem.* Sext. 20. navis *reip. fluctuans in alto tempestatibus seditionum ac discordiarum.*

NAVITA, i. q. nauta. Tusc. II. 10.

NAVITAS, strenua virtus et industria. Fam. X. 25.

NAVITER, strenue. Fam. V. 12 *qui semel verecundiae finem transierit, eum bene et* naviter *oportet esse impudentem.*

NAUSEA. 1. *Die Seekrankheit.* Fam. XVI. 11. *festinare te nolo, ne* nauseae *molestiam suscipias aeger.* Att. V. 13. *navigavimus sine timore et* nausea. 2. Fastidium cibi et inclinatio ad vomitum. Att. XIV. 10.

NAUSEARE. 1. Ad vomitum inclinare. Fam. XV. 25. *quem ego ructantem et* nauseantem *conieci.* Phil. II. 34. *apparet esse commotum. Sudat, pallet; quidlibet, modo ne* nauseet, *faciat, quod in porticu Minutia fecit,* in qua scil. vomuerat Antonius, quum concionaretur. Cf. C. 25. 2. De nausea navigantium. Fam. VII. 26. *vidit me* nauseantem. 3. Metaphorice, fastidire, sibi ipsum displicere. N. D. I. 30. *quam bellum erat confiteri potius nescire, quod nescires, quam ista effutientem* nauseare, *atque ipsum tibi displicere.*

NAUSEOLA, levis nausea. Att. XIV. 8.

NAUTA. 1. i. q. naviculator. Fam. XVI. 9. Nautae *solent festinare, quaestus sui causa.* 2. Ein Matrose. Att. IX. 3.

NAUTICUS. Att. XII. 21. *verbum* nauticum, *ein Wort aus der Schiffersprache.* Manil. 18. *his temporibus,* (ubi Italia a praedonibus infestabatur) *non pudebat magistratus populi Romani in hunc ipsum locum* (in suggestum pro Rostris) *escendere, quum eam maiores vestri exuviis* nauticis *et classium spoliis ornatum reliquissent.*

Necessarii sunt Dyrrhachini, qui erant in fide Bruti. *Ern.* Lael. 20. Nec *si qui ineunte aetate venandi aut pilae studiosi fuerint, eos habere* necessarios *oportet, quos tum eodem studio praeditos dilexerunt.* Muren. 35. *Virgo Vestalis huius* (Murenae) *propinqua et* necessaria. Fam. XIII. 72. Caerelliae necessariae meae. Sull. 2. *L. Torquatus meus familiaris et* necessarius. 3. *Necessarium* est proprie quod aliter esse aut fieri nequit. Fat. 7. *omnia vera in praeteritis* — necessaria *sunt, ut Chrysippo placet, quia sunt immutabilia.* Ac. pr. II. 30. *ab Epicuro qui totam dialecticam et contemnit et irrident, non impetrent, ut verum esse concedat, quod ita effabimur:* Aut vivet cras *Hermachus aut non vivet; quum dialectici sic statuant omne, quod ita disiunctum sit quasi,* aut etiam, aut non, *non modo verum esse sed etiam* necessarium. Inv. II. 49. necessarium *est, quod imperatur;* voluntarium, *quod permittitur.* Inv. I. 29. *simplex conclusio ex* necessaria *consecutione efficitur.*

NECESSE. Inv. II. 57. *uri posse ligneam materiam* necesse *est.* p. Red. ad Quir. 2. *id quod* necesse *erat, parvus sum procreatus.* Div. II. 4 *Quemadmodum soriti resistas? quem si* necesse *sit Latino verbo liceat acervulem appellare; sed nihil* opus *est.* Fam. I. 9. *legem curiatam* consuli *ferre* opus *esse, sibi* necesse *non esse.* Opt. gen. or. 5. *non verbum pro verbo* necesse habui *reddere.*

NECESSITAS. 1. Generatim de iis, quae quacunque de causa fiant necesse est. N. D. III. 12. *quum omne animal patibilem naturam habeat, nullum est eorum, quod effugiat accipiendi aliquid extrinsecus, id est quasi ferendi et patiendi necessitatem.* Sull. 12. *mihi de memet ipso tam multa dicendi* necessitas *quaedam imposita est ab illo.* Quint. 16. *Viri boni quum palam fraudantur — timide tamen et pedetentim istuc descendunt* (ut alterius bona proscribant) *vi ac* necessitate *coacti, inviti.* Orat. 60. *in numeris* (poetae) *quasi* necessitati *parere coguntur* (scil. metri legibus astricti). 2. Inprimis de iis quae naturae lege et ordine necessario fiunt. Inv I. 34 *an nunc commutationes — quadam ex* necessitate *semper eodem modo fiunt* Fat. 9 *non aeternis causis naturae* necessitate *manantibus verum est id quod ita enuntiatur: Descendit in Academiam Carneades.* Div. II. 6. *Solis defectiones itemque lunae praedicuntur multos in annos ab iis, qui siderum motus*

numeris persequuntur. Ea enim praedicunt, quae naturae necessitas *perfectura est.* Sext. 21. *ut vita,* quae necessitati *deberetur, patriae potius donata quam naturae servata videretur.* Catil. IV. 4. *mors aut* necessitas *naturae, aut laborum miseriarumque finis est.* Orat. 50. *quae Graeci ἀντίθετα nominant — numerum* necessitate *ipsa efficiunt, et eum sine industria.* 3. De vi divina et fato. Fat. 9. *qui introducunt causarum seriem sempiternam, ii mentem hominis voluntate libera spoliatam* necessitate *fati devinciunt.* Ligar. 6. *Mihi quidem, si proprium et verum nomen nostri mali quaeratur,* fatalis *quaedam calamitas incidisse videtur, et improvidas hominum mentes occupavisse, ut nemo mirari debeat humana consilia* divina necessitate *esse superata.* 4. De rebus ad vitam conservandam necessariis. Div. I. 49. *Vigilantes animi vitae* necessitatibus *serviunt* Off. I. 35. *natura — formam nostram reliquamque figuram, in qua esset species honesta eam posuit in promptu; quae partes autem corporis ad naturae* necessitatem *datae aspectum essent deformem habiturae atque turpem, ea contexit atque abdidit.* Ibid. *quae natura occultavit, eadem omnes, quae sana mente sunt removeat ab oculis, ipsique* necessitati *dant operam, ut quam occultissime pareant.* Verr. V. 14. *sic obtinui quaesturam in provincia — ut omnia semper, quae iucunda videntur esse non modo his extraordinariis voluptatibus, sed etiam ipsi* naturae ac necessitati *denegarem.* Off. I. 5. *reliquis tribus virtutibus* necessitates *propositae sunt ad eas res parandas tuendasque, quibus actio vitae continetur.* 5. De coniunctione sanguinis, amoris, officii, i. q *necessitudo.* Rosc Am 24. *Magnam vim, magnam* necessitatem, *magnam possidet religionem paternus maternusque sanguis.* Sull. 1. *Torquatus meus familiaris ac necessarius existimavit, si nostram in accusatione sua* necessitatem *familiaritatemque violasset, aliquid se de auctoritate meae defensionis posse detrahere.*

NECESSITUDO. 1. i. q necessitas, de rebus quae aliter fieri nequeunt. Inv. II. 57. *Puto igitur esse hanc* necessitudinem, *cui nulla vi resisti potest, quae neque mutari, neque leniri potest. — Huiusmodi quum in dicendi rationes incident recte* necessitudines *appellabuntur. — Atque etiam hoc mihi videor videre, esse quasdam cum adiunctione* necessitudines (quae vulgo dicuntur *hypotheticae*), *quasdam simplices et absolutas.*

Has

Harusp. Resp. 9. *ordo rerum ac* necessitudo. 2. „Omnis coniunctio sanguinis, affinitatis, coniugii, collegii, amicitiae, etc. quae a causa aliqua oritur, quae nobis necessitatem amoris benivolentiaeque affert. Q. Fr. I. 1. *summa* necessitudine *nos attingunt publicani*, cf. Manil. 2. scil. quia Cicerones erant equestri genere, equites autem publicani. Caecil. 2. necessitudo *cum Siculis*, apud quos quaestor fuerat, inter quos hospites multos et amicos habebat. Ibid. 18. de necessitudine inter praetorem et quaestorem: ridiculum est *putare causam* necessitudinis *ad inferendum periculum iustam videri oportere;* (scil. Caecilius se Verris accusatorem idoneum professus erat, quod eius in Sicilia praetoris quaestor fuisset). Ibid. 19. *Hanc unam ob causam te accusatorem* (Verris) *repudiari putarem oportere Sic enim a maioribus nostris accepimus praetorem quaestori suo parentis loco esse oportere; nullam neque iustiorem, neque graviorem causam* necessitudinis *posse reperiri, quam coniunctionem sortis, quam provinciae, quam officii, quam publicam muneris societatem.* Ligar. 7. *Haec ego novi propter omnes* necessitudines, *quae mihi sunt cum L. Tuberone. Domi una eruditi, militiae contubernales, post affines, in omni denique vita familiares. Magnum etiam vinculum, quod iisdem studiis semper usi sumus.* Planc. 11. necessitudo *contubernii.* Rab. Perd. 1. *cum omnibus civibus mihi* necessitudinis *causam esse duxi.* Fam. I. 5. *propter nostram* necessitudinem (scil. inter Ciceronem et Lentulum, qui eum restituerat in patriam) *vehementer confidit his literis.* Ibid. IX. 13. *municipio Caleno, quocum mihi magna* necessitudo *est;* quia erat eius patronus. Fam. V. 2. necessitudo *Pompeii*, pro *cum Pompeio.* Fam. XIII 12. *cum eo mihi omnes* necessitudines *sunt.* Fam. X. 6. *pro plurimis nostris* necessitudinibus. Planc. 16. *tribus in quibus magnas* necessitudines *habet Plancius.* Rab. Perd. 1. *cum omnibus civibus in eorum periculis semper satis iustam mihi causam* necessitudinis *esse duxi. Ern.*

NECTAR, potio fabulosa deorum. N. D. I 40. *ac poëtae quidem* nectar, *ambrosiam, epulas comparant.*

NECTERE, de nexu argumentorum et conclusionum. Fin. III. 22. *quid non sic aliud ex alio* nectitur *ut non, si ullam literam moveris, labent omnia?* Leg. I. 20. *Videtisne quanta series rerum sit, atque ut*

ex alio alia nectantur? Top. 15. *ex hoc genere causarum fatum a Stoicis* nectitur.

NECTUS. „Leg. III. 10. *per Ti. Gracchum non solum* nectus, *sed etiam sublatus intercessor erat.* Sed in voce hac corruptum esse Ciceronem cum doctis viris ad h. l. credo. *Brn.* Plane h. l. sagacitate egregia, vestigia scripturae in Mss. persecutus restituit Goerenzius; ut nunc sic legatur; *quin ipsum Ti. Gracchum non solum vetitus sed etiam sublatus intercessor straverat.*

NEDUM. 1. *Ne dicam,* s. *multo minus* (*geschweige denn, viel weniger*). Att. IV. 17. *Epistolae nostrae tantum habent mysteriorum, ut eas ne librariis quidem fere committamus,* nedum *cuilibet.* Fam. IX. 26. me vero nihil istorum ne iuvenem quidem movit unquam nedum senem. 2. Pro *non modo.* Att IX. 8. in ep. Balbi. Nedum *hominum humilium, ut nos sumus, sed etiam amplissimorum virorum consilia ex eventu, non ex voluntate a plerisque probari solent.* Ibid. X. 16. *tu quoniam quartana cares, et* nedum *morbum removisti sed etiam gravedinem.*

NEFANDUS. Har. resp. 20. nefandum *scelus.* Dom. 51. *novum delubrum quum* — nefando *quodam atque inaudito instituto inchoares, referendum ad sacerdotes publicos non putasti?* Mil. 27. (Clodii) nefandum *adulterium in pulvinaribus sanctissimis nobilissimae feminae comprehenderunt.*

NEFARIE. Rosc. Am. 11. *pater occisus* nefarie. Catil. II. 1. *Catilinam — pestem patriae* nefarie *molientem — eiecimus.*

NEFARIUS. Rosc. Am. 13. nefarium *facinus.* Orat. I. 51. *scelus.* Ibid. 27. *stuprum.* Verr. I. 58. *latrocinium.* Sull. 9. *horum — voluntates conscoleratae ac* nefarias *nec sanare potui nec tollere.*

NEFAS. Mil. 27. (Clodium) *cui nihil umquam* nefas *fuit, nec in facinore, nec in libidine.* Sen. 5. Nefas *dictu est, miseram fuisse talem senectutem.* Inv. II. 46. nefas *legi non obtemperare.* Att. I. 10. *idque ab iis* nefas *est decretum.*

NEFASTUS Leg. II. 9. *quae augur iniusta,* nefasta, *vitiosa, dira defixerit, irrita infestaque sunto.*

NEGANS. Top. 11. *Sunt enim valde contraria illa quae appellantur* negantia. *Ea ἀποφατικὰ Graeci contraria aientibus, sic: Si hoc est, illud non est.*

NEGANTIA. Top. 14. *deinde addunt coniunctionum* negantiam. (*Verneinung des Beysammenseyns zweyer Begriffe.*) *Non et hoc et illud est; hoc autem; non igitur illud.*

NEGARE. 1. Verneinen, behaupten daſs etwas nicht sey. Mil. 3. negant *intueri lucem fas esse ei, quia se hominem occisum fateatur.* 2. Läugnen, Brut. 19. *a Naevio vel sumpsisti multa, si fateris; vel si negas surripuisti.* 3. *Abschlagen, verweigern.* Att. VIII. 4. *praecise* negare *alicui.*

NEGATIO. Inv. I. 28. *disparatum est id, quod ab aliqua re per oppositionem* negationis *separatur, hoc modo sapere et non sapere.* Fat. 9. si Chaldaei ita loquantur ut negationes infinitarum coniunctionum potius, quam infinita connexa ponant; h. e. ut potius ita dicant: *Non et natus est quis oriente Canicula et is in mari morietur,* quam sic: *si quis natus est oriente Canicula, is in mari non morietur.* Partit. 29. negatio infitiatioque facti.

NEGITARE. Ac. pr. II. 2. e codd. edidit *Davisius.*

NEGLECTIO. Muren. 4. *amicorum* neglectio *improbitatem coarguit.*

NEGLECTUS. Fin. III. 20 *minime convenit, quum ipsi inter nos abiecti* neglectique simus, *postulare ut diis immortalibus cari simus et ab his diligamur.*

NEGLIGENS. Verr III. 69. *nulla res est, quamobrem ego istum* (Verris filium) *nolim ex paternis probris ac vitiis emergere, id quod — haud scio an fieri possit, praesertim si custodes amicorum — eum sectabuntur, quoniam pater tam* negligens *ac dissolutus est.* Brut. 68. *Glabrionem socors ipsius natura* negligensve *tardaverat.* Verr. III. 62. *sit aliquis sociorum atque amicorum* negligentior. Fam. XIII 1. *is non te in me liberalem, sed me in te* negligentem *putabit.* Fam. III. 8. *non potui in illo sumptu non necessario* negligens *esse.*

NEGLIGENTER. Orat. 11. *multa apud alterum* (*Ennium*) negligentius. Ibid. 23. *illa ipsa contracta et minuta non* negligenter *tractanda sunt.*

NEGLIGENTIA. 1. Nachlässigkeit. Oecon. 1. *In re familiari laboriosior est* negligentia, *quam diligentia.* Orat. II. 24. *magna offensio vel* negligentiae *susceptis rebus, vel perfidiae receptis* Orat. 23. *habet ille tamquam hiatus concursu vocalium molle quiddam, et quod*

indicet non ingratam negligentiam *de re hominis magis quam de verbis laborantis.* — — *Sed quaedam etiam* negligentia *est diligens.* 2. Verabsäumung. Orat. II. 24. *quarum rerum* negligentia *plerasque causas et maxime privatas videmus amitti.*

NEGLIGERE, *versäumen.* Phil. III. 8. *diem edicti obire* neglexit. 2. *Nicht achten, hintansetzen.* Rab. Perd. 5. *qua tu in actione — omnia exempla maiorum, omnes leges, omnem auctoritatem senatus, omnes religiones atque auspiciorum publica iura* neglexisti. 3. *Etwas übersehn, hingehn lassen.* Cluent. 47. *praetermitti a censoribus et* negligi *macula iudiciorum posse non videbatur.* Verr. III. 94. *quid facere potestis? Utrum quum iudices sitis de pecunia capta conciliata, tantam pecuniam captam* negligere?

NEGOTIALIS. Inv. I. 11. *Negotialis constitutio* est pars constitutionis generalis, *in qua quid iuris ex civili more et aequitate sit consideratur.* Eius constitutionis exemplum et praecepta exponuntur. Inv. II. 21. 22.

NEGOTIARI. Manil. 7. *homines industrii — in Asia* negotiantur. Q. Fr. I. 11. Verr. I. 27. II. 4. Vid. NEGOTIATOR.

NEGOTIATIO. Fam. XIII. 66. *Caecinam in reliquiis veteris* negotiationis *colligendis iuves.* Hanc vocem Ciceroni restituendam putat I. Gronovius in ep. ad Att. XII. 5. ubi scriptum est *necasionum,* quae nihili vox est. Recte ut mihi videtur. Archetypa negotiationum sunt tabulae negotiatorum quibus ipsi sua manu accepta et expensa notant. Est hoc verbum etiam ap. Valer. M. IV. 8. de Considio: *Iam qui nunc praecipue negotiatione delectantur, quum pecuniam cruentam domum retulerunt, quam improbando gaudio exsultent, recognoscant.* Salmas. ad Capitolini Pertinac. 9. legi volebat *necatione,* sed vindicarunt docti homines vulgatam lectionem, inprimis Gronov. Obss. IV. 24. qui etiam ex libris Iuris civilis demonstrat negotiationem esse in iis interdum argentariam et e Iulio Firmico IV. 7. commemorat *foenorum negotiationes. Ern.*

NEGOTIATOR Q. Fr. I. 16. Att. I. 15. *negotiatores* non sunt aratores, publicani aut pecuarii, quod Hotomanno videbatur ad Verr. I. 77. Fontei 1. et Torrentio ad Sueton. Aug. 42. nec omnes ii, qui in provinciis sedem fortunarum suarum constituerant, tum cives

Romani, tum socii, qui agros habebant, quorum fructus per procuratores suos vendebant, h. e. aratores, quae est Graevii sententia ad Verr. II. 77. aliisque locis, cuiusmodi negotiatorem putat fuisse Trebonium. Fam. I. 3. quem deinde secutus est vir doctus in lexico Fabri. Nam Verr. II. 3. Flacc. 16. Manil. 7. distinguuntur *publicani* a *negotiatoribus*. It. Att. II. 6. *malo* negotiatoribus *satisfacere*, *quam publicanis*. Item ab oratoribus et pecuariis. Verr. II. 3. *ut arare*, *ut pascere*, *ut negotiari libeat*. Ibid. 62. *quantum ab* aratoribus, *quantum a* negotiatoribus *qui Syracusis negotiantur*. Fontei. 1. *unum e toto genere* negotiatorum, *colonorum*, *publicanorum*, *aratorum*, *pecuariorum numero testem producant*. Aratores etiam non sunt semper cives Romani, sed etiam provinciales; Verr. III. 8. quum *negotiatores* sint soli cives Romani. Neque vero sunt *mercatores* ut nonnullis placet Nam ab his quoque distinguuntur. Vat. 8. Verr. II. 3. duo genera civium facit in provincia, alterum eorum, *quos mercibus suppeditandis cum quaestu compendioque dimittat*, qui adeo *commeent* quod est proprium de mercatoribus verbum; alterum horum. *quos retinent*, *ut pascere*, *ut negotiari libeat*, *ut denique sedes ac domicilium collocare*. Planc. 26. negotiatoribus *comis*, mercatoribus *iustus*. Mercatura temporibus liberae reip. non satis digna honesto cive Romano putabatur, nedum equite, sed a fece plebis, libertinis exercebatur. Vid. Cic. Off. I. 42. et ibi Graev. Non ergo Casaubonus tempora satis distinxit, quum ad Sueton. Aug. 42. scriberet: „Negotiantes esse, quicunque aliquam negotiationem exercerent, cuiusmodi erant centonaria, sagaria, lignaria, carbonaria et similes." Nam qui hoc genus mercaturae exercebant Ciceronis temporibus nondum negotiatores dicebantur. Sermo ibi est de frumentationibus publicis de quibus Lipsius Elect. I. 8. quos Augustus tollere volebat, sed deinde ita rem temperabat ut non minorem rationem aratorum et negotiatorum, quam populi duceret. In qua re locum ista mercaturae genera non habent. Sermo autem est de negotiatoribus frumentariis, de quibus mox. Qui ergo fuerunt *negotiatores?* Id nunc quam brevissime poterimus, docebimus. Duae Romae erant honestae rei quaerendae rationes, quarum altera fenerando, altera fructibus praediorum percipiendis et vendendis continebatur. Ab illa *feneratores*, ab hoc *ru-*

stici Romani dicebantur. Equitibus propria erat vectigalium publicorum redemptio, unde *publicani* dicti. De quibus generibus suis locis dictum est. Sed quum tanta esset hominum in omni ordine copia, ut non possent omnes Romae fenerari pecunias, aut in Italia praedia habere, aut publica redimere, magna equitum plebeiorumque pars pecunias suas in provinciis occupabat. Itaque regione aliqua victa, et in provinciae formam redacta, conferebant equites et plebeii, qui volebant, patrimonium suum in eam provinciam, et aut arabant, aut pascebant aut negotiabantur. Negotiationis autem haec praecipua ratio erat, ut *pecunias mutuas darent provincialibus ac fenus exercerent;* quae ratio eo fructuosior erat, quod nulla lege in provinciis fenoris magnitudo definiebatur. Itaque ibi saepe binis, ternis, quaternis centesimis pecunia collocata reperitur; ut Verr. III 70. Att. VI. 1. 2. nisi forte praetor impudentiam negotiatorum coërcebat, ut Cicero fecit l. e. et eius frater ad Q. Fr. I. 1. et Cato Censorius ap. Liv. XXXII. 7. Hinc et *forum negotiatorium* commemoratur, quo cedere negotiatores dicuntur, quum bonis evertuntur. Iam haec testimoniis Ciceronianis confirmabimus. Flacc. 29. Negotiaris *in libera civitate. Quousque negotiabere? Annos iam triginta versaris in foro; sed tamen in Pergameno.* Verr. III. 60. negotiatores *sibi turpe putant id forum eiurare, ubi* negotientur. Q. Fr. I. 1. *negotiatores* dicuntur ita negotiari *ut locupletes sint*, et addit: *consulatus beneficio se incolumes habere fortunas arbitrantur.* Quod quale sit intelligitur ex ep. ad Fam. V. 6. *nec putant, ei numos deesse, qui feneratores ex obsidione exemerit;* h. e. qui in consulatu tabularum novarum periculum averterit, quum fides Romae et in provinciis laboraret. Cf. inprimis Off. II. 24. et Manil. 7. — Sext. 43. Pisoni, qui Macedoniam lege Clodia obtinuerat, obiicit *eum bona* creditorum *civium Romanorum cum debitoribus Graecis divisisse.* Hi *creditores* sunt *negotiatores.* Fonteio obiectum erat, quod eo praetore oppressa esset aere alieno Gallio. Id ut falsum convinceret Cicero, quaerit a quibus versurae tantarum pecuniarum factae sint: *A Gallis? nihil minus a quibus igitur? a civibus Romanis qui in Gallia negotiantur* etc. Verr. I. 27. qui *negotiari* dicuntur, paullo post *creditores togati* vocantur. Sed nihil est ad hanc rem insignius epistolis quatuor ad Atticum V,

11. VI. 1. 2. 3. in quibus multa de M. Scaptio et Matinio; qui primum, ubi ab iis Romae Salaminii publice voluisse versuram facere dicuntur, appellantur *feneratores;* post quum in provincia esse et ibi fenus exercere dicuntur, et a Salaminiis pecuniam repetere *negotiatores.* (*Feneratores* tamen etiam in provincia dixit Livius XXXII. 27.) Nam quum Scaptius praefecturam a Cicerone peteret negabat *se negotiatori, qui in provincia sua negotiaretur, praefecturam daturum.* Consulatur etiam locus egregius Livii XXXIII. 29. de militibus in provincia negotiantibus. Alterum genus negotiationis veteris erat, *ab aratoribus tum civibus Romanis tum provincialibus item integris civitatibus frumentum emere et Romam vehendo lucrum quaerere.* Flacc. 36. de Falcidio quodam agitur, *quem mater in provinciam Asiam miserat, cum pecunia.* Quorsum? *ut negotiaretur.* Quid igitur fecit? *Fructus Trallianorum, praetore Globulo emerat.* Huiusmodi negotiatores sunt bis apud Caesarem Bell. Gall. VII. 3. 42. quamquam ex his locis non satis intelligi potest quales fuerint, tamen Dionys. Vossius *frumentarios* putat. Sed qui c. 38. memorantur cives Romani, quos interfecit Citarius, frumento eorum direpto, tales profecto fuere. Tales et illi, de quibus Hirtius Bell. Afr. 36. Ceterum *negotiatores* veteres libera rep. et initio Augustei imperii fuisse, *qui pecuniis in provincia fenori locandis et frumentis coëmendis, iisque Romam, aut quorsum quaestus iuberet vehendis quaestum facerent,* vidit etiam et is quidem unus, quem scio, Burmannus ad Petron. c. 101. sed tamen non satis neque a mercatoribus seiunxit, neque vocabuli huius tamquam tempora distinxit. Nam sub Caesaribus, quum *negotii* verbum esset et negotiationi et mercaturae commune et utraque magnam similitudinem haberet, negotiatores etiam mercatores dicti sunt, hinc *negotiatores olearii, carbonarii, lignarii, sagarii;* quorum quum alibi tum in Inscriptionibus veteribus apud Gruterum, Gudium, Donium crebra mentio. *Ernesti.*

NEGOTIOLUM; parvum negotium. Q. Fr. III. 4. *erit aliquid* negotioli. Att. XVI. 11. *de* negotiolo *Torquati.*

NEGOTIOSUS. Muren. 8. *provincia* negotiosa *et molesta.*

NEGOTIUM. 1. Munus publicum vel privatum cum labore coniunctum. Q. Fr. I. 1. 30. in *extrema parte et conclusione muneris ac* negotii *tui* (scil. provinciae regendae) *diligentissimus sis.* Orat. 11. *quando ages* negotium *publicum? quando amicorum? quando tuum?* Orat. 11. *videamus quid ei* (oratori) negotii *demus, cuique muneri eum velimus esse praepositum.* Parad. V. 2. *Videat M? Curius — aliquem summis populi Romani beneficiis usum, barbatulos mullos exceptantem de piscina et pertractantem — nonne hunc hominem ita servum iudicet, ut ne in familia quidem* (*nicht einmal unter dem Hausgesinde*) *dignum maiore aliquo* negotio *putet?* Off. I. 34. *peregrini et incolae officium est, nihil praeter suum* negotium *agere.* 2. De divinis operibus. N. D. I. 20. Epicureus loquitur: *Sive in ipso mundo deus inest aliquis, qui regat, qui gubernet. — — Nae ille est implicatus molestis* negotiis *et operosis.* Et paullo post: *Quis non timeat omnia providentem et cogitantem, et animadvertentem, et omnia ad se pertinere putantem, curiosum et plenum* negotii *deum?* Div. II. 17. (*Epicuri*) *deus nihil habens nec sui nec alieni* negotii. 3. *Labor.* Att. VI. 2. *puer quo ego regendo habeo* negotii *satis.* Att. V. 17. *satis* negotii *habeo* (*habe genug zu thun*) *in sanandis vulneribus quae provinciae sunt imposita.* Fam. X. 28. *nunc cum his tantum* negotii *est.* Att. X. 18. Cato *qui Siciliam tenere* nullo negotio (i. e. sine labore) *potuit.* Rosc. Am. 7. *nullo* negotio *occisus.* Att. V. 12. Negotium *magnum est navigare.* Verr. IV. 64. negotium *facessere alicui.* 4. „De *re familiari.* Catil. II. 10. negotium *male gerere.* Et in universum de omni genere quaestus dicitur, sed inprimis de eo, quod ex fenore redit. Fam. I. 3. *Trebonius ampla et expedita* negotia *in tua provincia habet.* Graevius de praediis interpretatur ad h. l. atque adeo de tota re familiari ad Catil. II. 10. ubi pro *male gerundo negotio* legendum censet *negotia*, i. e. *rem familiarem*, quod vereor ut cuiquam probet. Nam non uno loco patres familias dicuntur *negotium bene aut male gerere.* In illo autem loco ipsum verbum *expedita* poterat docere, de re pecuniaria esse sermonem, Phaedr. I. 16. *qui nomen locat, sponsore improbo, non rem expedire sed mala videre expetit.* Sic Att. XV. 15. explicata *solutio.* Ibid. XIII. 29. explicare *nomen.* Cluent. 69. iunguntur: *praedia,* negotia, *res pecuniariae.* Ubi

manifestum est *negotia ad* tractationem pertinere. Huiusmodi *negotia* sunt etiam ad Fam. XIII. 30. 33. 53. — Sext. 45. *sunt maximorum ordinum homines, quibus curia patet; sunt municipales rusticique Romani; sunt negotia gerentes sunt etiam libertini optimates.* 5. De hominibus p. Red. in Sen. *inhumanum* negotium. Att. I. 12. *Teucris illa lentum* negotium (*ein langsames Wesen*)." Ern.

NEMO. N. D. II. 38. *tenebras cogitemus tantas quantae quondam eruptione Aetneorum ignium finitimas regiones obscuravisse dicuntur ut per biduum* nemo *hominem* homo *agnosceres.* ibid. I. 43. *qua* (beneficentia) *quum carere deum vultis* (Epicurei) neminem *nec* deum *nec* hominem *carum; neminem ab eo amari nec diligi vultis.* Tusc. V. 36. nemo *de nobis unus excellat.* Catil. IV. 3. *video de illis abesse* non neminem (i. e. aliquem). Off. III. 2. *quod quum omnibus est faciendum, tum haud* scio an nemini *potius quam tibi.* Att. VII. 23. *nemo me moverat magis, quam quem tu* neminem *putas;* i. e. quam ille quem tu hominem nihili, nullius pretii existimas.

NEMPE. 1. Post interrogationes. Phil. IV. 3. a quo *defenderit?* nempe *ab hoste* Milon. 5. *quid ergo tulit?* nempe ut *quaereretur.* 2. In transitionibus. Partit. 12. *Sunt exposita iam fere ea, quae de facto quaeque de facti appellatione quaeruntur.* Nempe *igitur ea restant, quae quum factum constet, et nomen, qualia sint, vocatur in dubium.* 3. In apodosi sententiae hypotheticae. Flacc. 37. *si dat tantam pecuniam Teucro,* nempe *idcirco dat ut rata sit emptio.* Phil. XII. 11. *sed effugi insidias, perrupi Apenninum,* (h. e. sed fac me effugisse insidias etc.) Nempe *in Antonii congressum colloquiumque veniendum est.*

NEMUS. Div. I. 50. *multos* nemora *silvaeque — commovent.* Harusp. Resp. 11. *Matrem magnam — accepimus agros et* nemora *cum quodam strepitu fremituque peragrare.*

NEPA, scorpius; animal. Fin. V. 15. 2. Scorpius sidus caeleste. N. D. II. 44.

NEPOS. 1. *Enkel,* filii vel filiae filius. Brut. 76. *Sicinius Q. Pompeii ex filia* nepos. Deiot. 2. *qui* nepos *avum in discrimen capitis adduxerit.* 2. *Neffe,* filius fratris vel sororis. Tusc. I. 33. *Africani fratris* nepos.

NEPOS, *Verschwender.* Quint. 12. *perditus ac profusus* nepos. Rull. I. 1. *Videte nunc — ut a maioribus nostris possessiones relictas disperdat ac dissipet, ut sit non minus in populi Romani patrimonio* nepos, *quam in suo.* Rull. II. 18. *ut in suis rebus ita in re publica luxuriosus est* nepos, *qui prius silvas vendat quam vineas.*

NEPTIS. Tusc. I. 35. *Metellum multi filii filiae, nepotes*, neptes *in rogum imposuerunt.*

NEQUAM. Cael. 4. *multi boni adolescentes illi homini* nequam *atque improbo* (Catilinae) *studuerunt.* Rosc. Am. 45. *quae omnia* (Chrysogonus) *quemadmodum solent liberti* nequam *et improbi facere, in patronum suum* (L. Sullam) *voluerit conferre, nihil egerit.* Fam. XII. 2. Homo perditus *multoque* nequior, *quam ille ipse, quem tu* nequissimum *occisum esse dixisti.* Att. I. 13. *quum accusator homines* nequissimos (e iudicibus) *reiiceret, reus frugalissimum quemque secerneret.* Tusc. III. 17. *quid est autem nequius aut turpius est eminato viro.* Verr. I. 46. *homines erant, qui etiam ridiculi inveniebantur ex dolore. Quorum alii negabant mirandum esse ius tam* nequam *esse* Verrinum.

NEQUE. 1. Sequente *et.* Q. Fr. III. 8. *sed eius rei maturitas* neque *dum venit*, et *tamen iam appropinquat.* Quint. 1. *qui* neque *usu satis* et *ingenio parum possum.* 2. In assumptione negativa post propositionem syllogismi hypothetici. Topic. 2. *si* neque *censu,* neque *vindicta, nec testamento liber factus est, non est liber.* — Neque *est ulla earum rerum. — Non est igitur liber.*

NEQUICQUAM. 1. *Frustra.* Quint. 25. *et sero et* nequicquam *pudet.* 2. i. q. *nihil.* Tusc. I. 31. *secernere a corpore animum* nequicquam *aliud est, quam emori discere.* Ibid. III. 8. necquidquam *est in tali homine.*

NEQUIDEM, coniuncte, nulla voce interposita esse bis apud Ciceronem tradit Quit. Insulanus Obss. L. I. p. 34. sed illa loca hodie aliter leguntur. Vid. Tursellin. de Partic. in h. v. et ibi notata. *Ern.*

NEQUITER. Fin. II. 9. *cur igitur non bene?* (cenabat Gallonius gurges) *quia quod bene, id recte, frugaliter, honeste: ille porro male, prave,* nequiter, *turpiter cenabat.*

NEQUITIA. 1. *Nichtswürdigkeit.* Tusc. III. 8. Nequitia (*etsi hoc erit fortasse durius, sed tentemus; lu-*

sisse putemur, si nil sit) ab eo quod necquidquam *est in tali homine; ex quo idem* nihili *dicitur*. Verr. II. 78. *nunc vero quid faciat Hortensius?* (Verris defensor) *avaritiaene crimina* frugalitatis *laudibus deprecetur? At hominem flagitiosissimum*, nequissimumque *defendit. An ab hac eius infamia*, nequitia *vestros animos in aliam partem — traducat?* Cluent. 13. *Avilius quidam perdita* nequitia *et summa egestate*. Verr. V. 11. de conviviis Verris, in quibus etiam delectas ad libidinem mulieres adhibebat. *Erant convivia non illo silentio praetorum p. R. — sed cum maximo clamore atque convicio. Nonnumquam etiam res ad manus atque ad pugnam veniebat. — Itaque erant exitus eiusmodi, ut alius inter manus e convivio, tamquam e praelio auferretur, alius tamquam occisus, relinqueretur, plerique fusi sine mente ac sine ullo sensu iacerent, quivis ut, quum aspexisset non se praetoris convivium sed* Cannensem pugnam nequitiae *videre arbitraretur*. 2. *Schlaffheit, Nachlässigkeit*. Catil. I. 2 *cupio in tantis reip. periculis me non* dissolutum *videri; sed iam me ipse inertiae*, nequitiaeque *condemno*. 3. *Liederlichkeit, schändliches und lasterhaftes Leben*. Tusc. II. 12. *nihil est*, inquit (Zeno) *malum nisi* quod turpe et vitiosum est. — *Scio dolorem non esse* nequitiam. Rosc. Am. 46. *Officina* nequitiae *et diversorium flagitiorum omnium*.

NERVOSE. 1. *Fortiter*. Fam. X. 23. *vigilanter nos* nervoseque subornes. 2. De dicendi vel disserendi robore. Orat. 36. *dicetur non Peripateticorum more — sed aliquanto* nervosius. Off. III. 29. nervosius *qui ista disserunt* (Stoici) *solum audent malum dicere id quod turpe est; qui autem* remissius *hi tamen non dubitant summum malum dicere*.

NERVOSUS. Brut. 31. *Quis Aristotele* nervosior? *quis Theophrasto dulcior?*

NERVULUS. Att. XVI. 18. *si tu* nervulos *tuos adhibueris*.

NERVUS. 1. Ea quae hodie ligamenta et musculi vocantur. N. D. II. 55. *Adde* nervos, *a quibus artus continentur, eorumque implicationem toto corpore pertinentem*. Ibid. 23. *non enim* (dii) *venis et* nervis *et ossibus continentur*. 2. In musicis chordae, *Darmsaiten*. Rosc. Am. 46. *cantus vocum et* nervorum *et tibiarum*. Orat. III. 57. *omnes voces, ut* nervi *in fidibus*,

ita sonant, ut a motu animi quoque sunt pulsae. Div. II. 14. nervos *in fidibus, aliis pulsis, resonare alios.* Leg. II. 15. *illa severa Lacedaemon* nervos *iussit, quos plures quam septem haberet in Timothei fidibus, demi.* 3. Metaphorice, de robore animi et virtute Acad. post. I. 10. *Zeno nullo modo is erat, qui ut Theophrastus* nervos *virtutis incideret.* Tusc. II 11. *poetae* nervos *omnis virtutis elidunt.* Pet cons. 10. Nervi *atque artus sapientiae sunt non temere credere.* Fam. VI. 1. *quantum in cuiusque animo roboris est ac* nervorum. Phil. XII. 3. *quid? legionum nostrarum* nervos *nonne his consiliis incidemus? quis est enim, qui ad bellum* inflammato animo *sit futurus, spe pacis oblata.* Q. Fr. III. 9. *tu ut possis est tuorum* nervorum. 4. De praesidiis quibus rerum vis ac robur continetur. Phil. V. 2. *quid est aliud, omnia ad bellum civile hosti arma largiri; primum* nervos *belli, pecuniam infinitam.* Manil. 7. *vectigalia* nervos *esse rei publ. semper duximus.* 5. De vi et robore orationis. Orat. 19. (philosophorum) *oratio neque* nervos *neque (aculeos oratorios de forenses habet).* Orat. III. 21. nervi *forenses.* 6. Orat. III. 27. *illi loci qui quamquam proprii causarum et inhaerentes in earum* nervis *esse debent,* (i. e. ex ipso causae argumento petiti, et cum eo coniuncti) *tamen quia de universa re tractari solent communes a veteribus nominati sunt.*

NESCIRE. 1. Orat. 47. non scire *quidem barbarum iam videtur,* nescire *dulcius.* Orat. I. 14. *illud verius neque quemquam in eo disertum esse posse quod* nesciat. 2. „Formula *nescio quid,* fere in contemptum dicitur de re parva contemptibili, quod ei non satis attendimus, aut consulto obliviscimur. N. D. I. 33. *quia* nescio quid *in philosophia dissentiret.* Rosc. Am. 39. *non paullum* nescio quid, *sed* etc. Att. XV. 4. nescio quid *literarum.* Ibid. XVI. 5. *rumoris* nescio quid *afflavit.* Ibid. XIII. 28. nescio quid *e quercu exsculpseram, quod videretur simile simulacri.* Sed est tamen etiam de re excellenti et eiusmodi, ut eius magnitudinem et praestantiam mens nostra vix videatur assequi posse. Arch. 7. *tum illud* nescio quid *praeclarum ac singulare solere exsistere.* Sic et Ovidius dixit. A. III. 4. 28. nescio quid, *quod te ceperit esse putant.* Etiam *nescio quis* de hominibus obscuris et indignis memoria. Q. Fr. I. 1. 16. *Pacotii* nesciocuius etc. 3. *Nescio an* dicitur ut *haud scio an.* Vid. *Haud. Ern.*

NESCIUS. Orat. I. 11. *non sum* nescius *ista inter Graecos dici et disceptari solere.* Fam. V. 12. *neque tamen — eram* nescius, *quantis oneribus premerere.* Att. IX. 11. *heus tu, ne forte sis* nescius *Dolabella me sibi legavit.*

NEUTER. Att. VII. 1. *feci ut* neutri *illorum quisquam esset me carior.* Div. II. 4. *quid bonum sit, quid malum* quid neutrum. Off. I. 21. *quum hoc commune sit potentiae cupidorum, cum iis, quos dixi, otiosis:* alteri *se adipisci id posse arbitrantur, si opes magnas habeant,* alteri *si contenti sint et suo et parvo, in quo* neutrorum *omnino contemnenda est sententia.* Div. II 29. *miror si emissio feminae anguis mortem afferebat Ti. Gracchio, emissio autem maris anguis erat mortifera Corneliae cur* alterutram *emiserit. Nihil enim scribit* (C. Gracchus) *respondisse haruspices si* neuter *anguis emissus esset, quid esset futurum.* 2. De genere grammatico. Orat. 46. *quae non sane sunt in omnibus* neutris (ut in verbo *prodigium, portentum* etc.) *usitata.* 3. Ac. post. II. 10. *Zeno cetera* (praeter honestum) *etsi nec bona nec mala essent, tamen alia secundum naturam dicebat, alia naturae esse contraria; iis ipsis alia interiecta et media numerabat. Quae autem secundum naturam essent, ea sumenda et quadam aestimatione dignanda docebat, contraque contraria;* neutra *autem in mediis relinquebat.*

NEUTIQUAM. Univ. 11. *quoniam orti estis, immortales vos quidem esse et indissolubiles non potestis,* neutiquam *tamen dissolvemini.*

NEX. Mil. 4. *insidiatori et latroni quae potest inferri iniusta* nex? Caecin. 34. *quum homines vincula,* neces, *ignominiasque vitant, quae sunt legibus constitutae, confugiunt quasi ad aram, in exsilium.*

NEXUS est ritus vendendi per aes et libram praesentibus quinque testibus, quo venditor obligatur ad evictionem praestandam. Muren. 2. *in iis rebus repetendis quae mancipi sunt, is iudicii periculum* (evictionem) *praestare debet qui se* nexu *obligavit.* Top. 5. traditio nexu. Parad 6 *mancipia, quae sunt dominorum facta* nexu. Fam. VII. 30. *Atticus cuius proprium te esse scribis* mancipio *et* nexu, *meum autem usu et fructu.* Distinguitur tamen a *mancipio.* Harusp. 7. de quo vid. in *Mancipium, Ern.*

putemur si nil *sit.* Sext. 53. *eum* nihil *putaret*, i. e. nihili. Parad. 1. nihil *postulo*, i. e. *haud postulo.* Pis. 28. *Audistis dici — Epicureos omnes res — voluptate metiri. Recte an secus*, nihil *ad nos, aut*, si *ad nos*, nihil *ad hoc tempus.* Att. VIII. 12. *a te* nihil dum *certi exquiro.*

NIHILUM. Tusc. III. 8. *nequitia — ab eo quod nequidquam est in tali homine, ex quo idem* nihili *dicitur.* Ibid. II. 2. *oratorum laus ita ductu ab humili venit ad summum, ut iam — senescat brevique tempore ad* nihilum *ventura videatur.* Phil. VII. 8. *te moneo — hunc tantum apparatum tamque praeclarum, ne* ad nihilum *recidere patiare.* Div. II. 16. *erit aliquid quod aut ex* nihilo *oriatur, aut in* nihilum *subito occidat.* Fat. 9. *nec est causa cur Epicurus — uno tempore suscipiat res duas inenodabiles; unam ut sine causa fiat aliquid, ex quo exsistet, ut de* nihilo *quippiam fiat.* Marcell. 9. *Praeterita voluptas* pro nihilo *est.* Caecil. 7 *quos — contempsit semper ac* pro nihilo *putavit.* Div. II. 50. *ea sumitis, quibus concessis* nihilo magis *efficiatur, quod velitis.*

NILUS, genus aquae ductus qui et *euripus* vocatur, de quo supra. Leg. II. 1. ductus aquarum quos isti nilos et euripos vocant, cf. Q. Fr. III. 1. Vid. Salmas. ad Solin. p. 638 sq. *Ern.*

NIMBUS. 1. Sensu proprio. N. D. II. 5. Nimbi, *nives, grandines.* 2. Metaphorice, de calamitate vel periculo. Att. XV. 10. *hunc* nimbum *cito transiisse laetor.*

NIMIRUM, *nempe, scilicet.* Div. I. 54. *hoc* nimirum *est illud.* Tusc. II. 23. *et hic* nimirum *est lessus, quem XII. tabulae in funeribus adhiberi vetuerunt.* 2. *Sane, utique.* Muren. 15. *omnibus regibus quibuscum populus Romanus bellum gessit hunc regem* nimirum *antepones.* Marcell. 6 *quae non modo summa bona, sed* nimirum *audebo vel sola dicere* 3. *Tum vero utique.* Off. II. 20. *sed si res in contentionem venit,* nimirum *Themistocles est auctor adhibendus.*

NIMIO. Att. X. 8. *quia te* nimio plus diligo (*nur mehr als zu sehr*).

NIMIS. Leg III 1. *Tu vero illum nec* nimis valde *umquam nec* nimis saepe *laudaveris.* Att. VII. 23. *philotimi literae nec quidem* non nimis *sed alios* admodum *delectarunt.* Orat. 51. nimis *insidiarum* ad *ca-*

piendas aures adhiberi videtur si etiam in dicendo numeri ab oratore quaeruntur.

NIMIUM. Orat. 22. *in omnibus rebus videndum est quatenus. Etsi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit* nimium *quam parum.* Orat II. 38. istam artem (dialecticam) totam dimittamus, quae *in excogitandis argumentis muta* nimium *est, in iudicandis* nimium *loquax.* Off. I. 25. *nunquam qui iratus accedet ad poenam, mediocritatem illam tenebit, quae est inter* nimium *et* parum. Phil. X. 11. *in illius viri consiliis atque factis nihil nec* nimium *unquam fuit nec parum.*

NIMIUS. Off. I. 36. *cavendum est — ne — in festinationibus suscipiamus* nimias *celeritates.* Fin. V. 11. *intelligendum est haec ipsa (mortis scil.* metum) nimia *in quibusdam futura non fuisse, nisi quaedam essent modica natura* (i. e. nisi modicus quidam mortis metus naturalis esset).

NIPTRA. Tusc. II. 21. Sophoclis et Pacuvii tragoedia.

NISI. Rosc. Am. 35. *Nescio;* nisi *hoc video,* i. e. *praeterquam quod.* Nempe omittitur quod. Hotomannus interpretatur *sed;* quo sensu saepe est apud veteres nisi, ut ipse ostendit, et alii ostenderunt, ad Fam. XIII. 1. Vid. quos laudat Drakenborch. ad Liv. XXIV. 20. 2. Nisi si. Fam. V. 9. nisi *si in Dalmatiam aufugerit.* Hanc rationem illustrat. Heins. ad Ovid. Her. IV. 111. *Ern.*

NISUS. Tusc. II. 21. apud Pacuvium: *Pedetentim ite et sedato* nisu, *ne successu arripiat maior dolor.*

NITEDULA. Sext. 33. *ut ille ex vepreculis extracta* nitedula *remp. conaretur arrodere.* Est autem mus agrestis, quae et *nitela* dicitur. quam vocem etiam Ciceroni reddendam quidam censent, ut Salmasius, qui sic legit ad Solin. p. 223. ubi ostendit nitelam esse sciurum (das Eichhorn) et habere nomen *a nitendo*, quod nitatur in arboribus scandendis. Sic laudat etiam Servius ad Georg. I. 18. 1. e Ciceronis Sextiana, sed sine dubio e memoria. *Nitedula* autem habent omnes scripti editique; et sic laudat Priscianus. Vid. Bentlei. ad Horat. Epist I. 7. 19.

NITERE. 1. Sensu proprio. Catil. II. 3. *qui* nitent *unguentis, qui fulgent purpura.* 2. Metaphorice, ornamento esse. Agr. I. 7. *vectigal, quod amissis aliis remaneat, intermissis non conquiescat, in pace* niteat, *in*

in bello non obsolescat. 3. De splendore orationis. Fin. IV. 2. *eorum vides quam* niteat *oratio.* Brut. 67. *non valde* nitens, *non plane horrida oratio.*

NITESCERE. 1. Sensu proprio. Arat. fr. *stellarum candore* nitescit. 2. Metaphorice; *expoliri.* Her. III. 16. *Fit ut ingenium doctrina, praeceptione natura* nitescat.

NITI. 1. De pondere, gravitate. N. D. II. 45. *partes terrae undique medium locum capessentes* nituntur *aequaliter*, cf. *Nixus.* 2. De incedentibus, vel incipientibus incedere. N. D. II. 48. *Quaedam serpentes extra aquam ortae, simulac* niti *possunt, aquam persequuntur.* 3. Huc eleganter transfertur Ac. pr. II. 14. nisa (*coepta*) *et progressa ratio.* Planc. 27. *quod ego huc a me ortus et per me* nixus *ascendi.* 4. Contendere disputando. Ac. pr. II. 21. nitamur *igitur nihil posse percipi.* Fam. I. 5. *quum maxime de causa regia* niteremur. *Ern.* 5. Ad aliquid studio contendere. Sen. 23. *Optimi cuiusque animus maxime ad immortalem gloriam* nititur. 6. Niti *aliqua re, est in ea fundamentum ponere* (*sich worauf stuzen*). Tusc. V. 13. *quod ita ortum esset e terra, ut suis stirpibus* niteretur. Pis. 9. *ego istius pecudis ac putidae carnis consilio scilicet aut praesidio* niti *volebam?* Q. Fr. I. 1. *Ratio salusque omnium nostrum qui ad remp. accedimus, non veritate solum sed etiam fama* nititur. Cael. 2. *fundamenta defensionis meae, quae firmissima sunt, si* nituntur *iudicio suorum.*

NITIDUS. 1. De pictura diligenter exculta. Orat. 11. *in picturis alios* horrida, *inculta, abdita et opaca, alios contra* nitida, *laeta, collustrata delectant.* 2. Unguentis delibutus. Catil. II. 10. *quos pexo capillo* nitidos — *videtis.* 3. De agris egregie excultis. Verr. III. 18. *campi collesque* nitidissimi *viridissimique.* 4. De splendore orationis. Orat. I. 18. nitidum *et laetum genus verborum.*

NITOR. 1. Sensu proprio. Her. IV. 50. *existimat se gemmae* nitore *et auri splendore aspectus omnium praestringere.* Acad. fr. *Delphinus iacet haud nimio lustratus* nitore. 2. De corporis cultu et victu elegantiore. Sen. 17. *tum Lysandrum intuentem* eius (Cyri) *purpuram* et *nitorem corporis ornatumque Persicum — dixisse.* Cael. 31 *si quem minorum horum aliquid offendit, si purpurae genus, si amicorum catervae, si splendor,*

si nitor, *iam ista deferverint.* 3. De oratione. Orat. 32. *Haec — quia sua sponte squalidiora sunt, adhibendus erit in his explicandis quidam orationis* nitor. Att. XIII. 19. *Antiochia — diligenter a me expressa acumen habent Antiochi*, nitorem *orationis nostrum.* Leg. I 2. *Antipater paullo inflavit vehementius* (genus dicendi historicum) *habuitque vires agrestes ille quidem atque horridas, sine* nitore *ac palaestra.*

NITRUM. Fam. VIII. 14. *censuram* nitrum *et lomentum putat*, nempe, quo possit superioris vitae maculas eluere.

NIVALIS. Div. I. 11. *tumulos in monte Albano* nivales *lustrasti.*

NIVEUS. Her. IV. 33. *corpore* niveum *candorem, aspectu igneum ardorem assequebatur.* Div. I. 7. *saxa cana salis* niveo *spumata liquore.* Ex Arati prognosticis a Cicerone latine translatis.

NIX. N. D. II. 10. *aqua neque conglaciaret frigoribus, neque* nive *pruinaque concresceret, nisi eadem se admisto calore liquefacta et dilapsa diffunderet.* Ac. pr. II. 31. *Sapiens — facilior erit ut album esse* nivem *probet, quam erit Anaxagoras, qui id non modo ita esse negabat, sed sibi, quia sciret aquam nigram esse, unde illa concreta esset, albam ipsam esse ne videri quidem.* N. D. I. 10. *terrae maximas regiones — incultas videmus, quod pars earum appulsu solis exarserit, pars obriguerit* nive *pruinaque.*

NIXUS, gravitas. N. D. II. 46. *terra* nixu *sua conglobata.*

NOBILIS. 1. Clarus, insignis. Orat. I. 11. *multi in philosophia praeclari et* nobiles. Rab. Post. 9. *Demetrium — ex doctrina* nobilem *et clarum — vita esse privatum* (accepimus). Opt. gen. or. 6. *gladiatorum par* nobilissimum. 2. In malam partem. Cael. 13. *Res est — nobis — cum Clodia muliere non solum* nobili *sed etiam nota.* Pet. cons. 3. *qui nequaquam sunt tam genere insignes, quam vitiis* nobiles. 3. *Nobiles* Romae peculiari sensu dicuntur ii, qui orti sunt ex familia sive plebeia, sive patricia, in quibus multi maiores magistratus inde ab aedilitate curuli adepti sunt. Et quoniam is, qui erat aedilis curulis factus, eo ipso ius obtinebat imaginis suae ad posteritatem prodendae Verr. V. 14. quo plures in familia maiorum imagines erant in atrio positae, eo nobilior erat illa familia. Qui pri-

mus gentis suae, ut Cicero ipse, maiores magistratus gesserat, *homo novus* dicebatur. Verr. V. 71. *Videmus, quanta sit invidia, quantoque in odio apud quosdam homines nobiles novorum hominum virtus et industria.* Et paullo post: *hominum* nobilium *non fere quisquam nostrae industriae favet.* Et ibid. c. 70. *Non idem mihi* (ut homini *scil.* novo) *licet, quod iis, qui* nobili *genere nati sunt, quibus omnia populi Romani beneficia dormientibus deferuntur.* Quint. 8. *homines* nobiles *seu recte seu perperam facere coeperunt, ita in utroque excellunt, ut nemo nostro loco natus assequi possit.* Vat. 5. nobilium *hominum vitia innotescunt omnibus, pauperum teguntur obscuritate.* Orat. II. 48. *Crassus commemorabat — neque reges ex hac civitate exigi — neque provocationem patronam illam civitatis ac vindicem libertatis populo Romano dari sine* nobilium *dissensione potuisse.* Orat. 9. *Nec vero Thucydides si historiam non scripsisset nomen eius non exstaret, quum praesertim fuisset honoratus et* nobilis. 4. Nobilis etiam dicitur de rebus insignibus et pretiosis. Rosc. Am. 55. *tres* nobilissimi *fundi.* Fat. fr. *piscis in primis* nobilis. Verr. II. 7. *greges* nobilissimarum *equarum.*

NOBILITARI, celebrari. Tusc. I. 15. *Opifices post mortem* nobilitari *volunt.*

NOBILITAS. 1. *Celebritas.* Arch. 11. *Philosophi in eo ipso, in quo praedicationem* nobilitatemque *despiciunt, praedicari de se ac nominari volunt.* 2. Generis dignitas. Or. III. 35. *Arist. quum florere Isocratem discipulorum* nobilitate *videret.* 3. Inprimis apud Romanos *nobilitas* tribuitur iis familiis, in quibus multi maiores magistratus adepti sunt. Orat. II. 59 *per tuam* nobilitatem *per vestram familiam.* Brut. 16. *ipsae familiae* (nobiles) *sua quasi ornamenta ac monumenta servabant, et ad usum, si quis eiusdem generis occidisset, et ad memoriam laudum domesticarum, et ad illustrandam* nobilitatem *suam.* Sext. 9. *Alter* (Calpurnius Piso) *multos plane in omnes partes fefellit. Erat enim hominum opinioni* nobilitate, *ipsa blanda conciliatricula, commendatus.* 4. Inde *nobilitas* dicitur pro ipso hominum *nobilium* ordine. Sext. 9. *omnes boni semper* nobilitati *favemus, et quia utile est rei publicae,* nobiles *homines esse dignos maioribus suis, et quia valet apud nos clarorum hominum et bene de republica meritorum memoria etiam mortuorum.* Rull. II, 1. *Me perlongo inter-*

volavit; significantur horae nocturnae aestivae, quae breviores erant nostris horis.

NODUS. 1. Proprio sensu. Univ. 4. *Omnia ad cohaerendum tertium aliquod requirunt et quasi* nodum *vinculumque desiderant.* 2. Metaphorice, de causa quae duas res continet. Lael. 14. nodus *amicitiae.* Orat. 66. *singulis versibus quasi* nodi *apparent continuationis quos in ambitu coniungimus;* de particulis quae vinciunt periodorum membra. 3. Impedimentum, difficultas. Fam. VIII. 11. *incideramus in difficilem* nodum. Att. V. 21. *dum hic* nodus *expediatur.*

NOLLE. Orat. 45. nolle *pro* non velle. Orat. II. 18. *Hannibal — invitatus ab hospitibus suis ut* (Phormionem) *si vellet audiret, quumque se* non nolle *dixisset.* Fam. I. 1. *cui qui* nolunt, *iidem tibi non sunt amici.*

NOMEN. 1. *Verbum.* Tusc. III. 34. *omnis casus, in quo calamitatis* nomen *poni solet.* Off. I. 12. *recessit (hostis)* nomen *a peregrino et proprie in eo qui arma contra ferret remansit.* 2. *Claritas, nobilitas;* scil. quia nobilium nomen notum est. Planc. 7. nominibus *ducuntur.* Fam. III. 7. *ista vestra* nomina *nunquam sum admiratus.* 3. *Species, praetextus, titulus;* Fam. I. 4. nomen *fictae religionis.* Caecin. 25. *honesto ac probabili* nomine. 4. *Nomen* interdum opponitur *veritati rei.* Att. V. 15. *quum exercitum noster amicus habeat tantum, me* nomen *habere duarum legionum exilium*, h. e. non veras, sine viribus et robore. Comparavit Graevius ad h. l. Liv. XXIX. 1. *praeterquam quod* nomina *tantum ducum in Hispania Romani haberent.* Ibid. VII. 29. *Campani magis* nomen *ad praesidium sociorum quam vires quum attulissent.* Tacit. Hist. IV. 75. *Muciani ac Domitiani vana et sine viribus* nomina. Liv. III. 65. *Iamque plebs ita in tribunatu ponere aliquid spei, si similes Icilio tribunos haberet,* nomina (sic recte Graevius em. pro vulg. *nomine*) *tantum se biennio habuisse.* 5. Nomen de reo etiam dicitur. Inv. II. 19. *quum venefici* nomen *esset* delatum *et — extra ordinem esset acceptum.* 6. Inde pro ipsius accusationis argumento s. criminis firmamento ponitur. Planc. 12. *iacis adulteria, quae nemo non modo* nomine, *sed ne suspicione quidem possit agnoscere.* 7. Quia in tabulis acceptorum *nomina* hominum, quibus aut debemus, aut qui nobis debent, item rerum pro quibus et pecuniae,

quam expendimus, vel accepimus ponuntur, propterea *nomen* de re pecuniaria et quidem variis modis dicitur. *Nomen* ergo *a*) *est debitum* et quidem active et passive. Top 3. *quae in nominibus sunt* (*ausstehende Gelder*) opponuntur pecuniae paratae. Planc. 28. nomen *quod urget dissolvere.* Item *solvere.* Att. VI. 2. Quint. 4. *quibus* nominibus *pecuniam curari oporteret.* Att. XIII. 29. nomen *explicat.* Ibid. XVI 6. nomen *expedi.* *b*) Debitor. Att. V. 21. *nam aut bono* nomine *centesimis contentus erat, aut non bono quaternas centesimas sperabat.* Fam. V. 6. *ego meis rebus gestis hoc sum assecutus, ut bonum* nomen *existimer* (i. e cui tuto homines pecunias credere possint). c) Capita in tabulis scripta, *Posten.* Verr. I. 36. *in codicis extrema cera* nomen *infimum in flagitiosa litura fecit.* Quint. 11. *certis* nominibus *grandem pecuniam debuit.* Fam. V. 20. nomen *erat sestertiis XXX.* Rosc. Com. 1. *non refert parva* nomina *in codices.* Atque hinc translatum est ad alia similia. Verr. II. 42. ubi sermo est de codice Verris, in quem relata erant acta in iurisdictione Siciliensi *nomen* dicitur pro summa causae ibi perscripta s. elogio et ut mox c. 43. ipse vocat periculo. *Videtisne totum hoc* nomen, *ubi facit coram delatum Sthenium esse in litura;* mox: *qui defendere non potest se non* (in) *ipsius Sthenii* nomine *literas publicas corrupisse;* pro quo mox *in Sthenii periculo.* Teneant etiam tirones hanc formulam. Fam. VII. 23. *accepi Aviani literas, in quibus hoc erat liberalissimum* nomina *se facturum, qua ego vellem die.* In quo apparet *nomina facere* esse creditoris quum non accipit pecuniam, sed summam in tabulis scribit certa die exigendam. Vid. Salmas. de Usuris 6. Sed de *debitore*, qui non praesente pecunia emit videtur esse Offic. III. 14. *emit homo cupidus et locuples tanti quanti Pythius voluit, et emit instructos,* nomina facit, *negotium conficit.* Et sic interpretatus est Fr. Fabricius; neque si ita scripsit Cicero, aliter fieri potest Quod quum videret Fr. Gronovius legendum censebat *Pythius nomina facit*, probante Graevio. Neque aliter expedire nos possumus, si ratam habeamus illam opinionem, quae nomina facere tantum creditores censet. Fateor tamen mihi non ita absurdam videri Fabricii interpretationem, et ex analogia et vi verborum *nomina facere* etiam de debitore dici posse. Quid enim est *nomina facere*, quum de creditore dici-

tur, nisi in suis, fortasse etiam in aliorum tabulis scribere nomen debitoris, et nomen pecuniae in expensis? Quid? nonne etiam debitor scribit nomen creditoris et nomen summae in suis, et, si opus est, in aliorum tabulis et quidem in acceptis? Cur ergo non ipse quoque dicere possit *nomina facere?* Nam *nomina facere* nihil est proprie quam nomina scribere, ponere. Sic Att. XIII. 14. *placeatne tibi, mitti ad Varronem, quod scripsimus. Etsi etiam ad te aliquid pertinet. Nam scito te ei dialogo adiunctum esse tertium. Opinor igitur consideremus*, etsi nomina iam facta sunt, sed vel induci, vel mutari *possunt*. Ceterum usum, ut in multis aliis ad unam partem flexisse hanc formam, et saepius usitatiusque de creditore dictam, haud negaverim. Vid. VAS. *Ern.* I. F. Heusingerus itemque Gernhardus nuper accedunt Gronovii sententiae, sed ita ut in verbis *nomina facit, negotium transigit, Pythii* nomen intelligatur, non inculcetur. Si certum esset Canium summam pecuniae pro istis hortis non statim solvisse, sed ad certam diem a Pythio ei creditam fuisse, sane ista verba de Pythio intelligerentur necesse esset. Ex Ernestii sententia *nomina facere* esset quod nostri argentarii et mercatores dicunt, *zu Buche bringen;* sed e Gronovii eorumque qui eum sequuntur sententia *nomina facere* est id quod hodie in tabulis dicitur, *zur Last schreiben*.

NOMENCLATIO, est quum aliquem nomine suo appellamus, honoris, blandiendi causa, quod erat praecipue candidatorum in prensatione. Pet. Cons. 11. *altera pars petitionis, quae in populari ratione versatur. Ea desiderat* nomenclationem, *blanditiam* etc. Vid. mox NOMENCLATOR.

NOMENCLATOR, servus, qui domino inprimis candidato nomina obviorum suggerit, ut nomine suo quemque appellare possit, quod erat blandius, unde aliquando lege ambitus prohibitum, ut est apud Livium. Att. IV. 1. Muren. 36. Pet. cons. 8. *Ern.*

NOMINATIM. Att. XI. 7. *ille ita edixit ut me exciperet* nominatim. Fam. VII. 23. nominatim *tibi signa mihi nota mandassem si probassem.* Fam. XIII. 28. *duo sunt quae te* nominatim *rogo.* Catil. IV. 2. *qui in custodiam* nominatim *dati sunt.* N. D. I. 40. *Epicurus voluptates persequitur omnes* nominatim.

NOMINATIO. 1. Genus suffragationis. *Vorschlag.* Att. XIII. 12. *paternus auguratus locus in quem ego eum mea* nominatione *cooptabo.* Ad Brut. 7. *eam* nominationem *a te petimus.* 2. Figura verborum in arte rhetorica Her. IV. 31. Nominatio *est quae nos admonet, ut cui rei nomen aut non sit, aut satis idoneum non sit, eam nosmet idoneo verbo nominemus, aut imitationis aut significationis causa.*

NOMINO. 1. Appellare. N. D. II. 23. *Res ipsa in qua vis inest maior aliqua sic appellatur, ut ea ipsa vis* nominetur deus. 2. In formulis quibus honorem alicui significamus. Rosc. Am. 2. *vir clarissimus et fortissimus L. Sulla, quem honoris causa* nomino. Ibid. 6. *quas ut aequum est familias honestatis amplitudinisque gratia* nomino. Verr. Act. I. 7. *quem ego hominem honoris potius quam contumeliae causa* nominatum *volo.* 3. *Commemorare, perhibere.* Lael. 18. *multi a me summi atque ornatissimi viri praedicarentur, quorum partim nimia libertas in adolescentia, partim profusa luxuries, — sumptus, libidines* nominarentur. 4. *Cum laude commemorare.* Arch. 11. *ipsi illi philosophi etiam illis libellis quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt; in eo ipso, in quo praedicationem nobilitatemque despiciunt, praedicari se ac* nominari *volunt.* 5. *Suffragari, commendare, vorschlagen,* ad Brut. 7. *digniorem* nominare *non potes quam Bibulum.* Phil. II. 2. nominare *augurem.*

NONNIHIL. Att. II. 1. nonnihil *pigmenta consumpsit.* Fin. IV. 23. (dicendum erat Stoicos) *sensisse gravius et fortius, quippe qui — valitudinem bonam expetendam negent esse, eligendam dicunt, non quia bonum sit valere, sed quia sit* nonnihilo *aestimandum.*

NORMA. 1. „In Geometricis dicitur regula angulorum, proprie quidem *rectorum*, qui inde *normales* dicuntur, Quintil. XI. 3. sed deinde etiam reliquorum, quatenus applicata norma acuti an obtusi sint, intelligitur; et hinc tolerari potest definitio Philandri ad Vitruv. IX. 2. ubi omnium angulorum mensura dicitur. Ac. pr. II. fr. si id crederemus, non egeremus perpendiculis, non normis (sic legendum) non regulis. Conf. Budaeus ad Pandect. p. m. 174. *Ern.* 2. Deinde generatim significat regulam secundum quam aliquid instituitur aut dirigitur. Orat. III. 49. *nec sunt haec rhythmicorum* aut *musicorum acerrima* norma *dirigenda.*

Ibid. II. 48. *Plura homines iudicant odio aut amore — quam veritate aut praescripto, aut iuris* norma *aliqua, aut iudicii formula aut legibus.* Muren. 2. *Cato vitam ad certam rationis* normam, *dirigens et diligentissime perpendens momenta officiorum omnium.*

NOSCERE. 1. *Cognoscere.* Tusc. I. 22. *nimirum haec habet vim praeceptum Apollinis quo monet ut se quisque* noscat. — *Quum igitur.* Nosce te *dicit, hoc dicit.* Nosce animum tuum. Cf. Leg. I 22. N. D. I. 14. *Ita fit ut deus ille quem mente* noscimus, *atque in animi notione tamquam in vestigio volumus reponere, nunquam prorsus appareat.* 2. *Agnoscere, probare.* Att XI. 7. quod te excusas, ego vero causas tuas nosco, cf. Leg. I. 5. 3. *Discere, suscipere.* Fr. ep. *philosophiae quidem praecepta* noscenda, *vivendum autem civiliter.* N. D. I. 2. *omnes philosophiae partes tum* noscuntur, *quum totae quaestiones scribendo explicantur.* 4. Novisse est *scire,* notitiam alicuius rei aut personae habere. Att. IX 9. *si Caesarem bene* novi. Att. V. 1. *si digitos tuos* novi. Pis. 13. *qui civitatis vestrae non leges non iura* noritis.

NOSTRAS. Tusc. V. 32. *Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere,* nostrates *philosophi facere non poterunt?* Fam. II. 11. *putaresne umquam accidere posse ut mihi verba deessent, neque solum ista vestra oratoria, sed haec etiam levia* nostratia. Fam. XI. 15. *capior facetiis, maxime* nostratibus.

NOTA. 1. De literarum figuris. Partit. 7. *literatur (Buchstabenschrift) constat ex* notis *literarum.* Div. II. 41. notis *priscarum literarum in robore insculptae sortes.* 2. Signum interpunctionis. Or. III. 44. notae *librariorum.* 3. Signum Criticorum. Pis. 30. *Aristarchu qui* notam *apponebat ad malum versum.* 4. Figura qua aliquid in epistola tecte designatur. Fam. XIII. 6. *reliquis epistolis tantum faciam, ut* notam *apponam eam, quae mihi tecum convenit.* 5. Quodlibet alicuius rei signum Top. 8. *Verba sunt rerum* notae. Fin. V. *nomina sunt tamquam rerum* notae. Div. I. 30. *insigniae* notae *veritatis.* Inv. II. 48. *Literae tenues et obscurae* notae *sunt veritatis.* 6. „ *Nota* est στίγμα inustum servo fugitivo. Off. II. 7. *barbarus compunctus* notis *Threiciis.* Vid. Hug. Orig. scrib. c. 19. 7. Hinc *nota* pro *ignominia.* Sic quae ignominia censoria dicitur, ea et *nota* appellatur. Cluent. 46. nota *censoriae*

severitatis. In qua oratione c. 42. est locus insignis de vi notarum censoriarum, quae fuere: movere e senatu, equum adimere, tribu movere, et aerarium facere. Deinde ad omne genus ignominiae transfertur. Catil. I. 6. *quae* nota *domesticae turpitudinis non inusta vitae tuae est?* Prov. cons. 10. *Vos Gabinii literas insigni quadam* nota *atque ignominia nova condemnastis* 8. Dicitur tamen *nota* etiam cum verbo *inurere* in bonam partem. Planc. 12. *signa probitatis domesticis* inusta notis *veritatis.* 9. Dicitur etiam de vino. Brut. 83. *si quis Falerno vino delectetur, sed eo — nec ita vetere ut Opimium aut Anicium consulem quaerat. Atqui eae* notae *sunt optimae credo.* 10. Muren. 11. extr. *Irati iureconsulti, quod sunt veriti, ne — sine sua opera lege posset agi,* notas *quasdam composuerunt, ut omnibus in rebus ipsi interessent.* *Notas* alii interpretantur *siglas,* quum pro singulis verbis singulae literae ponuntur; alii formulas actionum, ut Camerarius, alii obscura verba ut Manutius, alii signa, quibus verbum unum aut plura exprimebantur, cuismodi sunt adiecta corpori Inscript. Gruteriano, ut Graevius; quam sententiam probarem et ipse, si res et locus Ciceronis pateretur. Primo nulla est necessitas dicendi, notas fuisse signa eiusmodi, qualia sunt illa quae dixi. Nam *per notas scribere,* ut ex Sueton. Aug. 88. Caes. 55. constat, etiam dicitur quum integra quidem verba literis scribuntur, sed ita, ut literae non suam ordinariam vim habeant, sed v. c. litera *D* pro *A*, *E* pro *B* ponatur etc. Ergo omnis ratio scribendi occultior est per notas. Cuiac. Obs. XII. 14. distinguit quidem notas a siglis, et est certum non omnes notas esse siglas; neque tamen propterea siglae non sunt notae; itaque et ipse locum Ciceronis de siglis interpretatur ad Pompon. Ori. Iur. §. 7. Illas autem notas, de quibus Cuiacius in Observ. vix putem tam vetustas, ut de his aut similibus Cicero intelligi possit. Seneca quidem ep. 90. vilissimorum mancipiorum inventa vocat. Vid. *Nouveau Traté diplomatique.* T. III. p. 564. Conf. Troz ad Hugon. p. 175. qui p. 181. locum Ciceronis de formulis explicat, et hanc interpretationem Graevio tribuit, quod est a vero alienum. Deinde Cicero hic manifeste de formulis actionum loquitur. Nam exempla notarum compositarum, quae subiiciuntur, sunt formulae actionum. Porro *componere* de formulis dici potest, non de signis

obscuris et siglis; et paullo post dicit *praetori quoque carmem compositum est.* Neque in toto reliquo loco quicquam de occultis signis dicitur. illud tantum dicitur, quam diu occultae hae formulae fuerint, penitas esse ab iis, qui tenerent, donec vulgatae sint, (nempe ab Aelio). Pompon. Origg. Iur. l. c. Neque quisquam veterum, quod sciam, de talibus signis formularum memoriae prodidit. Quorsum autem opus scribere formulas illas per notas? Ne a servo iterum aut scriba publicarentur? Sufficiebat cavere, ne in talis hominis manus venirent, qui iis vulgandis gratiam popularem captare vellet et posset. Ne ii autem publicarent, qui eas tenerent, ut Aelius fecit, ne per notas quidem cavere poterant. Itaque mihi totum hoc de notis formularum commentitium videtur, *notasque componere* nihil aliud significare, quam formulas obscuras et contortas actionum componere. Referri huc possit locus Ovidii Her. XX. 210. de malo Acontii iacto ad Cydippea, in quo scriptum erat iusiurandum: *malum verba ferens doctis insidiosa notis.* Iam scio *notas* apud Ovidium esse literas scriptas, unde *notare* dixit pro *scribere.* Heroid. I. init. Sed *doctae notae*, h. l. sunt formula iurisiurandi vafre excogitata, qua sui iuris faceret Cydippea. Unde in eadem epistola Acontius se appellat *vafrum iuris consulto Amore*, et ius iurandum *vocat nodum;* quod verbum Horatius de formulis ICtorum in cavendo usurpat. Interpretationem nostram *notarum* probavere L. L. et Gesnerus in Thesauro L. L, aliique." Hactenus *Ernestius;* cui assensi etiam sunt Ritterus, Bachius, Garatonus. Attamen *Io. Luzac* in observationibus apologeticis pro ICtis Romanis ad locum Cic. in or. pro Mur. c. 11 — 13. (Lugd. Bat. 1768) non solum istos ICtos novas actionum formulas composuisse, sed eas etiam siglis s. notis conscripsisse censet, ita ut formula: *eum ego ex iure Qu. meum esse aio* sic expressa fuerit: E. E. E. I. Q. M. E. A. cuius generis siglas collegit *M. Valerius Probus;* Grammaticus (in Meermanni Nov. Thesauro Iuris. Tom I p. 87. sqq.).

NOTABILIS. Fam. V. 12. *exitus* notabilis, (*denkwürdiger Ausgang*).

NOTARE. 1. De nominibus rerum. Fin. III. 2. *nominibus res* notavit *novis.* Tusc. III. 5. *melius haec verbis* notata *Latinis quam Graecis.* 2. *Ita insignire ut agnosci et ab aliis discerni possit.* Fam. VII. 32.

ita notata *me reliquisse genera dictorum meorum, ut cognosci sua sponte possent.* Orat. II. 67. *neque tam acri memoria fere quisquam est, ut non dispositis* notatisque *rebus ordinem verborum aut sententiarum complectatur*, cf. II. 26. 3. Hinc pro *agnoscere*, *observare, animadvertere.* Fam. IX. 16. *tritas aures habere* notandis *generibus poetarum.* Div. I. 49. notata *observatione diuturna*, cf. Orat. III. 50. 4. *Dies notari* dicitur, quum in eo solemnia quaedam agenda constituuntur, unde fit insignis. Fin. II. 31. de Epicuro, qui diem suum natalem celebrari iusserat: *quod si dies* notandus *fuit* (*wenn dieser Tag ausgezeichnet werden sollte*). 5. *Ornare.* Orat. III. 43. *tamquam stellis* notare *orationem.* 6. *Reprehendere, contumelia afficere.* Phil. XV. 8. *rem verbis* notavi. Milon. 6. notavi *rem.* Verr. V. 68. *sic* notatos *ambulare.* Cluent. 42. de censoria ignominia. Vid. NOTA. 7. Sext. 61. *Vir is* (Pompeius) *qui tripartitas terrarum regiones atque oras tribus triumphis adiunctas huic imperio* notavit. Fortasse est *peragravit*, ut in Orat. pro M. Marcello 2. *nec disiunctissimas terras citius cuiusquam passibus potuisse peragrari, quam tuis non dicam cursibus sed victoriis* lustratae *sunt.* Horat. Act. poët. 158. *puer qui iam pede certo signat humum. Ern.* In illo loco Sext. I. 1. Facilius est *notavit* sic intelligere: qui tribus triumphis effecit ut istas tripartitas terrarum regiones atque oras huic imperio adiunctas esse constaret. 8. *Notare* est etiam criticorum et artis praeceptorum, quum vitiosum aliquid designant. Att. XV. 15. *quae vereor ne miniata cerula tua pluribus locis notanda sint.* Brut. 91. *Molo in* notandis *animadvertendisque vitiis prudentissimus.*

NOTATIO, 1. *Observatio, animadversio.* Orat. 55. Notatio *naturae et animadversio peperit artem.* Div. II. 42. *Chaldaeis in praedictione et in* notatione *cuiusque vitae ex die natali minime credendum est.* 2. Designatio, distinctio. Brut. 19. *delector ista quasi* notatione *temporum.* Cluent. 47. *paucis postea mensibus alia vehemens erat in iudiciis ex* notatione tabularum *invidia versata. Notatio tabularum* fit quum tabellae iudicum diversicoloribus ceris notantur, ut quis condemnavit, quis absolverit, intelligi possit, cf. Caecil. c. 7. et ibi Ascon. Phil. V. 5. *delectus et* notatio *iudicum etiam in nostris civibus haberi solet.* 3. Descriptio. Her. IV. 50. Notatio *est, quum alicuius natura*

certis describitur signis cuius figurae ibidem exemplum affertur. 4. De animadversione censorum. Sext. 25. notatio *censoria.* Off. III. 31. notationes *animadversionesque censorum.* Sed utroque loco nunc legitur *notionis* vocabulum. 5. De etymologia. Top. c. 8. Notatio *est, quum ex vi nominis argumentum elicitur, quam Graeci ἐτυμολογίαν vocant, id est verbum ex verbo, veri loquium. Nos autem novitatem verbi non satis apti fugientes genus hoc notationem appellamus, quia sunt verba rerum notae.*

NOTATUS. 1. *Insignitus.* Prov. Cons. 2. *distincta ac* notata *castris via.* 2. *Designatus.* Tusc. III. 9. *Verbis Latinis melius quam Graecis haec* notata *sunt.* 3. Dedecore aliquo insignis Font 2. *Galli partim modo a nostris imperatoribus subacti modo bello domiti, modo triumphis ac monumentis* notati Cluent. 22. *Vera atque insigni turpitudine non falsa invidia iudicia* notata. Dom. 9. notatissimus *omnium scelerum libidinumque maculis.* 4. Insignitus memoriae causa. Herenn. III. 32. *si aliqua re exornabimus, ut si coronis aut veste purpurea, quo nobis* notatior *sit similitudo,* de imaginibus in arte mnemonica.

NOTIO. „1. *Significatio verbi.* Tusc. V. 10. *nulla alia huic verbo subiecta* notio *est.* 4. Πρόληψις, *notitia insita.* Top. 7. *Genus est* notio *ad plures differentias pertinens. Forma est* notio *cuius differentia ad caput generis et quasi fontem referri potest.* Notionem *appello, quod Graeci tum ἔννοιαν tum πρόληψιν dicunt. Ea est insita et ante percepta cuiusque formae cognitio, enodationis indigens.* N. D. I. 12. *haec omnia cum deorum* notione *comprehendimus.* Ibid. 14. *deum in animi* notione *tamquam in vestigio reponere.* Ibid. 18. notiones *primae.* Tusc. IV. 24. *definitio aperit* notionem *nostram, quam habemus omnes de fortitudine tectam atque involutam.* Ibid. *definitiones declarant* notiones *communes alia magis alia,* cf. Acad. I. 11., 3. Sed *notio* est etiam de iis rerum in animo formis quae non insitae sunt, sed opera mentis acquisitae, de quibus est locus insignis Fin. III. 10 *Quumque rerum* notiones *in animis fiant, si aut usu aliquid cognitum sit, aut coniunctione, aut similitudine, aut collatione rationis, hoc quarto, quod extremum posui boni* notio *facta est. Quum enim ab iis rebus, quae sunt secundum naturam ascen-*

citus facile ipse respondet; quibus *autem* non neque est cognitus, *hi sic habeant.* 4. In malam partem dicitur *notus* de famoso. Cael. 13. *femina non solum nobilis, sed etiam* nota. Phil. XI. 3. notus *atque insignis latro* fragm. Orat contra C. Anton. *Homo nobilis et valde in hoc largitionis quaestu* notus *et cognitus.*

NOVACULA. Div. I. 17. *Turquinius Priscus quum tentaret scientiam auguratus dixit Actio Navio cogitare se quiddam, id possetne fieri consuluit. Ille augurio acto posse respondit. Tarquinius autem dixit se cogitasse cotem* novacula *posse praecidi, tum Attium iussisse experiri. Ita cotem in comitium allatam in spectante et rege et populo* novacula *esse discisam.*

NOVARE. Att. XVI. 15. *Tu mihi de rebus quae* novantur *omnia certa, clara.* Leg. III. 5. *nihil habui quod putarem* novandum *in legibus.* Orat. III. 37. *verba quae* novamus *et facimus ipsi.* Ibid. 38. novantur *verba, quae ab eo qui dicit ipso gignuntur ac fiunt.*

NOVATUS. Orat. II. 30. *subacto mihi ingenio opus est, ut agro non semel arato, sed* novato *et iterato.* Ibid. III. 38. *inusitatum verbum aut* novatum, *aut translatum.*

NOVE. Her. I. 9. *ne quid ambigue, ne quid* nove *dicamus.*

NOVELLUS. Fin. V. 14. *vivere vitem et mori dicimus, arboremque et* novellam *et vetulam et vigere et senescere.* Leg. V. fr. ap. Macrob. *neque dum satis ab his* novellis *arboribus omnis hic locus opacatur.*

NOVENDIALIS. Q Fr III. 5. *duobus factis libris* (de re publica) in quibus novendialibus feriis *quae fuerunt Tuditano et Aquilio coss. sermo a me est institutus Africani* etc. Nempe dicuntur hae feriae a numero dierum. Inde Cicero, ut ibid. paullo post dicit hunc sermonem *in novem et* dies et libros *distribuerat.*

NOVERCA. Cluent. 70. mater scelesta et improba appellatur: *uxor generi,* noverca *filii, filiae pellex* quem locum Cic. ipse probat Orat. 30.

NOVISSIME. 1. Nuperrime. Fam. X. 17. *quo ego interprete* novissime *ad Lepidum sum usus.* 2. In enumeratione membrorum pro *postremo.* Fam. X. 24. in epistola Planci *milites conari volui a senatu: primum quod ita meritos indicabam; deinde quod ad omnes casus coniunctiones reipubl. esse volebam,* novissime *ut — tales nobis praestare possem, quales adhuc fuerunt.*

Catil. I. 1. Fam. XI. 21. 4. *Novi homines.* Agr. II. 2. *qui primi e familia sua ad magistratus pervenere.* 5. Orat. II. 66. *sub Novis;* intell *tabernis argentariis.* Fuit pars fori Romani, cuius passim mentio apud veteres. Vid. P. Fabr ad Acad. IV. 22. et Drakenborch. ad Liv. XXVI. 27 XLIV. 17." *Ern.*

NOX. 1. Sensu proprio. N. D. II. 19. *umbra terrae soli officiens* noctem *efficit.* Div. I. 27 *concubia* nocte. Q Fr. II. 8. *multa* nocte *veni ad Pompeium.* Muren. 9. *Vigilas tu de* nocte, *ut tuis consultoribus respondeas.* Fin. I. 16. *animi* noctes atque dies *exeduntur.* Rosc Am. 2. *scrupulus qui se* dies noctesque *stimulat.* 2. Metaphorice. Brut. 96. Harusp. 6. de perturbato reip. statu. 3. Att. I. 16. Noctes *certarum mulierum — nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt.*

NOXIA, culpa; Rosc. Am. 22. *quod in minimis* noxiis *et in levioribus peccatis maxime quaeritur.* Leg. III. 4. *quod quis earum rerum migrassit* noxiae *poena par esto.* Hortens. fr. *ceteris in rebus, in quibus peccata non maxima insunt,* noxias *tamen inferunt.*

NOXIUS. Leg. III. 3. *magistratus nec obedientem civem et* noxium *— coerceto.*

NUBECULA. Pis. 9. *frontis* nubecula, de vultu ad severitatem composito.

NUBES. 1. Sensu proprio. N. D. II. 39. *aër concretus in* nubes *cogitur.* Div. II. 19. *placet Stoicis, eos anhelitus terrae, qui frigidi sint, quum fluere coeperint, ventos esse; quum autem se in* nubem *induerint, eiusque tenuissimam quamque partem coeperint dividere atque disrumpere, idque crebrius facere et vehementius, tum et fulgura et tonitrua exsistere, si autem* nubium *conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen.* 2 Metaphorice, de perturbato reip. statu. Dom. 10. *si quae tum illis reip. tenebris caecisque* nubibus *et procellis — promulgasti.* 3. Nubes, dea. N. D. III. 20. *cuius* (arcus caelestis) *si divina natura est, quid facies* nubibus? *Arcus enim ipse ex* nubibus *efficitur quodam modo coloratis. Quarum una* (Nephele) *etiam centauros peperisse dicitur.*

NUBERE. Div. I. 46. *virgo* nupsit, *cui Caecilia* nupta *fuerat, nempe Metello.* Cluent. 5. Mater (Sassia) *lectum illum genialem, quem biennio ante filiae suae* nubenti *straverat, in eadem domo sibi ornari ac*

luisti. Hic ludit Cicero ambiguitate vocabuli *nudus.* Postrema enim verba significant: *quem tu ad inopiam redegisti.* Nempe Decianus pecuniam adolescentulo grandi fenore mutuam dederat, fiducia tamen accepta, i. e. fundo hypothecae loco ei obligato; eamque fiduciam quum Decianus sibi commissam diceret, istum fundum tanquam suum retinebat et possidebat. Rosc. Am 50. *indignum putas quod vestitum sedere* (Roscium) *in iudicio vides, quem tu e patrimonio tamquam e naufragio,* nudum *expulisti.* 4. *Exercitu carens.* Fam. X. 11. *si* nudus *huc se Antonius conferet.* 5. *Armis aut aliis defensionis praesidiis destitutus.* Fin. I. 7. *in altera philosophiae parte iste vester* (Epicurus) *plane inermis ac* nudus *est.* 6. De oratione usurpatum, est *simplex, non nimis ornatus.* Brut. 71. nudi *sunt* (Caesaris commentarii) *recti et venusti.*

NUGAE. 1. *Res leves.* Orat. II. 51. *tragoedias agere in* nugis. 2. *Ineptiae.* Div. II. 13. *hunccine hominem* (Democritum) *tantis delectatum esse* nugis. 3. De hominibus inutilibus et nihili aestimandis. Att. VI. 3. *videaturne aut pietatis esse meae, fratrem, aut diligentiae,* nugarum *aliquid relinquere.* Ibid. *amicos habet meras* nugas. Milon. 21. nugarum *nihil in comitatu,* de ancillis et delicatis pueris.

NUGARI. Div. II. 13. *Democritus non inscite* nugatur *ut physicus.*

NUGATOR. Flacc. 16.. *neque in istum* nugatorem *tamquam in aliquem testem invehar.* Sen. 9. *quae vox potest esse* contemptior, *quam Milonis Crotoniatae? qui quum iam senex esset — aspexisse lacertos suos dicitur, illacrymansque dixisse: At hi quidem iam mortui sunt. — Non vero tam isti, quam tu ipse,* nugator!

NUGATORIE. Her IV. 36. *non apertissimae res erant crimini datae? non omnes hae testibus comprobatae? Non contra tenuiter et* nugatorie *responsum?*

NUGATORIUS, de opinionibus, vel argumentis valde levibus. N. D. I. 39. de imaginibus quibus pulsari animos dixerat Democritus et Epicurus. *Tota res* nugatoria *est.* Rosc. Am. 15. *quod Erucio accidebat in* mala nugatoriaque *accusatione, idem mihi usu venit* in causa optima. *Ille quomodo crimen* commenticium *confirmaret non inveniebat; ego res tam leves qua ratione infirmem ac diluam reperire non possum.* Caecin. 23. *Si mihi — optio detur utrum malim defendere — ad pro-*

bandum, utramque rem videam infirmam atque nugatoriam. Her. II. 20. *duo genera sunt vitiosarum argumentationum, unum quod ab adversario reprehendi potest; alterum quod, tametsi* nugatorium *est, tamen non indiget reprehensionis:* scilicet quia ita absurdum est, ut tacite contemni possit sine reprehensione.

NULLUS. 1. Pro *non.* Att. XI. 24. *Philotimus non modo* nullus *venit, sed ne per literas quidem* etc. Ibid. XIV. 3. *Corumbus Balbi adhuc* nullus, scil. *venit.* Tusc. I. 6. M. *ubi sunt ii quos miseros dicis? — si enim sunt, nusquam esse non possunt.* A. *Ego vero nusquam esse illos puto.* M. *Igitur ne esse quidem.* A. *Prorsus isto modo, et tamen miseros ob id ipsum quidem, quia* nulli *sunt.* Div. I. 37. *obiiciuntur saepe formae, quae reapse* nullae *sunt.* (*Es erscheinen uns oft Bilder von Dingen, die kein wirkliches Daseyn haben.*) 2. Rosc. Com 17. nulli *consilii* pro *nullius.* Muren. 12. nullo *usui* pro *nulli. Ern.*

NUMEN. 1. De divina vi, potestate, providentia, voluntate. Mil. 31. *huius beneficii gratiam — dii immortales sibi deberi putant. Nec vero quisquam aliter arbitrari potest, nisi qui nullam vim esse ducit* numenve *divinum.* Fin. IV. 5. *cognitio rerum caelestium affert — iustitiam etiam, quum cognitum habeas quod sit summi rectoris et domini* numen, *quod consilium, quae voluntas.* Catil. II. 13. *dii immortales, qui — hic praesentes suo* numine *atque auxilio sua templa atque urbis tecta defendunt.* Pis 21. Gabinius numen *interdictumque deorum immortalium responsa sacerdotum — regi Aegyptio vendidit,* nempe quum Ptolemaeus Auletes a suis expulsus a senatu populoque Romano petiisset, ut in regnum restitueretur, exercitum obtinere tamen non potuit — quia libri Sibyllini inspecti regem Aegyptium cum armis restitui prohibere dicebantur. Nihilo secius Gabinius Syriae procos. mercede corruptus regem armis, expugnata Alexandria restituit. Hoc illud est, quod Cicero appellat *numen interdictumque deorum regi Aegyptio vendidit.* 2. Nonnunquam *numen* etiam tribuitur senatui aut aliis populorum rectoribus. Phil. III. 13 *magno vis est,* magnum numen *unum et idem sentientis senatus.* Sic plurimi codd. probantibus Faërno, Mureto, Lambino. At Ferrarius et Graevius praeferunt lectionem *nomen,* quae est in aliquot Mss.

NUMERARE 1. Zählen. Orat. II. 32. *argumenta si ex reis numeres, innumera sunt, si ex rebus modica.* Phil. VII. 1. *quos a se primum* numerare *possunt*, h. e. in quibus numerandis a se incipere possunt. Inv. II. 20. *hanc primam partem* numerant. Orat. 14 *unum addit, quod quartum* numerat *Theophrastus in orationis laudibus.* 2. In einer Reihe mit aufführen, zu einer Reihe mitzählen, zu etwas rechnen. Parad. 1. *Sapiens ille Bias, qui* numeratur *inter septem sapientes.* Brut. 97. nec decet te numerari *in vulgo patronorum.* Orat. 9. *Thucydides — numquam est* numeratus *orator.* Fam. II. 6. numerare *aliquid in loco mercedis vel beneficii.* Fin. I. 9. *permulta dicuntur, cur nec voluptas in bonis sit* numeranda, *nec in malis dolor.* 3. *Existimare, iemanden wofür halten.* Rosc. Amer. 6. *Rectum putabat pro eorum honestate se pugnare, propter quos ipse honestissimus inter suos* numerabatur. Verr. II. 70 *is prope alter Timarchides* numerabatur. Opt. gen. or. 3. *omnes qui Attici* numerantur, *i. e. habentur, existimantur.* 4. *Nullo loco numerare* est nihili aestimare, contemnere. Fin. II. 2. Socratem *qui voluptatem* nullo loco numerat audio dicentem cibi condimentum esse famem, potionis sitim. 5. De pecunia, quae expenditur aut solvitur. Att. XIV. 20. *iam vel sibi habeat numos, modo* numeret *Idibus.* Pis. 36. *stipendium militibus a civitatibus* numeratum. Verr. II. 10. *ego amplius dico; HS quadringenties accepisse te arguo contra leges; nego tibi ipsi ullum numum esse* numeratum, *sed quum ob tua decreta, ob imperata, ob iudicata pecuniae darentur, non erat quaerendum cuius manu* numerarentur (*wem sie in die Hand gezahlt wurden*); *sed cuius iniuria cogerentur. Comites illi tui delecti manus erant tuae — quidquid ab horum quapiam captum est, id non modo tibi datum, sed* tua manu numeratum *iudicari necesse est.* Apud Asconium legitur *in tua manu numeratum.*

NUMERATO. Att. XII. 25. de Silii hortis quos Cicero volebat: *Mihi et res et conditio placet, sed ita ut* numerato *malim, quam aestimatione. Voluptarias enim possessiones nolet Silius.* Recte Graevius intellexit Ciceronem voluisse hortos emere a Silio, sed maluisse praesente pecunia emere, quam permutatione alius possessionis, quae eiusdem pretii aestimaretur.

61. *nemo qui aliquo esset in* numero. Fam. I. 9. *esse aliquo* numero. 4. Q. Fr. III. 13. *ad* numerum *iudices habere*, i. e. iustum eorum numerum. 5 *Numerus (Tact)* in omni motu certis intervallis distincto. Orat. III. 48. Numerus *in continuatione nullus est; distinctio et aequalium et saepe variorum intervallorum percussio* numerum *conficit; quem in cadentibus guttis, quod intervallis distinguuntur, notare possumus, in amni praecipitante non possumus.* 6. Rhythmus in musicis. Orat. I. 56. *in musicis* numeri *et voces et modi.* Leg. I. 3. *Roscius in senectute* numeros *et cantus remiserat, et tardiores fecerat tibias.* Oecon. I.. *ubi chorus canentium non certis modis atque* numeris *praeeuntis magistri consensit, dissonum quiddam ac tumultuosum audientibus canere videtur. At ubi certis* numeris *ac pedibus velut facta conspiratione consensit ac concinuit, ex eiusmodi vocum concordia — amicum quiddam et dulce resonat.* 7. *Rhythmus in motu histrionis.* Parad. V. *histrio si paullum se moveat extra* numerum *exsibilatur et exploditur.* 8. *Numerus oratorius.* Orat. 55. *esse in oratione* numerum *quemdam non est difficile cognoscere.* Ibid. 68. Numerus *autem — non modo non poetice iunctus, verum etiam fugiens illum, illique omnium dissimillimus, non quin iidem sint* numeri *non modo oratorum et poetarum, verum omnino loquentium, denique etiam sonantium omnium, quae metiri auribus possumus; sed ordo pedum facit, ut id quod pronuntiatur aut orationis aut poematis simile videatur.* Orat. III. 44. *orator sic illigat sententiam verbis ut eam* numero *quodam complectatur et adstricto et soluto. Nam quum vinxit modis et forma, relaxat et liberat immutatione ordinis, ut verba neque alligata sint quasi certa aliqua lege versus, neque ita soluta ut vagentur.* 9. *Numeri* pluraliter dicuntur pro pedibus metricis. Orat. III 47. *quum sint* numeri *plures iambum et trochaeum frequentem segregat ab oratore Aristoteles.* Ibid 48. *ex illis modis — quibus hic usitatus versus efficitur, post anapaestus procerior quidam* numerus *effloruit.* 10. „Hinc duci putant illas formulas, *omnibus* numeris *absolutum esse, omnes* numeros *habere*, quod mihi secus videtur. Nam manifestum est *numeros* dici interdum pro *partibus* et earum numero, qui requiritur, ut perfecta res sit. N D. II. 13. *perfectum expletumque omnibus suis* numeris *et partibus.* Ac. post. I. 3. *poema*

elegans omni numero. Fin. IV. 20. *pauciores quasi numeros officii praeterirent.* Div. I. 13. *omnes habet in se* numeros *veritatis.* Verr. II. 93. *quod genus hominum, quem* numerum *quem ordinem proferre possis.* Hoc interpretatur ipse ibid. *ab universa provincia generatimque a singulis eius partibus* etc. Ovid. Met. I. 427. *animalia imperfecta suisque trunca vident* numeris. Ibid. VII. 126. *utque hominis speciem materna sumit in alvo perque suos intus* numeros *componitur infans, Cohortes* eandem ob causam numeri *dicuntur* quia sunt legionis partes. Fam. XI. 10. *septenum* numerum *nunc legionum alo.* Ubi Graevius legit *septem nunc* numeros *legionum* et *cohortes* interpretatur. Recte. Ibid. XII. 13. *Graecorum militum numeros;* sic legendum pro *numero.* Vid. Graev. ad l. c. Atque in universum de ordinibus militaribus dicitur, ut de turma, de mille militibus, qui sub uno tribuno sunt. Vid. Catt. ad Sueton. Vespas. 6. adde Burmann ad Ovid. Her. VIII. 24. Pertinet hoc etiam illud. Verr. V. 56. *si naves suum* numerum *haberent,* h. e. vectores remiges, quorum certus numerus requiritur. Sic Ovid. Her. X. 36. *flecte* ratem, numerum *non habet illa suum* ubi Burmannus locum Ciceronis afferre non neglexit." *Ern.*

NUMMARIUS vel NUMARIUS. 1. *Res numaria* (*das Geldwesen*). Off. III. 20. ubi narratur collegium praetorum tribunos plebis adhibuisse *ut* res numaria *de communi* sententia constitueretur. Att. X. 4. *ratio* nummaria (*das Geldgeschäft*); intelligitur pecunia quam Q. Cicero Attico debebat. 2. *Numarius* dicitur *pecunia corruptus.* Att. I. 16. Cluent. 27. numarii *iudices.* Verr. III. 17. numarium *iudicium.* Cluent. 36. numarius *interpres pacis,* qui pecunia accepta pacem conciliavit.

NUMMATIO s. NUMATIO. Phil. II. 45. *confer ea cum* nummatione *tua.* Sunt qui legant *nundinatione.*

NUMMATUS. Rull. 11. *Hiempsal non minus bene* numatus, *quam bene capillatus.*

NUMMULUS. Att. I. 13. *Reip. statum — elapsum scito esse de manibus uno hoc iudicio, si iudicium est XXX homines P. R. levissimos ac nequissimos* nummulis *acceptis ius ac fas omne delere.*

NUMMUS s. NUMUS. 1. Sestertius. Fam. V. 6. *Emi eam ipsam domum millibus* numum *XXXV.* Flacc. 19 *cum civitate mihi res est, in qua commoveri* numus *nullus potest sine quinque praetoribus tribus*

quaestoribus, quatuor mensariis. Font. 1. Numus *in Gallia nullus sine civium Romanorum tabulis commovetur.* 2. De aliis monetis. Phil. XII. 8. *quum Aquilae primipili numos aureos daret.* 3. Universe pro pecunia. Inv. II. 4. *quidam proficiscens ad mercatum et secum aliquantum* numorum *ferens.* Fam. XIII. 77. *bibliotheca multorum* numorum. Phil. III. 6. numos *populo de Rostris spargere solebat.* Rosc. Com. 8. *versari in suis* numis, opponitur *aeri alieno.* Verr. III. 68. *habet* in numis (*in baarem Gelde, in Capitalen*). *habet in urbanis praediis.*

NUNTIATIO, vid. *Spectio.*

NUNC IPSUM, pro *hoc ipso tempore.* Att. VII. 3. VIII. 19. XII. 16. *Ern.*

NUNCUPARE. 1. Appellare. N. D. I. 15. Persaeus — dicit — *ipsas res utiles et salutares deorum esse vocabulis* nuncupatos. ibid. II. 23. *Itaque tum illud, quod erat a deo natum, nomine ipsius dei* nuncupabant, *ut quum fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum.* 2. Effari. Verr. V. 13. *vota pro imperio — populi Romani* nuncupare. Phil. III. 4. *Antonius — ante lucem, vota ea, quae nunquam solveret,* nuncupavit. Off. III. 16. *quum ex XII tabulis satis esset ea* (vitia in praediis vendendis) *praestari, quae essent lingua* nuncupata — *a ICtis etiam reticentiae poena est constituta.*

NUNDINAE. 1. Locus, ubi mercatus institui solet, *Marktplatz.* Rull. II. 32. *Illi Capuam receptaculum aratorum,* nundinas *rusticorum, cellam atque horreum Campani agri esse voluerunt.* Phil. II. 14. *cuius* (Antonii) *domus, quaestuosissima est falsorum commentariorum et chirographorum officina, agrorum, oppidorum, immunitatum, vectigalium flagitiosissimae* nundinae. 2. Ipse mercatus (*Jahrmarkt, Wochenmarkt*). Att. I. 14. *Res agebatur in circo Flaminio; et erat in eo ipso loco illa die* nundinarum πανήγυρις. 3. Metaphorice, de negotiis argentariis, quae oriuntur e largitionibus et ambitu candidatorum. Att. IV. 16 *Scaurus* (in petitione consulatus) *populo tributim domi suae satisfecerat. Sed tamen etsi uberior liberalitas huius, gratior esse videbatur eorum, qui occuparant.* (h. e. eorum competitorum qui eum praevenerant). *Cuperem vultum videre tuum, quum haec legeres. Nam profecto spem non habes nullam, haec negotia multarum* nundinarum

fore. Iocatur Cicero cum Attico, ut feneratore, nec dubitat eum ista de largitionibus candidatorum, quae scripserat, ei iucunda fuisse, quippe quum sperare posset haec negotia multis nundinationibus locum datura esse, indeque pecunias a candidatis maiore fenore mutuas sumptum iri. De eadem re Att. IV. 14. *Ardet ambitus.* Σῆμα δέ τοι ἐρέω. *Fenus ex triente Idib. Quint. factum erat bessibus.* (*Der Zinsfuss war von 4 pro Cent auf 8 pro Cent gestiegen.*) *Dices: istuc quidem non moleste fero. — O virum! o civem!* 4. Alia metaphora nundinae dicuntur, illicitae et flagitiosae rerum publicarum venditiones. Phil. V. 4. *calebant in interiore aedium parte totius rei publicae* nundinae (*wurde mit allen Staatsangelegenheiten ein hitziger Verkehr getrieben*); *mulier* (Fulvia) *sibi felicior quam viris, auctionem provinciarum regnorumque faciebat — — neque solum commentariis commenticiis chirographisque venalibus innumerabilis pecunia congesta in illam domum est, quum quae vendebat Antonius ea, se ex actis Caesaris agere diceret, sed senatus etiam consulta, pecunia accepta, falsa referebat* etc.

NUNDINARI. 1. Aliquid, largiendo, aut pecunia alios corrumpendo acquirere. Verr. I. 46. *eorum arbitratu — qui ab isto ius ad utilitatem suam* nundinarentur. Verr. I. 49 *ab isto* (Verre) *et praeco, qui voluit, istum ordinem* (senatorum apud Halesinos in Sicilia) *pretio mercatus est, et pueri annorum senum septenumque demum senatorium nomen* nundinati *sunt;* (quamvis lex esset apud Halesinos, ne quis minor triginta annis natu in senatum cooptaretur). Phil. III. 4. *huius* (Antonii) *domi inter quasilla* (i. e. in gynaeceo) *pendebatur aurum, numerabatur pecunia; una in domo omnes, quorum intererat, totum imperium P. R.* nundinabantur. 2 Metaphorice, frequenter aliquo convenire tanquam ad nundinas. Div. II. 31. *ubi ad forum angues nundinari solent.*

NUNDINATIO, de iniusta rerum, quae sunt iuris publici, emptione aut venditione. Rull. I. 3. *licebit* (*scil.* istis decemviris) *quod videbitur publicum iudicare; quod iudicarint, vendere. Etiam illud quod homines sancti non facient, ut pecuniam accipiant, ne vendant, tamen id iis ipsum per legem licebit. Hinc vos quas spoliationes, quas pactiones, quam denique in omnibus locis* nundinationem *iuris ac fortunarum fore*

putatis? Verr. I. 46. *redite in memoriam iudices, quae libido istius in iure dicundo fuerit, quae varietas decretorum, quae* nundinatio (*welcher Verkehr mit Bestechungen*). Verr. II 15. *recordare illum M. Antoni diem quo dictaturam sustulisti, pone ante oculos laetitiam senatus populique Romani; confer cum* nundinatione *tua tuorumque, tum intelliges, quantum inter laudem et lucrum intersit.* In cod. Vatic. erat confer *cum hac in manum latione*, unde Ant. Augustinus coniiciebat *cum hac immani nundinatione tua;* probante F. Ursino. In codd. nonnullis erat *nummatione.* Lambino placebat *cum hac nundinatione tua,* quibus assensi sunt Graevius Ernestius, Heusingerus

NUNDINUM, novem dierum spatium. Dom. 17. *quarta accusatio trinum* nundinum *prodicta die, qua die iudicium sit futurum.* De hoc loco vide quae disputavit Wolfius editionis suae quatuor orationum pag. 100. Ibid. 16. *hora nona illo ipso die tu es adoptatus. Si quod in ceteris legibus trinum* nundinum *esse oportet, id in adoptione satis est trium esse horarum, nihil reprehendo.*

NUNQUID. 1. *Num.* Leg. II. 2 numquid *vos duas habetis patrias?* 2. *An utrum.* Q. Fr. II. 2. *Me adhuc nemo negavit* nunquid *in Sardiniam vellem.*

NUPER. 1. Ante aliquot dies. Att. XIV. 7. de quo sum nuper tecum locutus. 2. De longiore tempore. Verr. IV. 3. nuper, *quid dico* nuper? *Immo vero modo ac plane paullo ante* Sull. 32. nuper is homo fuit in civitate P. Sulla, ut nemo ei se neque honore, neque gratia, nec fortunis anteferret; ubi *nuper* est *ante triennium.* N. D. II. 50. *qui ea quae* nuper *id est paucis ante seculis* reperta sunt. 3. Nuperrime est ultimo loco, s. postremo. Inv. I. 17. *aut ab adversarii dicto exordiemur, et ab eo maxime quod ille* nuperrime *dixerit.*

NUPTA. Inv. I. 31. *multo maxime requiretis, ut et tu maritus sis, quam optimae, et haec quam optimo viro* nupta *sit.* Tusc. V. 26. apud Indos *mulieres plures singulis solent esse* nuptae. Cael. 20. *si quae* non nupta *mulier domum suam patefecerit omnium cupiditati.* Verr. V 13. (Verres) *noctu stupri causa lectica in urbem introferri solitus est ad mulierem* nuptam *uni, propositam omnibus.* Top. 4. *si mulier, quum fuisset* nupta cum *eo, quicum connubium non esset, nuntium remisit.* Fam. XV. 3. *quicum* nupta *esset.*

stantia philosophorum in disserendo. N. D. I. 43. *Democritus* nutare *videtur in natura deorum.*

NUTRICARI. N. D. II. 34. *Mundus omnia sicut membra et partes suas* nutricatur *et continet.*

NUTRICULA, metaphorice. Phil. XI. 5. *his quasi praeter dotem, quam in civilibus malis acceperant, agrum Campanum est largitus Antonius, ut haberent reliquorum* nutriculas *praediorum;* i. e. ut huius agri Campani fertilitati succurrerent reliquorum praediorum sterilitati, aut certe exiguis proventibus. Vatin. 2. *Gellius* nutricula *seditiosorum omnium.*

NUTRIMENTUM. Sensu metaphorico. Orat. 13. *educata huius* (epidictici generis dicendi) nutrimentis *eloquentia ipsa se postea colorat et roborat.*

NUTRIX. 1. Sensu proprio. Orat. II. 39. *qui omnia minima mansa, ut* nutrices *infantibus pueris in os inserant.* Tusc. III. 1. *ut paene cum lacte* nutricis *errorem suxisse videamur.* Div. I. 36. *Roscius* (Comoedus) *quum esset in cunabulis — noctu lumine apposito, experrecta* nutrix *animadvertit puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu.* Lael. 20. *isto modo* nutrices *et paedagogi iure vetustatis plurimum benivolentiae postulabunt, qui negligendi quidem non sunt, sed alio modo colendi.* 2. Metaphorice. Verr. II. 2. *Sicilia* nutrix *populi Romani.* Orat. 11. *formam — totius generis, quod graece ἐπιδεικτικὸν nominatur — non complectar hoc tempore; non quo negligenda sit, est enim illa quasi* nutrix *eius oratoris, quem informare volumus.*

NUTUS. 1. De gravitate et pondere corporum (*Schwerkraft*). N. D. II. 39 *terra — globosa et undique ipsa in sese* nutibus *suis conglobata.* Tusc. I. 17. *persuadent mathematici — eam naturam esse quatuor omnium gignentium corporum — ut terrena et humida suopte* nutu *et suo pondere — in terram et in mare ferantur.* Orat. 45. *terra ut media sit, eaque sua vi* nutuque *teneatur.* 2. De voluntate vel imperio. Catil. III. 9. nutu *Iovis opt. max. factum.* Ibid. *quis potest esse tam aversus a vero, qui neget — hanc urbem deorum immortalium* nutu *ac potestate administrari.* Rosc. Am. 45. *Iupiter cuius* nutu *et arbitrio caelum terra mariaque reguntur.* Fam. III 10. *totum me ad eius viri voluntatem* nutumque *converterem.* Orat. 8. *omnes* (oratores) *qui probari volunt, voluntatem eorum, qui audiunt, intuentur, ad eamque et ad eorum arbitrium et*

nutum *totos se fingunt et accommodant.* Orat. I. 43. *docemur — auctoritate* nutuque *legum domitas habere libidines, coërcere omnes cupiditates.* Orat. I. 9. Ti. Sempronius (pater) — nutu *atque verbo libertinos in urbanas tribus transtulit.* Fam. XII. 1. interfecto rege (Caesarem significat) *regios omnes* nutus *tuemur.* Rull. II. 36. *omnes pecunias ad* nutum *vestrum penderent.* 2. Levis significatio. Fam. XIII. 1. *nec dubitant, quin ego a te* nutu *hoc consequi possim.* Att. VII. 8. *quid opus est de Dionysio tam valde affirmare? An mihi* nutus *tuus non faceret fidem?*

NUX. Fr. inc. ap. Plin. hist. nat. XVII. 21. In nuce *inclusam Iliada Homeri carmen in membrana scriptum.* Orat. II. 60. (C. Iul. Caesar L. F.) Tito Pinario mentum in dicendo intorquenti (dixit) *tum ut diceret si quid vellet, si* nucem *fregisset.* (*Knacke erst deine Nufs auf, und dann sprich.*). Ibid. *ille Gallus olim testis in Pisonem, quum innumerabilem Magio* (Pisonis in Gallia) *praefecto pecuniam dixisset datam, idque Scaurus tenuitate Magii redargueret, Erras, inquit, Scaure, ego enim Magium non conservasse dico, sed tamquam nudus* nuces *legeret, in ventre abstulisse.*

O.

OB. 1. *Ad.* Univ. 14. ob *os offusus ignis.* Fam. IX. 20. *cuius* ob *os Graii ora advertebant.* De qua forma, vid. Davis. ad Tusc. III. 15. Burm. ad Ovid Met. VIII. 115. et Heins. ad Virgil. Aen. XII 867. *bin* 2. *Ante* P. Rab. Post. *Mors* ob *oculos saepe versata est.* Sext. 21. *illas res tantas — quum gerebam non mihi mors non exsilium* ob *oculos versabantur?*

OBAMBULATIO. Herenn III. 18. *commodius est* (artis mnemonicae causa) *in derelicta, quam in celebri regione locos comparare; propterea quod frequentia et* obambulatio *hominum conturbat et infirmat imaginum notas.*

OBCAECARE. Fam. XV. 1. *Non stultitia* obcaecatus *sed verecundia deterritus recusavi.* 2. *Obscurare.* Orat. II. 80. *Narratio* obscura *totam* obcaecat *orationem.* Her. III. 19.) in memoria artificiali) *nec nimis illustres, nec vehementer obscuros locos haberi oportet, ne aut* obcaecentur *tenebris imagines, aut splendore praefulgeant.*

OBDORMIRE. Tusc. I 38. *Endymion — nescio quando in Latmo* obdormivit — *nondum opinor est experrectus.* Ibid. I. 49. *Quid melius quam in mediis vitae laboribus* obdormiscere?

OBDUCERE. 1. *Inducere.* Fam. IX. 2. *consuetudo diuturna callum iam* obduxit *stomacho meo* (*hat mich gegen den Aerger unempfindlich gemacht*). Tusc. II. 15. *Labor quasi callum quoddam* obducit *dolori.* Ibid. III. 22. Corinthiorum *animis diuturna cogitatio callum vetustatis* obduxerat. Ac. pr. II. 6. Arcesilas — *conatus est clarissimis rebus tenebras* obducere. 2. Obtegere. N. D. II. 16. obducuntur *libro aut cortice trunci, quo sint a frigoribus et caloribus tutiores.* Leg. II. 22. *redditur terrae corpus et ita locatum ac situm quasi operimento matris* obducitur. 3 „Insuper addere. Att. XVI. 6. *Igitur ad Sicam. Ibi tamquam domi meae scilicet. Itaque* obduxi *posterum diem.* Vid. Gronov. ad Senecam de Tranquill. an. c. 3. — 3. *Opponere, adversarium adducere.* Att. I. 1. *Mihi videatur non esse ἀδύνατον Curium* obducere. 4. *Bibere avide.* Tusc. I. 40. *Venenum, ut sitiens,* obduxit. Sic etiam accipit in aliis locis, certe metaphora hinc ducta Victorius V. L. XV. 7. cf. Interpr. ad Petron. I. 42." *Ern.*

OBDUCTIO, *Verhüllung.* Rab. Perd. 5. *carnifex et* obductio capitis *et nomen ipsum crucis absit non modo a corpore civium Romanorum, sed etiam a cogitatione, oculis auribus.* Plerique ex emendatione Mureti malunt *obnuptio.* Sed lectionem omnium codd. defendit Gruterus. Neque video, quare *obductio* improbetur, quum *obducere* sit operire, *obductus*, opertus, ut omnes sciunt. *Ern.*

OBDUCTUS. 1. Ingestus. Leg. II. 25. *mos permansit ius terra humandi, quem quum proximi iniecerant,* obductaque *terra erat, frugibus conserebatur* 2. Obtectus. N. D. II. 46 *pluma alias* (animantes) *alias squama videmus* obductas. 3. Coalitus. Rull. III. 2. *ne refricare* obductam *iam reip cicatricem viderer.* Sext. 9. *Animus eius vultu, flagitia parietibus tegebantur. Sed haec obstructio nec diuturna est, nec* obducta *ita, ut curiosis oculis perspici non possit.*

OBDURARE. 1. Durare, perferre. Att. XII. 3. *quare* obduretur *hoc triduum.* 2, Obdurescere. Fin. III. 21. *quis contra studia naturae tam vehementer* obdura-

vit? Sed recte post Davisium Goerenzius, h. l. rescripsit *obduruit*.

OBDURESCERE Mil. 28. *nescio quomodo iam usu* obduruerat *et percalluerat civitatis incredibilis patientia*. Tusc. III. 28. obduruisse *sese contra fortunam arbitrantur*. Att. XIII. 2. *sed iam ad ista* obduruimus *et humanitatem omnem exuimus*. Att. X. 16. *nisi diuturna desperatione rerum* obduruisset *animus ad dolorem novum*. Phil. II. 42. *his quidem iam inveteratis consuetudine* obduruimus. Verr. V. 13. *quum in eiusmodi patientia turpitudinis aliena non sua satietate* obduruisset; (de Verre, qui adolescentulus aliorum libidinibus obnoxius fuerat; donec amatores eum desererent.) Sic Fin. III. 11. *contra studia naturae* — obduruit.

OBEDIENS. Pis. 34. *Denseletis, quae natio semper* obediens *huic imperio*, — *bellum intulisti*. N. D. II. 30. *Nulli est naturae* obediens *aut subiectus deus*. Off. II. 5. *appetitiones* obedientes *efficere rationi*. Univ. *deus animum* — *ut dominum atque imperantem* obedienti *praefecit corpori*.

OBEDIENTIA. Parad. V. 2. *Servitus est sicut* obedientia *fracti animi et abiecti et arbitrio carentis suo*. Off. I. 29. *Appetitus relinquunt et obiiciunt* obedientiam *nec rationi parent, cui sunt subiecti lege naturae*.

OBEDIRE. Leg. III. 2. *neque solum obtemperent* obediantque *magistratibus, sed etiam ut eos colant diligantque praescribimus*. Caecin. 18. *Imperium domesticum nullum erit, si servulis hoc nostris concesserimus ut ad verba nobis* obediant, *non ad id quod ex verbis intelligi possit, obtemperent*. Brut. 69 *Q. Arrius exemplo debet esse, quantum in hac urbe possent multorum* obedire *tempori, multorumque vel honori vel periculo servire*.

OBFIRMATUS. Att. I. 11. *voluntas obstinatior et in hac iracundia* obfirmatior.

OBIECTARE. Planc. 31. *mihi lacrymulam Cispiani iudicii* obiectas.

OBIECTUS. *Res obiecta* saepe est, quod dicitur φαινόμενον, Germanis, Erscheinung. Acad. pr. II. 15. *si qui tremerent* obiecta re *terribili* (*bey einer schrecklichen Erscheinung*). Ibid. 12. *animal non potest* obiectam rem *perspicuam non approbare*.

OB-

OBIICERE. 1. Exprobrare. Orat. II. 70 obiicere *probra e licui.* Phil. III. 6. *Antonius ignobilitatem* obiicit *C. Caesaris filio.* 2. Opponere. Phil. II. 4. *quid est minus non dico oratoris, sed hominis,* obiicere *adversario quod ille si verbo negarit, longius progredi non possit, qui obiecerit.* Orat. II. 56. *ut quod esset ab eo obiectum lepore magis elevandum, quam contentione frangendum videretur.* 3. *Exponere, aussetzen.* Orat. I. 1. *hoc tempus omne post consulatum* obiecimus *iis fluctibus qui per nos a communi peste depulsi in nosmet ipsos redundarunt.* Mil. 34. *Facinorosorum armis meos cives — pro me* obiici *nolui.* Muren. 40. *invidiam his temporibus habere consulatus ipse nullam potest* Obiicitur *enim concionibus seditiosorum, insidiis coniuratorum, telis Catilinae, ad omne denique periculum atque ad omnem invidiam solus opponitur* 4 *Iniicere.* Caecin. 25. *errorem* obiicere *iniici.* Leg. I 19 *erroris* obiiciendi *causa.* Tusc. II. 4. obiiciebatur *interdum animo metus quidam et dolor.* 5. Inde *obiici* est, i. q occurrere, inprimis de visis quae animo occurrunt. Div. I. 37. obiiciuntur *autem saepe formae, quae reapse nullae sunt, speciem autem offerunt* Ac. pr. II. 15. *visum* obiectum *a deo dormienti.* 6. „Arch. 6 obiecissem *me in tantas dimicationes.* Cluent. 41. *nego rem esse ullam in quemquam* obiectam, *quae Fidiculanio* obiecta *non sit.* 7. Cum praepos *de.* Fam. XI. 3. *de morte Caesaris* obiiceres. 8. Mur. 38. *sperant sibi Silanum* obiici *posse,* i. e. in suam potestatem venturum, ut eum tollere possint, cf. c. 40. Mil. 14 Ductum est ab iis; qui cum feris bestiis pugnare coguntur. 9. Fam. VI. 4 ad *omnes casus* obiectus, *i. e* obnoxius, expositus." *Ern.*

OBIRATIO Att. VI 3. *abiit iratus. Huius nebulonis* obiratione *si Brutus moveri potest, licebit eum solus ames, me aemulum non habebis.*

OBIRE. 1. Lustrare, peragrare. Fin V 29. *Pythagoras — cur tantas regiones barbarorum pedibus* obiit? Fam. VII. 1. obire *villas.* Orat. I 58. *cui nostrum non licet,* (ubi legendum esse videtur *cui nostrum nunc licet*) *fundos nostros* obire, *aut res rusticas vel fructus vel delectationis causa invisere.* Caecil. I. 3. *ego Siciliam totam quinquaginta diebus* obii 2. De tempore quod observatur, *abwarten* Att. XIII. 14. obire *auctionis diem facile poteris* Phil. II. 8 *Antonius diem edicti* obire *neglexit.* Fam. X. 25. *annum petitionis suae*

candum est, ipsius causa, qui obiurgatur, susceptum esse.

OBIURGATOR. Verr. III. 2. *ne* obiurgator *quidem ferendus est is, qui quod in altero vitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur.* N. D. I. 3. *qua quidem in causa et benivolos* obiurgatores *placare, et invidos vituperatores confutare possumus, ut alteros reprehendisse poeniteat, alteri didicisse se gaudeant. Nam qui admonent amice, docendi sunt, qui inimice insectantur repellendi.*

OBIURGATORIUS. Att. XIII. 6. obiurgatoria *epistola.*

OBLANGUESCO. Fam. XVI. 10. *Literulae meae — tui desiderio* oblanguerunt.

OBLATUS. 1. *Illatus.* Dom. 24. *domus ardebat, non fortuito, sed* oblato *incendio.* Fin. V. 22. *nostra in rep. — quae per vim* oblatum *stuprum voluntaria morte lueret inventa est* (Lucretia). Lael. 18. *ne criminibus aut* inferendis *delectetur amicus, aut credat* oblatis. 2. *Extrinsecus allatus, adventicius.* Acad. pr. II. 15. *si qui tremerent et exalbescerent vel ipsi per se, motu mentis aliquo, vel obiecta terribili re extrinsecus nihil ut esset, qui distingueretur tremor ille et pallor, neque ut quidquam interesset inter intestinum et* oblatum. Ac. post. I. 11. *quadam quasi impulsione* oblata *extrinsecus.* Sext. 69. *in omni fortuna, quaecunque erit* oblata. 3 Donatus. Verr. Att I. 1. *quod divinitus datum atque* oblatum *videtur.*

OBLECTAMENTUM. 1 Sen. 15. *id quo aliquis delectatur requies* oblectamentumque *senectutis.* Parad. V. 2. oblectamenta *puerorum.* Verr. IV. 60. oblectamenta *et solatia servitutis.* 2. *Id ex quo oritur voluptas.* Sen. 16. oblectamenta *rerum rusticarum.*

OBLECTARE. Arch. 7. *haec studia adolescentiam agunt, senectutem* oblectant. Att. XII. 3. *ego me in terra cum libellis* oblectabo. Q. Fr II. 12. oblecta *te cum Cicerone quam bellissime.* Off. III. 14. *dictitabat se hortulos aliquos velle emere, quo invitare amicos et ubi se* oblectare *sine interpellatoribus posset.* Fam. II. 16. *in communibus miseriis hac tamen* oblectabar *specula.*

OBLECTATIO. Orat. I. 26. *in iis artibus, in quibus non utilitas quaeritur necessaria, sed animi libera quaedam* oblectatio. Off. II. 2. *sive* oblectatio

quaeritur animi requiesque curarum; quae conferri cum eorum studiis potest, qui semper aliquid anquirunt, quod spectet et valeat ad bene beateque vivendum. Lael. 27. *requies plena* oblectationis. Hortens. fr. *Istorum disputatio videtur attulisse negotiis hominum quandam* oblectationem *otii.*

OBLIDERE, comprimere arcte, elidere; Scaur. fr. *gulam digitis* oblidere. Vid. de hoc verbo Heins. ad Ovid. Met. XIV. 208. *Ern.*

OBLIGARE, propric esse constat *vincire, devincire* ut Tusc. II. 6. de vulnere: *a medico* obligari. Sed metaphorice obligari dicuntur in universum omnes, quibus quacunque causa et quocunque modo necessitas est imposita alicuius rei faciendae, praestandae, ferendae, patiendae; causa et ratio, quae necessitatem imponit, qua tamquam obligamur, et alligamur (vid. *alligare*) dicitur hinc *vinculum.* Vid. *Vinculum.* Hinc 1. obligari *scelere* dicuntur et *legum poenis* obligari Fin. I. 14. qui in necessitatem incidunt poenae ferendae, qui in poenas incidunt, sceleribus aut suis aut alienis. 2. *Obligantur*, qui iureiurando sibi necessitatem alicuius rei faciendae imponunt. Off. I. 11. Verr. II. 72. Balb. 15. 3. Item *promissis, foedere.* Balb. l. c. *populus se* obligavit *foedere.* Phil. V. 18. audeo obligare fidem meam. 4. Item spondendo pro aliquo, cavendo praediis, quae et ipsa *obligari* dicuntur. Rull. III. 2. Fam. V. 20. Caecin. 3 — 5. Porro qui mancipio et nexu sibi imposuerunt necessitatem periculi iudiciorum (evictionis) praestandi. Muren. 1. Top. 10. — 6. Qui beneficiis acceptis necesse habent aliis gratiam referre, occasione data, unde et in aere alterius esse, ei debere dicuntur. Fam. VIII 12. VI. 11. X. 8. XI. 16. Q. Fr. II. 13. *quem fac ut liberalitate tua tibi* obliges. Fam. XIII. 4. obligare *sibi aliquem summo beneficio in perpetuum.* — 7. Res quae deo alicui consecratae sunt. Dom. 40. unde contra, quae profana e sacris fiunt liberari dicuntur. (Vid. *liberare.*) 8. Est etiam pro *impediri.* Act. 1. Verr. 9. *quod eos intelligere videbam me hoc iudicio districtum et* obligatum *futurum*, cf. Att. VII. 1. *Ern.*

OBLIGATIO, ep. ad Brut. 18. *est autem gravior et difficilior animi ac sententiae, quam pecuniae* obligatio.

OBLIGATUS. 1. Sensu proprio. Her. 1. obvolutus et obligatus corio. 2. Devinctus, de beneficiis. Fam. VI. 11. *Dolabellam antea tantummodo diligebam*, obligatus *ei nihil eram, nunc tanto sum devinctus eius beneficio, — ut nemini plus debeam.* Fam. XIII. 18. *te ita existimare nolo quibuscumque rebus Atticum obstrinxeris, iisdem me tibi* obligatum *fore.* 2. De praediis oppigneratis. Rull. III. 2. *soluta meliore in causa sunt, quam* obligata.

OBLIMARE. N. D. II. 52. *Nilus recedens mollitos et* oblimatos *agros ad serendum relinquit.*

OBLINERE, inquinare. Brut. 13. *eloquentia ita tota Asia peregrinata est, ut se externis* oblineret *moribus.*

OBLITUS, penult. brevi. 1. Catil. II. 5. *unguentis* obliti. Att. II 21. *Si Protogenes Ialysum illum suum caeno* oblitum *videret.* Verr. V 68. *Iudices non cera sed coeno obliti.* 2. Metaphorice, vitiis inquinatus. Phil. XI. 12. *nondum tanto parricidio* oblitum *hostem iudicant.* Phil. XIV. 3. *libido flagitiosa, qua* oblita *est Antoniorum vita.* Verr. III 4. *omnia quum summo dedecore et turpitudine, tum singulari stultitia atque inhumanitate* oblita. Fam. IX. 13. *Ego autem mirifice capior facetiis maxime nostratibus*, (quas modo *Romanos veteres atque urbanos sales* appellaverat), *quum eas videam primum* oblitas, (i. e. inquinatas) *Latio, tum quum in urbem nostram est infusa peregrinitas, nunc vero etiam braccatis et Transalpinis nationibus, ut nusquam veteris leporis vestigium appareat.* Aliud igitur agebat Ernestius, quum h. l. *oblitas* sensu bono positum esse putabat. 3. De nimio ornatu. Her. IV. 11. *omne genus orationis — dignitate afficiunt exornationes — quae si rarae disponentur, distinctam sicuti coloribus, si crebrae collocabuntur* oblitam (*mit Schmuck überladen*) *reddunt orationem.*

OBLITUS, penult. longa. Att. VI. 1. *Literarum datarum prid. Kal. Ian. suavem habuit recordationem clarissimi iurisiurandi, quod ego non eram* oblitus; sed illius iurisiurandi quo consulatu abiens, quum orationem habere intercedente tribuno pl. non liceret, sed tantum ut iuraret ei permitteretur, remp. sua unius opera esse salvam iuravit. Brut. 60. *Curio — subito totam causam* oblitus *est.* Fam. I. 7. *non nos quidem ut nostrae dignitatis* simus obliti.

OBLIVIO. Fam. I. 9. *ego eius omnes gravissimas iniurias communis concordiae causa voluntaria quadam* oblivione *contriveram*. Somn. 7. *Sermo omnis et angustiis cingitur iis regionum quas vides; nec umquam de ullo perennis fuit, et obruitur hominum interitu, et* oblivione *posteritatis exstinguitur*. Phil. XIV. 12. *Vestra virtus nec* oblivione *eorum qui nunc sunt, nec reticentia posterorum* insepulta *esse poterit* (h. e. monumento honoris carere non — poterit) *quum vobis immortale monumentum suis paene manibus senatus populusque Rom. exstruxerit*. Orat. II. 2. *laudem iam prope senescentem ab* oblivione *hominum atque silentio vindicare*

OBLIVIOSUS Sen. 11. *credulus et* obliviosus *senex*

OBLIVISCI. 1. Sensu proprio. Mil. 23. *miseros interdum cives optime de rep. meritos, in quibus homines non modo res praeclarissimas* obliviscuntur, *sed etiam nefarias suspicantur*. Planc. 42. *memini, neque umquam* obliviscar *noctis illius*. Balb. 60. de Curione: *Magna haec immemoris ingenii signa, sed nihil turpius quam quod etiam in scriptis* oblivisceretur; *quid paullo ante posuisset*. 2. Dicitur interdum, pro aliquid non attendere, non cogitare. Rosc. Com. 17. obliviscor *Roscium et Cluvium esse viros primarios, improbos temporis causa esse fingo*. Fam. I. 9. *num potui magis* oblivisci *temporum meorum et meminisse actionum*.

OBLOQUI Q. Fr. II. 9. *Tu vero ut me et appelles et interpelles, et* obloquare *et colloquare velim*. Cluent. 23. *vocat me alio iamdudum exspectatio vestra, quae mihi* obloqui *videtur*.

OBMUTESCERE. 1. Sensu proprio. Flacc. 20. *repente — homo audacissimus pertimuit, loquacissimus* obmutuit. 2. De studiis, quae negliguntur aut interrumpuntur. Brut 94. *maxime perspecta est utriusque nostrum exercitatio, antequam perterritum armis hoc studium nostrum conticuit subito et* obmutuit. Ibid. 6. *eloquentia* obmutuit. Sen 7. *num Homerum — num philosophorum principes — coëgit in suis studiis* obmutescere *senectus?* 3 *Eloquentiam dediscere*. Fin. IV. 3. *scripsit artem rhetoricam Cleanthes, Chrysippus etiam, sed sic, ut si quis* obmutescere *cupiat, nihil aliud legere debeat* 4 De oblivione posteritatis. Milon. 35. *de me — semper omnes gentes loquentur, nulla umquam*

obmutescet *vetustas.* 5. Desinere. Tusc. II. 21. *videsne ut* obmutuerit *non sedatus corporis, sed castigatus animi dolor.*

OBNOXIUS, eleganter et proprie de eo, cui facile quacunque de causa noceri potest, ut infirmus vel sceleris conscius, et hinc timidus anxius, suspiciosus etc. Sic est in Bruti epistola quae est inter ep. ad Brut. 17. *Vivat supplex et* obnoxius. Hanc vim verbi illustrat Gronovius ad Senec. de Ira III. 8. unde Cortius ad Sallustium et alii hausere *Ern.*

OBNUBERE. Rab. Perd. 4 *caput* obnubito.

OBNUBILUS. Tusc. I. 21. *pallida leti* obnubila *obsita tenebris loca.* Fortasse verius, ut est in Ms. Norric. tes e Davisio, *pallida Lethes obnubila.*

OBNUNTIARE, auspicium malum, diras, comitia habenti nuntiare, ut comitia dirimantur, in quo utebantur hac formula: *Alio die.* Sen. p. R. 5. *legem tribunus pl. tulit, ne auspiciis obtemperaretur, ne* obnuntiare *comitiis aut concilio liceret,* cf. Att. IV. 3. Phil. II. 33. *consul consuli obnuntiasti,* ubi etiam illa formula: *alio die* occurrit. Sed non solum comitiis obnuntiatur, sed etiam singulis hominibus. Div. I. 15. *Ateius Crasso obnuntiavit,* nempe in provinciam ituro. Vid. *Dirae. Ern.*

OBNUNTIATIO. Div. I. 16. *M. Crasso quid acciderit videmus dirarum* obnuntiatione *neglecta.* Q. Fr. III. 3. *comitiorum quotidie singuli dies tolluntur* obnuntiationibus.

OBORIRI. Ligar. 3. Vide *quanta lux liberalitatis et sapientiae tuae mihi apud te dicenti* oboriatur.

OBREPERE. 1. Inexpectatum adire. Fam. XVI. 21. Cratippus saepe inscientibus nobis et cenantibus obrepit. 2. De tempore citius quam putabatur accedente. Sen. 2. Obrepere *aiunt senectutem citius quam putassent.* Ibid. *qui citius adolescentiae senectus, quam pueritiae adolescentia* obrepit. Att. VI. 5. *mihi decessionis dies* λεληθότως obrepebat. 3. Planc. 7. obrepsisti *ad honores (hast dir erschlichen) errore hominum.* 4. Clam intrare. Div. II. 67. *nullae* obrepunt *imagines in animos dormientium extrinsecus.*

OBREPTARE, *obrepere.* Att. VI. 5. *dies* obreptat *mihi.* Sic et Plautus dixit. *Ern.*

OBRIGERE s. OBRIGESCERE N. D. I. 10. *terrae maximas regiones — incultas videmus, quod pars*

earum — obriguerit *nive pruinaque.* Verr. IV. 40. *Sopater de statua C. Marcelli, quum iam paene* obriguisset *vix vivus aufertur.*

OBROGARE, legem ferre, quae adversatur alteri legi, ut ea perlata, altera vel tota vel ex parte tollatur, saltem ut eius vis debilitetur, etsi ipsa salva sit. Phil. I. 9. *quid quod* obrogatur *legibus Caesaris*, cf. Att. III. 23. Vid. inprimis de hoc verbo Duker. ad Florum III. 15. 5. *Ern.*

OBRUERE. 1. Sensu proprio. N. D. II. 52. *Crocodilos quum in terra partum ediderint* obruere *ova.* Ibid 49 *Ranae marinae* obruere *sese arena solent.* Sen. 7. *nec quemquam senum audivi oblitum, quo loco thesaurum* obruisset. 2. Metaphorice, de iis quae oblivioni traduntur. Brut. 15. *Hunc vetustas oblivione* obruisset. Arch. 10 *nisi Ilias illa exstitisset, idem tumulus, qui corpus eius* (Achillis) *contexerat nomen etiam* obruisset. 3. Opprimere, de negotiis. Q. Fr. I. 43. *te oro, ne te* obrui, *tamquam fluctu, sic magnitudine negotii sinas.* Orat. I. 21. obruimur *ambitione et foro*, h. e. negotiis ex petitione honorum et forensibus laboribus. 4. *Occultare, evanidum reddere, obscurare.* Orat. I. 23. *quicquid est in quo offenditur, id etiam illa, quae laudanda sunt* obruit. Tusc. III. 33. *ita parvum malum ut id* obruatur *sapientia, vixque appareat.* Tusc. V. 19. Marius Catuli interitu *sex suos* obruit *magistratus*, i. e. obscuravit gloriam e sex consulatibus. Muren. 40. *recentem gratulationem lamentatione* obruere. 5. Verr. II. 62. obruitur *testimoniis aratorum*, i. e. prorsus convincitur, ut resistere non possit. 6. Obruere *est* irritum reddere; Har. Resp. 20. *dii* obruant *omen.* 7. *Obrutum* in philosophia est *reconditum.* Fin. IV. 4. *qui sciet ubi quidque positum sit, quaque eo veniat, is etiamsi quid* obrutum *erit, poterit eruere, semperque esse in disputando suus.* At Caecin. 31. obrutis *rebus omnibus et perditis*, idem est ac omnibus argumentis adversarii confutatis.

OBRUSSA, est auri experimentum quod igne sumitur, ex Graeco ὄβρυζα unde post et aurum *obryzum* dictum. Brut. 74. *adhibenda tanquam* obrussa, *ratio est quae mutari non potest, nec utendum pravissimae consuetudinis regula.* De obrussa et auro ad obrussam vid. Interpr. ad Sueton. Neron. 44. Salmas. ad So-

lin. p. 760. Gothofred. ad cod. Theodos. l. I. de oblat Vot. et quos ibi laudat, Ill. Ritterus. *Ern.*

OBSCENE, de rebus Venereis. Off. I. 35. *Adulterare turpe est, sed dicitur non* obscene. N. D. III. 22. Mercurius cuius obscenius excitata natura dicitur, quod aspectu Proserpinae commotus sit. Significatur membri virilis erectio.

OBSCENITAS. Orat. II. 59. *orator praestet ingenuitatem et ruborem suum, verborum turpitudine et rerum* obscenitate *vitanda.* Off. I. 29. *facilis est distinctio ingenui et illiberalis ioci. Alter est, si tempore fit ac remisso animo, libero dignus; alter ne homine quidem, si rerum turpitudini adhibetur verborum* obscenitas.

OBSCENUS. 1. De voluptatibus Venereis. N. D. I. 40. *Epicurus testatur se ne intelligere quidem ullum bonum, quod sit seiunctum a delicatis et* obscenis *voluptatibus.* 2. De verbis et iocis parum verecundis, ad partes corporis pudendas, et ad res Venereas pertinentibus. Off. I. 35. *quarum partium corporis usus sunt necessarii,* (quasque verecundia scil. occultari iubet) *eas neqae partes neque usus suis nominibus appellant; quodque facere turpe non est, modo occulto, id dicere* obscenum *est Itaque nec aperta actio rerum illarum petulantia vacat, nec orationis* obscenitas. Tusc. V. 38. *Illud Antipatri Cyrenaici est quidem paullo* obscenius, *sed non absurda sententia est, cuius caecitatem quum mulierculae lamentarentur: Quid agitis? inquit, an vobis nulla videtur voluptas esse nocturna?* Orat. 59. *si ita diceretur* (cum nobis) obscenius *concurrerent literae* quia CUM NO paene sonat ut *cunno.* Q. Fr. II. 3. *versus* obscenissimi *in Clodium.* De obscenitate verborum festiva est epistola ad Paetum. Fam. IX. 22.

OBSCURARE. 1. Sensu proprio. N. D. II. 38. *nos tenebras cogitemus tantas, quantae quondam Aetnaeorum ignium finitimas regiones* obscuravisse *dicuntur.* 2. Facere ut aliquid vel omnino non, vel certe minus appareat. Fin. III. 14. obscuratur *et offunditur luce solis lumen lucernae.* Ibid. IV. 12. *si dicit* (Epicurus) obscurari *quaedam nec apparere quia valde parva sint, nos quoque concedimus. Quod dicit Epicurus de voluptate, quae minimae sint voluptates; eas* obscurari *saepe et obrui* Ibid. *Numus in Croesi divitiis* obscuratur, *est tamen pars divitiarum.* Orat. III. 57. *quia animi*

ritas *non verborum facit, ut non intelligatur, qualis est in Timaeo Platonis.* Orat. III. 13. *ita confusa est oratio — tantaque insolentia ac turba verborum, ut oratio quae lumen adhibere rebus debet, ea* obscuritatem *et tenebras afferat.*

OBSCURUS. 1. De rebus quae difficiles habent explicatus. Div. II. 56. *Chrysippus oraculis totum volumen implevit, partim* falsis *— partim flexiloquis et* obscuris *ut interpres egeat interprete.* N. D. III. 39. *haec fere dicere habui de natura deorum, non ut eam tollerem, sed ut intelligeretis, quam esset* obscura, *et quam difficiles explicatus haberet.* 2. De rebus nondum satis explicatis. Orat. I. 39. *ius applicationis* obscurum *sane et ignotum patefactum in iudicio atque illustratum est a patrono.* 3. De rebus ignotis. Muren 7. *Tua nobilitas hominibus literatis et historicis est notior, populo vero et suffragatoribus* obscurior. 4. De scientia subtiliore et recondita. Orat. I. 14. *Saepe in causis — est aliquid quod non ex usu forensi — sed ex* obscuriore *aliqua scientia sit promendum.* 5. Verr. Act. I. 2. obscurus *in agendo,* est tectus, s. ea quae agit callide recondens. Opponitur is, qui stulte *perspicua sua consilia conatusque omnibus facit.* 6. De vultu tristitiam indicante. Muren. 24. *quibus rebus certe ipsi candidatorum vultus* obscuriores *videri solent.*

OBSECRATIO. 1. Font. 17. *tendit ad vos virgo Vestalis* (Fonteia) *manus supplices — Cavete ac periculosum superbumque sit eius vos* obsecrationem (pro fratre Fonteio) *repudiare, cuius preces si dii aspernarentur haec salva esse non possent.* 2. Est inter figuras sententiarum in arte Rhetorica. Orat. III. 53. Inv. I. 6. *si prece et* obsecratione *humili ac supplici utemur.* 3. *Obsecratio* etiam est " supplicatio deorum in malis s. periculis publicis. Harusp. 28. *constituendae nobis sunt procurationes et* obsecrationes. Add. Liv. XXXI 9. Sueton. Claud. 22. Vid. Guther Iur. Pont. f. IV. 14. *Ern.*

OBSECRARE. Orat. II. 20. *non solum hortabor ut elaboret, — sed etiam* obsecrabo. Att. XI. 1. *ut facias te* obtestor *atque obsecro.* 2. *Obsecro* vel *obsecro te,* saepe est eius, qui alterum excitat, ut sibi de re quadam admirabili, (befremdlich) aut valde molesta respondeat. Fin. II. 7. obsecro, *Torquate, haec dicit Epicurus?* Att. II. 9. obsecro, *mi Pomponi, non vides?* Att. VIII. 9. obsecro te, *quid hoc miserius?*

OBSECUNDARE. Manil. 16. *non sum praedicaturus — ut eius* (Pompeii) *semper voluntatibus non modo cives assenserint — sed etiam venti tempestatesque* obsecundarint.

OBSEPIRE, intercludere, obstruere. Muren. 23. haec omnia tibi accusandi viam muniebant, adipiscendi obsepiebant.

OBSEQUIUM. „Indulgentia, studium, alicui gratificando, et in omnibus se ad eius sensum, studia accommodando placendi. Att VI. 6. obsequio *et comitate adolescentis valde audio mulieres delectari.* Cael. 6. *tueri* obsequio *amicitiam.* Lael. 24. obsequium — *quod peccatis indulgens praecipitem amicum ferri sinit.* Et sic semper est apud Ciceronem et bonos auctores non pro obedientia. *Ern.* Recte ille quidem, et respondet obsequium Germanorum verbis: Nachgiebigkeit, Gefälligkeit. Att. X. 4. *nunc meum* obsequium *in illum* (patrui scil. in fratris filium) *cum multa severitate.*

OBSEQUI. 1. Morem gerere. Quint. 30. *ut vestrae naturae bonitatique* obsequamini. Orat. 47. *consuetudini auribus indulgenti libenter* obsequor. 2. Operam dare. Orat. I. 2. *in his asperitatibus rerum* obsequare *studiis nostris.* 3. Accommodare se ad aliquid. Fam. I. 9. *in navigando tempestati* obsequi *artis est.*

OBSERERE Leg. II. 25. *terram frugibus.*

OBSERVANTIA. 1. Inv. II. 22. observantia *est per quam aetate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes veremur et colimus.* 2. Inprimis dicitur de iis qui candidatos in petitionibus honorem officii causa assectantur Muren. 34. *homines tenues unum habent in nostrum ordinem aut promerendi aut referendi beneficii locum, hanc in nostris petitionibus operam atque assectationem.* — Nulla est enim *poena, quae possit observantiam tenuiorum ab hoc vetere instituto officiorum excludere*, cf. Planc. 18.

OBSERVANS. 1. Curiose attendens. Brut. 82. *Is nimium inquirens in se atque ipse sese* observans. 2. Colens. Fam. XIII. 5. Observantissimus *nostri.*

OBSERVARE. 1. Animadvertere. Orat. I. 23. *quae* observata *sunt in usu ac tractatione dicendi.* Div. I. 7. observata *sunt haec tempore immenso, et in significatione eventus animadversa et notata.* 2. Curiose spectare, aucupari, captare, etiam in deteriorem par-

tem, et insidiarum causa. Fam. XI. 16. *ut tempus* observaret *epistolae reddendae*, cf. Rosc. Am. 8. Verr. III. 1. *vitavi* observari *pluribus oculis*. Vid. *Observatio*. 2. Custodire. Tusc. II. 8. *draco* observans *arborem*. Vid. Davisius ad h. l. 3. *Observare* dicitur de officiis salutandi, deducendi (Gloss. παρατηρεῖ *observat, sectatur*) etc. et hinc in genere pro *colere*. Muren. 34. *Neque postulandum est — ab equitibus Romanis ut suos necessarios sectentur totos dies, a quibus si domus nostra celebratur, si interdum ad forum deducimur, si uno basilicae spatio honestamur, diligenter* observari *videmur et coli.* Att. XIII. 49. *si* observare *est servire.* Inprimis eleganter dicitur de iis, qui candidatos sectantur, petitionem eorum sua suffragatione iuvant. Phil. II. 20. observatus *a me in petitione quaesturae.* Hinc recte explicat Manutius illud Fam. VII. 27. *ego te in consulatu* observaram. 4. Fam. XIII. 27. observaro *commendationes alicuius*, h. e. complecti eum, qui commendatus est. *Ern.*

OBSERVATIO. 1. *Beobachtung*. Orat. 53. *Versus inventus est terminatione aurium*, observatione *prudentium*. Div. I. 1. *Chaldaei diuturna* observatione *siderum scientiam putantur effecisse, ut praedici posset, quid cuique eventurum, et quo quisque fato natus esset.* Ibid. II. 71. observatio *diuturna notandis rebus fecit artem.* Orat. I. 20. *eloquentiam esse* observationem *non artem.* Off. II. 24. *Valitudo conservatur notitia sui corporis* et observatione *rerum, quae res aut prodesse soleant aut obesse.* 2. Observatio inprimis tribuitur iis, qui accusationem comparant; Muren 24. observationes, testificationes, seductiones testium." Nempe Sulpicius diligenter observabat Murenam, quem erat de ambitu accusaturus, si qua forte ab eo largitio fieret.

OBSERVITARE. Div. I. 45.

OBSES. 1. Sensu proprio. Manil 12. *Pompeius* (praedonibus) *Cretensibus — spem deditionis non ademit* obsidesque *imperavit.* 2. Metaphorice; pro pignore, s. certo signo voluntatis (*Gewahrschaft*). Cluent. 30. *Stalenus hanc damnationem* obsidem *dederat Bulbo.* Fam. XV. 4. 2. *a nobis multos* obsides *habet populus Romanus.*" Cael. 32. *Habet a M. Caelio resp., iudices, duas accusatione vel* obsides *periculi, vel pignora voluntatis*, id est: Caelius accusationibus istis quasi pignus et auctoramentum fidei dedit, de periculo capitis haud

quaquam deprecando, si ea ipse commiserit, de quibus alios accusavit. Ita recte interpretatur est Abramius, apte comparato loco Quintiliani Inst. or. XII. 7. *crediti que sunt etiam clari iuvenes* obsidem *reip. dare malorum civium accusationem, quia nec odisse improbos, nec simultates provocare, nisi ex fiducia bonae mentis videbantur.*

OBSESSIO. Balb. 3. *hunc concedis — nullius laboris, nullius* obsessionis, *nullius praedii expertem fuisse.* Dom. II. 1. obsessio *templorum, occupatio fori.*

OBSESSOR. Dom. 5. *fori depopulator,* obsessor *curiae.*

OBSESSUS. 1 Rosc. Am. 11. obsessa *domus,* i. e. ab aliis occupata, ut ingredi dominus non posset. Font. 10. *ab iisdem gentibus* (Gallis) obsessum *Capitolium est.* Catil. IV. 9. obsessa *facibus et telis impiae coniurationis — patria.* 2. Vatin. 7. obsessus *tribunatus* (Fannii) *atque afflictus* dicitur, in quo saepe a Vatinio erat impeditus et vexatus. 3. Metaphorice, de iudice iam occupato ab oratore, ut in eius causam propendeat. Orat. 62. *quum is qui audit ab oratore iam* obsessus *est ac tenetur.*

OBSIDERE. 1. Sensu proprio. Harusp. 3. obsidere, *oppugnare urbem.* Att. IX. 19. *nos quoniam superum mare* obsidetur, *infero navigabimus.* Rull. II. 28. *ut totam Italiam suis praesidiis* obsidere *atque occupare cogitet, — cognoscite.* Verr. V. 56. *illi, quos a poetis accepimus sinus quosdam* obsedisse *maritimos aut aliqua promontoria aut praerupta saxa tenuisse dicuntur.* 2. Occupare. N. D. I. 23. *corporibus omnis* obsidetur locus. 3. Obtinere. Phil. I. 2. *dictatura quae vim iam regiae potestatis* obsederat. 4. Speculari curiose. Flacc. 24. *speculatur atque* obsidet *rostra curia,* h. e. senatus invigilat oratoribus in concione populum concitantibus. Catil. I. 10. obsidere *stuprum.* Verr. Act. I. 2. *qui meum tempus* obsideret, id est, ut recte Manut. explicat, qui obsideret, atque impediret, ne ego ante ad agendam causam possem accedere, quam illi centum et octo dies ab ipso in Achaiam postulati omnes praeteriissent.

OBSIDIO. 1. Sensu proprio. Muren. 9. *urbes partim vi, partim* obsidione *cepit.* 2. „Metaphorice, periculum quod ab altero nobis struitur et rebus nostris. Fam. V. 6. *qui feneratores ex* obsidione *exemerit,*

h. e. liberaverit a periculo pecuniae perdendae, quod a Catilinariis, et qui tabulas novas fieri volebant struebatur. (cf. Rabir. Perd. c. 10.) Ductum videtur e Plauti Asinar. II. 2, 14 " *Ern.*

OBSIGNARE. 1. Untersiegeln, Orat. I. 38. obsignare *tabellas clientis.* Quint. 21. *eius rei conditionisque tabellas* obsignaverunt *viri boni complures.* Att. XVI. 16. *decretum quod* obsignatum *est a viris amplissimis.* Att. II. 12. *testimonium* obsignatum, de quo Salmas. de mod. usur. c. 11. Flacc. 16. *haec quae est a nobis prolata laudatio*, obsignata *erat creta illa Asiatica, — qua utuntur omnes non modo in publicis, sed etiam in privatis literis.* Verr. I. 45. tabulae *testamenti obsignatae non minus multis signis, quam e lege oporteat.* 2. Versiegeln. Att. V. 19. obsignaram *iam epistolam.* Fam. XVI. 26. obsignare *lagenas inanes.* Div. II. 70. *Parere quaedam matrona cupiens dubitans essetne praegnans visa est in quiete* obsignatam *habere* naturam (*daſs ihr Geschlechtstheil versiegelt wäre*). Retulit (ad interpretem somniorum) *negavit, quoniam* obsignata *fuisset, concipere potuisse. At alter, praegnantem esse dixit; nam inane* obsignari *nihil solere.* Ernestius *obsignatam naturam* interpretatur muliebria ita obstructa, ut concipere femina et parere non possit; id quod Plinius H. N. VII. 2. *genitale concretum* appellet; Graecos autem tales feminas ἀτρήτους appellare. Sed haec omnia ab hoc loco aliena sunt.

OBSIGNATOR, qui subsignat. Flacc. 36. obsignator. Att. XII. 10. obsignatores *testamentorum.* Ibid. XVI. 20. *nobis testibus et* obsignatoribus. Cluent. 66. *tu periculum capitis — tu fortunas alterius literis conscriptas in iudicium afferes, neque earum auctoritatem literarum neque* obsignatorem, *neque testem ullum nominabis?*

OBSISTERE. 1. Fin. IV. 7. *magnitudo animi, qua facile posset repugnari* obsistique *fortunae.* Tusc. II. 12. obsistere dolori. Off. II. iniuriae. Cluent. 7. *crimini obsistere* est accusationem propulsare. 2. In philosophia Academicorum *obsistere visis* est assensum retinere, non statim assentiri. Fin. III. 9. Sic Ac. pr. II. 34. *Maximam actionem puto repugnare visis*, obsistere *opinionibus, assensus lubricos sustinere.*

OBSITUS. 1. Consitus. Verr. III. 18. obsitus

campus. 2. Metaphorice. Tusc. I. 21. obsita *tenebris locu*, ex poeta.

OBSOLERE. Phil. II. 41. *in homine turpissimo* obsolebant *dignitatis insignia.*

OBSOLESCERE. veralten. Inv. I. 26. *quae propter vetustatem* obsoleverunt, *ut incredibilia videantur et iam in fabularum numero reponantur.* Cael. 17. *haec genera virtutum non solum in moribus nostris, sed vix iam in libris reperiuntur. Chartae quoque quae illum pristinam severitatem continebant,* obsoleverunt. Quint. 18. *Antiquam officii rationem dilexit, cuius splendor omnis his moribus* (scil. seculi nostri) obsolevit. Rull. I. 7. *Vectigal, quod in pace* niteat; *in bello non* obsolescat; i. e. ne in bello quidem prorsus deficiat.

BSOLETUS. 1. Veraltet. Verr. I. 21. *vereor ne haec forte cuiquam nimis antiqua et iam* obsoleta *videantur.* Orat. III. 37. *in propriis est verbis illa laus oratoris, ut abiecta atque* obsoleta *verba fugiat, lectis atque illustribus utatur.* Font. 15. *studia militaria apud iuventutem* obsoleta. 2. Vulgaris. Verr. V. 44. obsoleta *crimina;* quibus opponuntur *nova et inaudita.* Orat. III. 9. obsoletior oratio (*eine gemeine Sprache*) quae nullum delectum verborum nec ornatum habet. 3. De eo qui in luctu et sordibus est. Pison. 36. *iacuisti maerens aliquot dies, atque inde* obsoletus *Thessalonicam venisti.*

OBSONIUM. Fam. IX 19.

OBSONARE. Tusc. V. 34. Socratem ferunt, quum usque ad vesperum contentius ambularet, quaesitumque esset ex eo, quare id faceret, respondisse, se quo melius cenaret, obsonare ambulando famem; h. e. famem quasi obsonii loco adhibere.

OBSTARE. Rosc. Am. 38. *commodis officere et* obstare. Mil. 35. Milo (intelligit *nunc denique sibi facinoris suspicionem non facti crimen* obstare. Ac. pr. II. 7. *ita est maxima in sensibus veritas, si et sani sunt, et valentes, et omnia removentur, quae* obstant *et impediunt* Orat. 15. *afferet, quod oppositum probabilius sit, quam illud, quod* obstabit.

OBSTINATIO. Prov. Cons. 17. *me* (Caesar) *ut quinqueviratum acciperem, rogavit — mihi legationem, quam vellem, quanto cum honore vellem* detulit. *Quae ego omnia non ingrato animo, sed* obstinatione *quadam sententiae repudiavi* (*aus Festigkeit in meinen Grund-*

Grundsätzen). Sequitur statim, se in eo *constanter quidem et fortiter egisse.*

OBSTINATUS. Att. I. 9. *voluntas* obstinatior.

OBSTIPUS, „de cervice rigida, quam Suetonius appellat, capite in tergum nimis reclinato. N. D. II. 42. cf. Fragm. Arat. init. et ibi Gruter. p. 464. ed. Gronov. qui ostendit hoc verbum duobus modis dici, et quidem contrariis. Sic ap. Sueton. Tib. *cervix obstipa et rigida;* ubi male Casaubonus interpretatur, de capite ad terram defixo. Sequitur enim: *haec omnia ingrata et arrogantiae plena;* quod non potest intelligi, nisi de cervice nimis reclinata. At contra *cervix rigida* ap. Liv. XXXV. 11. est de equis Numidarum; qui capita nimis protendunt ac demittunt." *Ern.*

OBSTITUS. „Fulmine tactus. Leg. II. 9. *fulgura atque* obstita *expianto.* Vid. Festus in hac v. et ibi interpretes. Savaro ad Sidon. Carm. IX. 189. quem laudat Davisius, nihil de hac voce habet, sed tantum de locis fulmine tactis agit." *Ern*

OBSTREPERE. Fam V. 4. *quae res fecit ut tibi literis* obstrepere *non auderem.* Orat. III. 13. de Fusio et Pomponio oratoribus: ita confusa est *oratio, ita perturbata, — ut quodammodo ipsi sibi in dicendo* obstrepere *videantur.* Marcell. 3. *bellicae tuae laudes celebrabuntur illae quidem — sed tamen eiusmodi res nescio quomodo etiam quum leguntur* obstrepi *clamore militum videntur et tubarum sono;* quo in loco et insolentia dictionis et sententiae absurditas Ciceronis nomine, quod illi orationi affingitur, prorsus indigna est.

OBSTRICTUS. Planc. 1. *memoria beneficii sempiterna.* Ibid. 30. *maximis beneficii vinculis.* Cael. 32. *quem si vobis, si suis, si reip. conservatis addictum, deditum,* obstrictum *vobis ac liberis vestris habebitis.* Att. XII. 40. *ego me magna voti religione* obstrictum *putabo.* Cael 19. obstrictus *voluptatibus.* Verr. IV. 32. *quid huic sacri umquam fore, aut quid fuisse religiosi putatis, qui nunc tanto scelere se* obstrictum *esse non sentiat.*

OBSTRINGERE. Fam. XIII. 18. *te ita existimare volo, quibuscunque rebus Atticum* obstrinxeris, *iisdem me tibi obligatum fore.* Verr. V. 14. *quos adhuc mihi magistratus P. R. mandavit, sic eos accepi, ut me omnium officiorum* obstringi *religione arbitrarer.* Orat. II. 66. *religione civitatem* obstringere, est sacris violan-

dis committere ut civitas calamitatem accipiat. Verr. IV. 51. *religione* obstricta *tota provincia est, tanta superstitio ex istius facto mentes omnium Siculorum occupavit, ut, quaecunque accidant publice vel privatim incommoda, propter eam causam scelere istius evenire videantur.* Phil. XI. 12. *nefario patriae se parricidio* obstringere. Verr. I. 3. *neque iste mihi videtur — hoc avaritiae supplicio communi, qui se tot sceleribus* obstrinxerit, *contentus esse.* Fam XI. 10 *tantum abest, ut meae rei familiaris liberum sit quidquam, ut omnes iam meos amicos aere alieno* obstrinxerim; *h. e.* ut ad belli sumptus tolerandos etiam ab amicis pecunias acceperim, quas illi mutuas sumpserunt.

OBSTRUCTIO, proprie de pariete, vel ianua, quo aliquid ita tegitur, ut cerni non possit; transfertur ad simulationem. Sext. 9 *Sed haec* obstructio *nec diuturna est, nec obducta ita ut curiosis oculis perspici non possit.*

OBSTRUCTUS. 1. Ita structus ut exitum non habeat. Fat. 5. *Zopyrus stupidum esse Socratem dixit et bardum, quod iugula concava non haberet;* obstructas *eas partes et obturatas esse dicebat.* 2. Metaphorice Brut. 4. *nec ex novis fructibus est, unde tibi reddam quod accepi — nec ex conditis, qui iacent in tenebris, et ad quos omnis nobis aditus, qui paene solis patuit* obstructus *est.*

OBSTRUERE. 1. *Verbauen.* Dom. 44. obstruere luminibus alicuius (*einem das Licht verbauen*). Inde per metaphoram. Brut. 17. *Catonis luminibus* obstruxit *haec posteriorum altius exaggerata oratio;* h. e. eius laudibus offecit, ut eius orationes vix iam legantur. 2. *Versperren.* Sull. 28. obstruite *perfugia improborum* Sen. 20. *duo Scipiones, qui iter Poenis vel corporibus suis* obstruere *voluerunt.*

OBSTUPEFACTUS. 1. *Erstaunt.* Catil. II. 4. *Catilina* obstupefactus *ac perterritus mea diligentia.* Deiot. 12. quum Blesamius ad Deiotarum scripsisse diceretur, Caesari plaudi non solere: *De plausu autem quid respondeam? qui nec desideratus umquam a te est, et nonnumquam* obstupefactis *hominibus ipsa admiratione compressus est.* 2. *Abgestumpft.* Div. I. 29. *Socrates apud Platonem dicit, quum dormientibus ea pars animi, quae mentis et rationis sit particeps, sopita langueat, illa autem, in qua feritas quaedam sit atque agrestis*

immanitas, quum sit immoderato obstupefacta *potu atque pastu, exsultare eam in somno immoderateque iactari.*

OBSTUPESCERE. Div. II. 23. *Tages quidam dicitur in agro Tarquiniensi quum terra araretur — exstitisse repente et eum affatus esse, qui arabat. — Eius aspectu quum* obstupuisset *bubulcus, clamoremque maiorem cum admiratione edidisset concursum esse factum* etc. Att. V. 21. *ob haec beneficia, quibus illi* obstupescunt, *nullos honores mihi decerni sino.*

OBSURDESCERE. 1. Sensu proprio. Somn. 5. *Hoc sonitu oppletae aures hominum* obsurduerunt. 2. Metaphorice. Lael. 24. *Quum tot signis — natura declaret, quid velit, anquirat ac desideret,* obsurdescimus *tamen nescio quomodo, nec ea, quae ab ea admonemur, audimus.*

OBTEGERE. 1. Sensu proprio Leg. II. 22. *quemadmodum os resectum terra* obtegatur, *quaeque in porca contracta iura sint.* Recte sic edidit Goerenzius, adiecta hac explicatione: „Videtur auctor eum ritum tangere, quo a cadavere igne cremando digitus rescindebatur, qui reliquo corpore combusto terrae mandaretur, quoque demum ritu sepultura compleretur, cf. Festus v. *membrum.* Hoc ipsum *glebam in os iniicere* dicebatur. Idem etiam in peregre mortuis observabatur, ut digitus rescissus ad familiam deportaretur, et ad eum iusta fierent. Qui vero hunc ritum vel servare non potuisset, vel in eo observando peccasset, ei *porca contracta* erat." Sext. 35. *frater meus — in comitio iacuit, seque servorum et libertorum corporibus* obtexit. 2. *Celare.* Att. I. 15. *fingere, dissimulare et* obtegere. 3. *Obscurare.* Vatin. 5. *ut adolescentiae turpitudo obscuritate et sordibus tuis* obtegatur. Cael. 18. (Vitia) — *quae multis postea virtutibus* obtecta, *adolescentiae, qui vellet, excusatione defenderet.*

OBTEMPERARE. Caecin. 18. *Imperium domesticum nullum erit, si servulis nostris hoc concesserimus, ut ad verba nobis obediant, non ad id, quod ex verbis intelligi possit,* obtemperent. Quint. 2. *cupiditati alterius* obtemperare. Tusc. II. 4. *quotus quisque philosophorum invenitur — — qui disciplinam suam non ostentationem scientiae, sed legem vitae putet? qui* obtemperet *ipsi sibi, et decretis suis pareat.*

OBTEMPERATIO. Leg. I. 15. *Iustitia est* obtemperatio *scriptis legibus institutisque populorum.*

OBTENDERE. Q. Fr. I. 1, 11. *uniuscuiusque natura tegitur et quasi velis quibusdam* obtenditur.

OBTENTARE, sustentare Att. IX. 10. *spes quaedam me* obtentabat *fore ut aliquid conveniret potius.* Hic nonnulli legunt *sustentabat.*

OBTERERE. 1. Opprimere. Fam. V. 9. *prosternere et* obterere *obtrectationes malivolorum.* Caecin. 7. *calumniam stultitiamque* obtrivit *ac contudit.* Verr. V. 1. *neve* obteri *laudem imperatoriam criminibus avaritiae velitis.* 2. Contemnere, repudiare. Div. I. 16. *artem* obterere *extispicum.* Cael. 19. obterere *voluptates.*

OBTESTARI. Quint. 30. *Te obsecret,* obtesteturque *per senectutem et solitudinem suam.* Mil. 31. *vos Albani tumuli atque luci — imploro et* obtestor. Sext. 69 extr. *vos* obtestor *atque obsecro ut — eas conservetis.*

OBTESTATIO. ,,Balb. 14. *sanctiones sacrandae sunt, aut genere ipso aut* obtestatione *et consecratione legis, aut poena* etc., *h. e.* populo per legislatorem ad iusiurandum adigendo, quo iuret, *obtestans,* h. e. testes faciens deos, se velle legem servare. Unde leges sacratae. Vid. Schwarz diss. de detestatione sacrorum, §. 15 2. Dom. 48. *quid ergo tua illa tum* obtestatio *tibicinis.* Fuit pars cerimoniae in dedicationibus. Quum interpretes nihil ad h. l. dicant Cl. Schwarzius l. c. §. 16 putat *obtestationem* esse eandem, quae et *detestatio* dicitur, h. e. denuntiationem testibus praesentibus factam. Qualis autem illa *tibicinis obtestatio* s. *denuntiatio* fuerit, non addit. Mihi videtur facta iisdem propemodum verbis, quibus obtestationem et denuntiationem pontifici, pullario, factam esse constat: *Ades mihi,* s. *postulo ut adsis mihi.* Dom. 52. Div. II. 34. etc." *Ern.* 2. Sensu proprio, pro obsecratione Fam. VIII. 10. *mei officii est meminisse, qua* obtestatione *decedens mihi, ne paterer fieri, mandaris.*

OBTINERE. 1. Tenere, habere, possidere. Off. III. 21. *regnum quod a Tantalo et Pelope proditum iure* obtinebatur. Orat. III. 60. *ad actionis usum atque laudem maximam sine dubio partem vox* obtinet. Dom. 32. *mihi* (calamitas) *maledicti locum aut criminis* obtinebit? 2. Assequi. Fam. I. 8. *omnia quae voles tu* obtinebis. 3. *Causam s. litem obtinere est vincere.* Att. VII. 24.

Pompeius malas causas semper obtinuit, *in optima* concidit. Orat 21. *id unum ad* obtinendas *causas facit plurimum.* Rosc. Com. 4. *ad iudicium hoc modo venimus ut totam litem aut* obtineamus *aut amittamus* 4. „Oratores et philosophi *obtinent*, quod approbant aliis, quum vincunt esse verum aliquid, etiam defendunt. Verr III. 71. obtinere *quod dicimus*; (cf. Catil. IV. 6.). Tusc. I. 12. *si minus id* obtinebis. Fin II 33. *illud ipsum qui* obtineri *potest* Acad. IV. 6. *definitionem* obtinemus. De defendendi significatione, adde dicta Gronovio ad Taci. Hist II. 84. 5. *Tueri, retinere.* Verr. III 31. obtinemus *res gestas Sullae.* Orat. III. 60. *vocem* obtinere, ubi praeter rem Pearcius legi vult *retinere.* Quint. 24. *hoc cogitent ita se graves esse, ut si veritatem volent* retinere, *gravitatem possint* obtinere. Sic *obtinere provinciam* dicitur, qui consequitur, habet, retinet, ut ex epistolis ad Cornificium patet. Fam. XII. 29. obtinere *hereditatem*, cf. IV. 14. *Testamentum obtinetur*, quum ratum est, valet. — 6. Sull. 6 *suavitatem filii* obtinet. Off II. 12. obtinet *numerum iure caesorum.* 7. Fin. II. 22. *opibus magnis quicquid feceris* obtinere, h. e. efficere, ut impune feceris, recteque adeo factum videatur." *Ern.* 8. Confirmare, approbare. Quint. 25. *omnes intelligant non ad* obtinendum *mendacium, sed ad verum probandum, auctoritatem adiuvare.*

OBTINGERE. 1. De munere publico. Vat. 5. *quum tibi — aquaria provincia sorte* obtigisset. Att. I. 17. *quum mihi* obtigisse *dicis* σπάρταν *nunquam deseram.* Fam. II. 19. *quum optatissimum nuntium accepissem, te mihi quaestorem* obtigisse. 2. De alia possessione. Off. I. 7. *eorum, quae natura fuerunt communia, quod cuique* obtigit, *id quisque teneat.* 3. Pro *accidere* de re mala, inprimis de morte. Catil. IV 2. *deinde, si quid* obtigerit, *aequo animo moriar. Neque enim gravis mors forti viro potest* accidere, *neque immatura consulari, nec misera sapienti.*

OBTORPESCERE. 1 De corpore. Dom. 52. *quis est, qui existimari possit huic novo pontifici — non et linguam obmutuisse, et manum* obtorpuisse 2. De animo. Tusc. III. 28. *Iam subactus miseriis* obtorpui.

OBTORTUS. Verr. IV. 10. obtorta *gula in vincula atque in tenebras abripi.* Cluent. 21. *aliquem collo* obtorto *ad subsellia reducere.*

OBTRECTARE. 1. Sensu proprio. Tusc. IV. 26. obtrectare *alteri, aut illa vitiosa aemulatione quae rivalitati similis est, aemulari, quid habet utilitatis, quum sit* aemulantis *angi alieno bono, quod ipse non habeat;* obtrectantis *autem angi alieno bono, quod id etiam alius habeat.* Ibid. 20. (Peripatetici dicunt) *ipsum illud aemulari*, obtrectare, *non esse inutile, quum aut se non idem videat consecutum quod alium, aut alium idem quod se.* 2. *Obtrectare* alicui est ei adversari. Phil. X. 3. *hanc tibi* (Calene) *consuetudinem plerisque in rebus bonis* obtrectandi *si quis detraxerit, quid tibi, quod sibi quisque velit, non relinquetur?* Att. III. 26. *si* obtrectabitur, *utar auctoritate Senatus.* Ac. pr. II. 6. *Arcesilas Zenoni ut putatur* obtrectans, *h. e.* ei cum invidia quadam oblocutus. Manil. 8. *qui huic* obtrectant *legi atque causae.*

OBTRECTATIO. 1. *Eifersucht.* Tusc. IV. 8. Obtrectatio *est ea, quam intelligi ζηλοτυπίαν volo, aegritudo ex eo, quod alter quoque potiatur eo, quod ipse concupiverit.* Font. 8. *inimicior ex civilibus studiis atque* obtrectatione *domestica.* Brut. 42. *illud gaudeo quod et aequalitas vestra* (scil. Sulpicii et Ciceronis) *et pares honorum gradus, et artium studiorumque quasi finitima vicinitas, tantum abest ab* obtrectatione *invidiaque, quae solet lacerare plerosque, uti ea non modo non exulcerare vestram gratiam, sed etiam conciliare videntur.* 2. *Verkleinerung.* Fam. I. 7. *malivolentiae* obtrectationes.

OBTRECTATOR. 1. Qui alterum dolet habere, quod ipse habeat (Eifersüchtler) vel omnino invidet. Fam. I. 4. *a tuis invidis et* obtrectatoribus *nomen inductum fictae religionis.* Planc. 23. *Multi amici accusatoris, nonnulli etiam nostri iniqui, multi communes* obtrectatores *atque omnium invidi multa finxerunt.* 2. Is qui alteri invidiae causa adversatur, eius laudes imminuit. Brut. 1. *non adversarium aut* obtrectatorem *laudum, sed socium potius et consortem gloriosi laboris amiseram* (Hortensium).

OBTRITUS. Orat. II. 86. quum conclave ubi epularetur Scopas concidisset eaque ruina ipse oppressus cum suis interiisset: *quos quum humare vellent sui, neque possent* obtritos (*ganz zerquetscht*) *internoscere ullo modo* etc.

OBTRUDERE. Verr. IV. 36. *qui non* obtrusit *aliqua ex parte monumenta Scipionis, sed penitus abstulit atque delevit.* Praecedit *alieno nomine ornare*, cui respondet *obtrudere.* Gesnerus in Th L. L. corrigit *obruit*, vel *obstruxit.* Non placet satis, hoc tamen melius. *Ern.* Recte Beckius edidit, *obstruxit.* Nempe *monumentum obstruere* est aliquid inaedificare, vel adstruere quo illud monumentum ex parte saltem obscuretur.

OBTRUNCARE. N. D. III. 26 (de Medea) *puerum interea* obtruncat, *membraque articulatim dividit.*

OBTUNDERE. 1. De voce. Orat. II. 70. *patrono malo, quum vocem in dicendo* obtudisset (*da er sich heiser geschrieen hatte*) *suadebat Granius, ut mulsum frigidum biberet.* 2. De mente. Tusc. I. 33. *multa e corpore existunt quae* acuant *mentem; multa quae* obtundant. Orat. III. 24. ubi Crassus *etiam Latini*, inquit, *si diis placet hoc biennio magistri dicendi exstiterunt, quos ego censor edicto meo sustuleram; non quo* — acui *ingenia adolescentium nollem, sed contra ingenia* obtundi *nolui, corrobarari impudentiam.* 3. De perturbationibus animi, *minuere, comprimere.* Tusc. III. 16. *Nihil est, quod tam* obtundat *elevetque aegritudinem.* 4. Inprimis *obtundere* dicitur is, qui alteri molestus est, interpellando, aut nimis multa de eadem re dicendo. Att. VIII. 1. *ego si somnum capere possem, tam longis te epistolis non* obtunderem. Fam. V. 14. *cupio non* obtundere *te, si non delectare nostro studio.* Verr. IV. 49. *non* obtundam *diutius* (*ubi in Mss. nonnullis additur* aures vestras. *Sed* obtundere etiam simpliciter sic dicitur.) *Etenim iam dudum vereor ne oratio mea, aliena ab iudiciorum ratione et quotidiana dicendi consuetudine esse videatur.* Verr. I. 60. obtuderunt *eius aures.* Orat. 66. *Saepius accidit, ut aut citius insistendum sit* (in periodis) *aut longius procedendum ne brevitas defraudasse* aures *videatur, neve longitudo* obtudisse.

OBTURBARE. Att. XII. 17. *me literae non leniunt, sed* obturbant. Ibid. 19. *Philippus* obturbavit *mihi solitudinem* (*störte mich in meiner Einsamkeit*).

OBTUSUS. 1. Defatigatus, de auribus Her. III. 9. *si vehementer aures auditorum* obtusae *videbuntur atque animi defatigati ab adversariis multitudine verborum.* 2. De mente. Sen. 23. *Sapientissimus quisque aequissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo.*

Nonne vobis videtur animus is, qui plus cernat et longius videre, se ad meliora proficisci; ille autem cuius obtusior *sit acies, non videre?*

OBTUSE, stulte, sine ullo acumine. N. D. I. 25. (Epicurus) *totum hoc* aut etiam aut non *negavit esse necessarium. Quo quid dici potest* obtusius?

OBTUTUS. 1. Directio oculorum, *die Richtung des Blicks.* Div. II. 59. *quodam* obtutu *oculorum duo pro uno lucernae lumina* (videntur) 2. Ipse sensus videndi. N. D. III. 4. *Cur contuerere altero oculo causa non esset quum idem* obtutus *esset amborum* (*da die Sehe in beiden gleich ist*). Univ. 8. *corpus quidem caeli spectabile effectum est, animus autem oculorum effugit* obtutum. 3 De vultus parte quae est in oculis. Orat. III. *qui vultum eius* — obtutumque *oculorum in cogitando probe nosset.*

OBVALLATUS. Rull. II. 1. *eum locum* (*scil.* consulatum) *quem nobilitas praesidiis firmatum, atque omni ratione* obvallatum *tenebat, me duce rescidistis.*

OBVENIRE. 1. *Obtingere.* Phil. III. 10. *illo ipso die — provinciarum religiosa sortitio, divina vero opportunitas, ut quae cuique apta esset ea cuique* obveniret. Verr. II. 7. *quod hereditas ei* obvenisset. 2. *Accidere.* Off. II. 21. *sin qua necessitas huius muneris* (tributi) *alicui reipublicae* obvenerit.

OBVERSARI, dicitur aliquid animo, quum intentius cogitatur. Sext. 3. *mihi ante oculos* obversatur *reipublicae dignitas.* Ac. pr. II 45. *si ipsum finem* (bonorum) *velim sequi, nonne ipsa veritas, et gravis et recta ratio mihi* obversetur? Tusc. II. 22. obversentur *species honestae animo.*

OBVERTERE. Tusc. III. 18. Hiccine est *Telamo* ille — *quem aspectabant, cuius ob os Graii ora* obvertebant *sua.* Eodem versiculo iocose utitur Cicero. Fam. IX. ep ult.

OBVIAM. 1. Cum verbis *ire* et similibus (*entgegengehn*). Muren. 32. *si mercede conducti* obviam *candidatis issent.* Ibid. 33. *Postumius* obviam *cum bene magna caterva* venit. Sext. 31. *huic ad urbem venienti tota* obviam *civitas,* — processerat. Planc. 40. *quum ipsa paene* insula (Sicilia) *mihi sese* obviam ferre *vellet.* Att. XI. 16. *de* obviam itione *ita faciam ut suades.* Fam XIV. 5. properare obviam *alicui.* 2 Obviam fieri (*begegnen*). Milon. 10. obviam *fit ei Clodius*

expeditus, in equo —. 3. Obviam ire nonnunquam est *adversari*. Att IV. 16. *huic* obviam (scil. eunt) *Cato et Servilius praetores aperte.*

OBVIUS. Caec in. 27. *sin ingredienti cum armata multitudine* obvius *fueris.* Att. VI. 4. *Tu fac ut tuae literae mihi volent* obviae.

OBVOLVERE. Orat 22. *Pictor ille vidit, quum immolanda Iphigenia tristis Calchas esset, maestior Ulysses, maereret Menelaus,* obvolvendum *caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari.*

OBVOLUTUS. Inv. II. 50. *os* obvolutum *corio et praeligatum.* Her. I. 13. *Malleolus iudicatus est matrem necasse. Ei damnato statim folliculo lupino os* obvolutum *est.* Ibid. obvolutus *et obligatus corio.* Div. I. 31. *fax* obvoluta *sanguine atque incendio* e poëta.

OCCAECARE. 1. Obscurare. Orat. III. 39. *noctisque et nimbum* occaecat *nigror.* Idem Pacuvii versiculus laudatur. Div. I. 11. 2. *Obtegere.* Sen. 15. *terra quum gremio mollito ac subacto semen sparsum excepit, primum id* occaecatum *cohibet.* 3. De animo, (*verblenden*). Fin. I. 16. *qui blanditiis praesentium voluptatum deliniti atque corrupti, quos dolores et quas molestias excepturi sint,* occaecati *cupiditate non provident.*

OCCALESCERE. Att. II. 18. *angor quidem sed iam prorsus* occallui; (*es ist mir ärgerlich, aber ich bin schon ganz unempfindlich geworden*).

OCCASIO. Inv. I. 27. occasio *est pars temporis habens in se alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem.* Off. I. 40. *Tempus actionis opportunum Graece εὐκαιρία, Latine appellatur* occasio. Her. IV. 41. occasio *aggrediendi commoda.* Phil. II. 46. certatim posthac ad *hoc opus curretur, nec* occasionis tarditas exspectabitur. Fam. X. 4. *hae gentes mala nostra suam putant* occasionem. Milon. 14. *quem* (Clodium) *si interficere voluisset* (Milo), *quantae, quoties* occasiones, *quam praeclarae fuissent,*

OCCASUS. 1. De sole, *der Untergang.* Her. III. 22. *solis exortus, cursus,* occasus *nemo admiratur; propterea quod quotidie fiunt.* Per translationem de senectute. Top. 7. *quasi qui adolescentiam florem aetatis, senectutem* occasum *vitae velit definire.* 2. *Die Westgegend.* N. D. II. 19. *duo genera siderum, quorum al-*

terum spatiis immutabilibus ab ortu ad occasum *commeans nullum umquam cursus sui vestigium inflectat.* 3. Exitium, interitus. Pis. 15. *me Kalendis Ianuariis qui dies post obitum* occasumque *nostrum* (exilium significat) *reip. primus illuxit, frequentissimus senatus — revocavit.* Catil. III. 8. *haruspices — totius urbis atque imperii* occasum *appropinquare dixerunt.* 4. Mors. Hortens. fr. *iucundum nobis perfunctis muneribus humanis* occasum, *neque molestam exstinctionem et quasi quietem vitae fore.* Acad. post. I. 1. *post L. Aelii nostri* occasum.

OCCATIO. Sen. 15. *Terra — quum — semen sparsum excepit, primum id* occaecatum *cohibet, ex quo* occatio (quae hoc efficit) *nominata est.*

OCCENTARE. De Rep. fr. IV. ap. Augustin. de Civ. Dei. *Si quis* occentasset *sive carmen condidisset, quod iniuriam faceret.* Est fragmentum Legg. XII. tabb. Festus in h. v. Occentare, inquit, *convicium facere significat apud antiquos, quum id clare et cum quodam canore fieret, ut procul exaudiri posset.* Vulgo in illo fragmento Ciceronis pro occentasset, (quod tamen recte est in edd. nonnullis Augustini) legitur *actitavisset.*

OCCIDENS. 1. De sole. Tusb. I. 39. Apud Hypanim fluvium, — *Aristoteles ait bestiolas quasdam nasci, quae unum diem vivant. Ex his igitur hora octava quae mortua est, provecta aetate mortua est, quae vero* occidente sole, *decrepita.* 2. De plaga caeli. N. D. II. 66. *qui has nobiscum terras ab oriente ad* occidentem *colunt.* 3. Moriens. Cael. 32. *Nolite hunc natura ipsa* occidentem *velle maturius exstingui vulnere vestro, quam suo fato.* 4. Interiens. Tusc. I. 45. *vita* occidens. Fam. IV. 1. *aliquid opis* occidenti *reip. tulissemus.*

OCCIDERE (secunda brevi). 1. Interire. Oecon. 1. *ne genus humanum temporis longinquitate* occideret. Ac. pr. II. 38. Aristoteles dicit — *ita eum* (mundum) *esse undique aptum, ut nulla vis tantos queat motus — moliri — ut hic ornatus umquam dilapsus* occidat. 2. Perire. Q. Fr. I. 4. *sin plane* occidimus (*me miserum!*) *ego omnibus meis exitio fuero, quibus antea dedecori non eram* 3. Mori. Div. I. 23. scribit *Aristoteles Eudemum — praeliantem ad Syracusas* occidisse. N. D. II. 9. *refrigerato et exstincto calore* occidimus *ipsi et exstinguimur.*

OCCÍDERE (secunda longa), interficere. Fin. II. 20. *Virginius — virginem filiam sua manu occidit potius quam ea App. Claudii — libidini dederetur.* Phil. XIV 14. quum Hirtius cos. — *impetum in M. Antonium — fecerit, eiusque copias* occisione *occiderit.* Mil. 5. *a Milonis inimicis saepissime dicitur caedem, in qua P. Clodius* occisus est, *senatum iudicasse, contra remp. esse factam.*

OCCISIO. Caecin. 14. *cum de possessionis controversia, et de privatorum hominum contentione iuris loquamur, tu vim negabis esse factam, si caedes et* occisio *facta non erit!* Phil. XIV. 14. *quum Pansa* (Antonii) *copias* occisione *occiderit.*

OCCLUDERE. Orat. II. 61. *Ridiculum illud Neronianum vetus in furace servo, solum esse cui domi nihil sit nec* obsignatum *nec occlusum* (scil. quia ipse furandi causa omnia resignet et aperiat); *quod idem in bono servo dici solet;* cui scil. omnia recte tradi possint etiamsi nec obsignata nec occlusa sint. Ac. pr. II. 47. *quid me igitur, Luculle, in invidiam et tanquam in concionem vocas? et quidem ut seditiosi tribuni soleat,* occludi *tabernas iubes? quo enim spectat illud, quum artificia tolli quereris a nobis, nisi ut opifices concitentur?*

OCCULERE. Tusc. II. 15. *feminae ceteris in urbibus mollissimo cultu parietum umbris* occuluntur. Att. V. 15. *Appii vulnera non refrico, sed apparent, nec* occuli *possunt.* Orat. II. 41. *puncta argumentorum plerumque ut* occulas, *ne quis ea numerare possit, ut re distinguantur, verbis confusa esse videantur.*

OCCULTARE. 1. Sensu proprio. Sext. 22. *Memineram — C. Marium — senile corpus paludibus* occultasse *demersum.* Off. I. 35. *quae* (membra corporis) *natura* occultavit Manil. 3. *Mithridates ita regnat ut se non Ponto neque Cappadociae latebris* occultare *velit, sed emergere e patrio regno atque — in Asiae luce versari.* N. D. II. 20. *stellae quae tum* occultantur *tum rursus aperiuntur.* 2. Metaphorice, *obtegere, obscurare, celare.* Off. I. 30. *si quis est paullo erectior, quamvis voluptate capiatur,* occultat *et dissimulat appetitum voluptatis, propter verecundiam.* Acad. fr. *Mos fuit Academicis* occultandi *sententiam suam nec eam cui quam aperiendi.* Rosc Am. 31. *tenuitas hominis cuiusmodi est, ut dissimulari non queat, atque eo magis elu-*

cent, quo magis occultatur. Fin. II. 24. *quod si vultum tibi, si incessum fingeres, quo gravior viderere non esses tui similis; verba tu fingas, et ea dicas, quae non sentias, aut etiam ut vestitum, sic sententiam habeas aliam domesticam, aliam forensem, ut in fronte ostentatio sit, intus veritas* occuletur? Acad. post. I. 1: *intemperantis est scribere quod* occultari *velis.*

OCCULTATIO. 1. Sensu proprio. N. D. II. 50: *aliae (bestiae) fuga se, aliae* occultatione *tutantur.* 2. Celatio. Fin. I. 22. *quo libido non se proripiet ac proiiciet, aut* occultatione *proposita, aut impunitate aut licentia.*

OCCULTATOR. Mil. 19. *latronum* occultator *et receptator locus.*

OCCULTE. Off. I. 35. *quod facere non turpe est modo* occulte, *id dicere obscenum est.* Ibid. *quae natura occultavit, eadem omnes qui sana mente sunt, removent ab oculis ipsique necessitati dant operam, ut quam* occultissime *pareant.* Rull. I. 1. *quae res aperte petebatur, ea nunc* occulte *cuniculis oppugnatur.*

OCCULTUS. 1. N. D. I. 18. *res* occultae *et penitus abditae.* Ac. post. I. 4. *Socrates videtur — primus a rebus* occultis *et ab ipsa natura involutis, in quibus omnes ante eum philosophi occupati fuerunt, avocavisse philosophiam et ad vitam communem adduxisse.* Rosc. Am. 36: *paullo* occultior *atque tectior ista vestra cupiditas esset.* Ac. pr. II. 41. *indagatio ipsa rerum tum maximarum tum etiam* occultissimarum *habet oblectationem.* 2. Astutus (*versteckt, zurückhaltend*). Fam. III. 10. *si me autem* occultum *libet fingere.*

OCCUMBERE. Tusc. I. 42. Lacaena, quae quum filium in praelium misisset et interfectum audisset, idcirco, inquit, genueram, ut esset qui pro patria non dubitaret occumbere.

OCCUPARE. 1. De loco. Brut. 84. *Locus in subselliis* occupetur, *compleatur tribunal,* nempe ab auditoribus oratorem aliquem audire cupientibus. Rull. II. 28. *Italiam suis praesidiis obtinere atque* occupare. 2. De animo. Q. Fr. I. 1. *ante* occupatur *animus ab iracundia, quam providere ratio potuit, ne* occuparetur. Font. 5. *vult magnitudine rei sic occupare* animos *eorum, qui audiunt, ut difficilis aditus veritati relinquatur.* Orat. 26. admonemus ridiculo sic usurum oratorem — *ne in calamitatem, ne inhumanum, nec in facinus ne*

odii locum visus occupet. 3. Occupare est ante aliquid praesumere (*vorwegnehmen*). Orat. I. 34. *Adolescentulus mihi proponere solebam illam exercitationem maxime — ut aut versibus propositis quam maxime gravibus aut oratione aliqua lecta — eam rem ipsam, quam legissem verbis aliis quam maxime possem lectis pronuntiarem. Sed post animadverti hoc esse in hoc vitii quod ea verba quae maxime cuiusque rei propria quaeque essent ornatissima atque optime* occupasset *aut Ennius, — aut Gracchus —* Att. XIII. 12. *Omnino eum Ariobarzani filium noster parochus publicus* occupavit, i. e. addixit eum ad se (*hat ihn schon in Beschlag genommen*) *veruntamen — invito eum per literas, ut apud me diversatur.* 4. Praevenire. Tusc. V. 9. occupavi *te fortuna, atque cepi, omnesque aditus tuos interclusi, ut ad me adspirare non posses.* 5. In arte rhetorica, occupare est id quod obiici possit praesumere. Or. 40. *ut ante* occupet, *quod videat opponi.* Vid. ANTEOCCUPATIO. 6. „*Occupare* eleganter dicitur de pecuniae, quae aut sub usuris collocatur (*Geld unterbringen*) aut pro qua metallifodinae, agri etc. emuntur (*Geld anlegen*) ut aliquid lucri et reditus habeamus. Flacc. 21. *pecuniam adolescentulo grandi fenore* occupasti. Verr. I. 36. *pecunias* occuparat *apud populos et syngraphas fecerat.* Manil. 2. *equites Rom. — quorum magnae res aguntur in vestris vectigalibus exercendis* occupatae. Vid. Manut. ad haec loca." *Ern.*

OCCUPATIO. 1. Negotium. Fam. XII. 30. *antea distinebar maximis* occupationibus. Att II. 5. *ex eo intelligere potes, quanta* occupatione *distinear.* Att. I. 11. *ita distinebar ut vix huic tantulae epistolae tempus habuerim atque id ereptum summis occupationibus.* 2. Obsessio. Dom. 3 *obsessio templorum*, occupatio *fori, oppressio curiae.* 3. Est figura sententiarum, quam Cicero Orat. III. 53. *ante occupationem* vocat, quamque Quintilianus IX. 2, 16. *praesumtionem* appellat, quum id quod orator obiici posse videt, ante occupat Aliter auctor ad Herenn. IV. 27. Occupatio *est, quum dicimus nos praeterire, aut non scire aut nolle dicere id, quae tunc maxime dicimur; hoc modo: Nam de pueritia quidem tua, quam tu omni intemperantiae addixisti, dicerem, si hoc tempus idoneum putarem, nunc consulto relinquo. Et illud praetereo, quod te tribuni rei militaris infrequentem tradiderunt* etc. Verum haec omnia

potius ad eam figuram pertinent, quam Graeci *παράλειψιν*, Cicero *reticentiam* dicit.

OCCUPATUS. Cael. 19. *Amores nunquam hunc* occupatum *impeditumque tenuerunt.* Fam. VIII. 4. *Comitiorum dies* occupatiorem *me habebant.* Att. X. 6. *sum* occupatus *de fratre*, scil. eo mihi negotium facessente.

OCCURRERE. 1. *Obviam* fieri. Milon. 19. cur non *ante* occurrit, *ne in villa resideret?* 2. „ *In mentem venire.* Tusc. I. 21. *nihil mihi* occurrit, *cur non sit verum.* Brut. 7. *maxime mihi* occurrunt, Attice, *et quasi lucent Athenae tuae.* N. D. I. 14. *Deus nihil sentiens nunquam nobis* occurrit, *neque in precibus neque in votis.* Ac. pr. II. 40. *nostro ne quid maxime quidem probabile sit* occurrit. Div. I. 29. *tum ei visa quietis* occurrent *tranquilla atque veracia.* 3. *Respondere.* N. D. II. 28. *huic lôco sic soletis* occurrere. Ac. pr. II. 14. occurretur *sicut* occursum *est.* 4. *Avertere aliquid, mederi rei.* Verr. V. 9. *ante istius sceleri* occurrere. Verr. IV. 47. *sentio iudices* occurrendum *esse satietati aurium* Orat. 52. *Isocrates dicitur numero, secutus, ut varietas* occurreret *satietati.* 5. *Antevertere, praevenire.* Fam. IV. 5. *sapientia rei* occurrere b. *celeriter satisfacere.* Orat. II. 7. *exspectationi* occurrere. 7. *Iuvare.* Muren. 23. occurro vestrae sapientiae. [At h. l. Cicero questus erat sibi post Hortensium et Crassum qui ante se dixerant, duriorem esse locum dicendi datum, additque ita: *Itaque in iisdem rebus fere versor et quod possum* iudices, occurro *vestrae sapientiae.* Equidem Ernestio h. l. non concedo Ciceronem hoc significare velle: *ego ea in re servio quoad possum, vobis iudices;* ut *occurrere* idem sit quod *iuvare.* Arbitror potius rescribendum esse: *et quod potissimum occurro vestrae sapientiae;* i. e. incido in ea, quae vos iam optime nostis. Lambinus et Hotomannus malebant *occurro vestrae satietati.*] 8. Gratificari, subvenire. Fam. XI 20. *quibus rebus veteranis potest* occurri, occurras. 9. Eleganter etiam Q. Fr. I. 1. *ultro negotiis* occurrere dicitur, qui libenter et alacriter suscipit. 10. Est genus honoris et officii. Att. II. 22. *domus nostra celebratur,* occurritur; (i. e. salutandi causa nobis obviam itur.) Vid. *Occursatio* 11. Verr. III. 27. *quam primum aliam civitatem* occurrere, *h. e.* in aliam currere. Vid. Interpr. ad Sueton, Calig. 26." *Ern.* 12. *Occurrere* est etiam

abiicere, s. adversarium exsistere, (*gegen jemanden auftreten*). Off. II. 2. occurritur *nobis et quidem a doctis et eruditis, quaerentibus satisne constanter facere videamur.*

OCCURSATIO, genus officii quod candidatis honores petentibus praestatur, quum iis obviam itur salutandi causa. Mil. 35. *vestras et vestrorum ordinum* occursationes, *studia, sermones, quemcumque cursum fortuna dederit, secum se ablaturum.* Planc. 12. *facilis est illa* occursatio *et blanditia popularis.*

OCELLUS. Att. XVI. 6. *cur* ocellos *Italiae, villulas meas non video.*

OCTOPHORUM s. OCTOPHORUS, lectica quae ab octo hominibus portabatur. Q. Fr. II. 10. *quum hominem portarem ad Baias Neapoli* octophoro Aniciano. Verr. V. 11. (Verres) *ut mos fuit Bithyniae regibus* lectica octophoro *ferebatur.*

OCULATUS, pass. pro conspicuus. Att. IV. 6. *ne βαθύτης mea, quae in agendo apparuit, in scribendo sit* oculatior, i. e. ne sensus iniuriae mihi ab Hortensio factae alta mente conceptus et male dissimulatus, qui in oratione apparuit, in scribendo etiam magis perspicue se prodat. Recte Bosius e cod. decurtato edidit *oculatior*, pro vulg. *occultior.*

OCULUS. 1. Sensu proprio. N. D. II. 56. oculi *tamquam speculatores altissimum bonum obtinent*, cf. ibid. c. 57. — N. D. III. 8. *a consuetudine* oculorum *animum abducere difficillimum dicebas.* Ibid. *non quo difficile sit*, mentem ab oculis *sevocare.* 2. *Versari ante oculos* dicuntur ea, quae attentius cogitamus et ita ut quasi oculis cernere videamur. Rosc. Am. 9. *multa simul* ante oculos versabantur. Ibid. 35. *nonne vobis haec quae audistis cernere* oculis *videmini iudices? — non versatur* ante oculos *vobis in caede* Glaucia? Simili ratione *posita ante oculos* dicuntur quorum cognitio est facilis. Orat. I. 43. ubi iuris civilis scientiam facile acquiri posse dixerat, additur: *omnia enim sunt* posita ante oculos, *collocata in usu quotidiano, in congressione hominum atque in foro.* Acad. post. I. 2. *de rebus* ante oculos positis *vulgari sermone disputant.* 3. De cupiditate dicitur *adiicere oculum* Verr II. 15. *qui istum nossent, partim suspicabantur, partim plane videbant* adiectum esse oculum *hereditati.* Rull. II. 10. *quum ad omnia vestra pauci homines cupiditate* oculos

adiecissent. 4. *Esse in oculis* s. *ferri in oculis* dicuntur, qui ab aliquo vehementer amatur, isque qui amat dicitur *ferre in oculis.* Att. VI. 2. *publicanis* in oculis sumus. Q. Fr. III 1. Balbum in oculis fero. 5. N. D. III. 38. *Critolaus evertit Corinthum; Karthaginem Hasdrubal. Hi duos illos oculos* (i. e. urbes primarias) *orae maritimae effoderunt.*

OCTUPLUS. Verr. III. 10. *edicis te in decumanum, si plura sustulerit, quam debitum sit,* in octuplum iudicium *daturum esse;* h. e. aratori permissurum, ut contra decumanum iudicium postularet, in quo si arator vicisset decumanus octuplum eius, quod plus quam deberetur, poposcisset, poenae loco solveret. Haec ipsa dicitur ibidem *poena octupli.*

OCYUS. Tusc. IV. 14. *Ingeniosi, ut aes Corinthium in morbum et incidunt tardius et recreantur* ocyus. Att. XVI. 3. *deseremus* ocyus *a re publica, quam a re familiari.*

ODIOSE. 1. *Widerlich.* Her. IV. 20. *loqueris* odiose. Orat. II. 65. *interpellare* odiose. 2. *Langweilig.* Brut. 82. *si quis eos, qui nec inepte dicunt, nec* odiose, *nec putide, Attice putat dicere, is recte nisi Atticum probat neminem.*

ODIOSUS. 1. *Unangenehm, beschwerlich.* Sen. 14. *cupidis rerum talium* odiosum *et molestum est fortasse carere. Satiatis vero et expletis, iucundius est carere, quam frui.* Sen. 2. *senectus* odiosa *plerisque.* Att. VIII. 22. *non dubito quin tibi* odiosae *sint epistolae quotidianae.* Sen. 18. *in fragili corpore* odiosa *omnis offensio est.* 2. *Widerlich.* Off. I. 36. *palaestrici motus saepe sunt* odiosores. Lael. 20. odiosum *sane genus hominum officia exprobrantium.* Caecil. 11. *omnis arrogantia* odiosa *est.* Orat. 8. (Atheniensium) *semper fuit prudens sincerumque iudicium, nihil ut posset nisi incorruptum audire et elegans; quorum religioni quum serviret orator nullum verbum insolens, nullum* odiosum *ponere audebat.* 3. *Ueberlästig, zudringlich* Verr. Act. I. 12. *profiteor huic generi hominum me inimicum, accusatorem* odiosum, *assiduum, acerbum adversarium.* 4. *Langweilig.* Orat. III. 13. *verum si placet, quoniam haec satis spero, vobis quidem maioribus molesta et putida videri, ad reliqua aliquanto* odiosiora *pergamus.* Muren. 14. odiosus *in dicendo ac loquax.* 5. *Uebertrieben.*

ben. Off. I. 36. *adhibenda est munditia non* odiosa *neque exquisita nimis.*

ODIUM. 1. *Hafs.* Tusc. IV. 9. Odium (*est*) *ira inveterata.* Orat. II. 51. *si quod ipsis, qui audiunt, perniciosum aut inutile sit, id factum augeas,* odium *creatur. Sin quod aut in bonos viros, aut in eos in quos quisque minime debuerit, aut in remp., tum excitatur si non tam acerbum* odium, *tamen aut invidiae, aut* odii *non dissimilis offensio.* Off. I. 42. *primum improbantur ii quaestus, qui in* odia *hominum incurrunt, ut portitorum, ut feneratorum.* Mur. 23. *editicios iudices esse voluisti, ut* odia *occulta civium, quae tacitis nunc discordiis continentur, in fortunas optimi cuiusque erumperent.* Balb. 13. *defendo — nullam esse gentem ex omni regione terrarum, neque tam dissidentem a P. R.* odio *quodam atque* dissidio *neque tam fide benivolentiaque coniunctam.* — 2. „*Fastus et importunitas, quae odium facit.* Cluent. 39. *quod erat* odium, (*widerwärtige Laune*) *dii immortales, quae superbia.* Sic ap. Terent. Adelph. V. 4. 17. *tundendo atque* odio *denique effecit senex.* Hecyr. III. 2. 8. *nunquam hodie* odio *tuo me vinces;* et aliis locis odium dicitur de re, quae odium facit, aliisque molesta est.“ *Ern.*

ODISSE. Mil. 15. *quid* odisset *Clodium Milo, segetem ac materiam gloriae suae, praeter hoc civile* odium, *quo omnes improbos* odimus! Lael. 18. aperte *vel* odisse *magis ingenui* est, *quam fronte occultare sententiam.* Phil. XIII. 19. *nec deseram partes, quas Pompeius* odivit; pro *odit* (ex epistola Antonii).

ODOR. 1. Sensu proprio. Sen. 57. *quum admiraretur Lysander — suavitatem* odorum *qui afflarentur e floribus.* Verr. III. 9. *ut* odor *Apronii teterrimus oris et corporis et corporis, quem (ut aiunt) ne bestiae quidem ferre possent, uni isti suavis et iucundus videretur.* 2. Materia odoris, ut unguentum, tus et id genus alia. Verr. IV. 35. *ture et* odoribus *incensis.* Ibid. V. 56. *proferebant alii purpuram Tyriam, tus alii atque* odores. 3. Metaphorice. Att. IV. 16. odor *dictaturae*, i. e. levis rumor aut suspicio. Cluent. 27. odor *suspicionis.* Verr. V. 61. Gavius *quum — clam e lautumiis profugisset, Messanamque venisset — et ex illo metu mortis ac tenebris quasi luce libertatis et* odore aliquo legum, (h. e. spe secundum leges secum

effractis pecunias inde diripuisset. 5. Inde universe *offendere* est male rem gerere Cluent. 25. offendere *apud iudices* est condemnari. Fam. I. 7 *si quid* offenderis *tibi* offenderis. 6. Cum accusativo *laedere.* Planc. 3. *amicissimi hominis existimatio* offendenda *est, si illam accusationis conditionem sequar.* 7. Molestiam afferre. Fam. I. 7. *eos non tam constantia nostra delectat quam splendor offendit.* Fam I. 9. *multis rebus meus* offendebatur *animus.* 8. Invenire (*a treffen*). Fam I. 7. *non* offendes *eundem bonorum sensum, quem reliquisti.* Verr II. 52. *Herodotus* (Cephaleditanus) quum Verres unum dimidiatumque mensem ex anno exemisset, *quum Roma revertitur, diebus ut ipse putabat quindecim ante comitia,* offendit *eum mensem qui consequitur mensem comitialem, comitiis iam abhinc triginta diebus habitis* Fam II. 3 *equidem quid sentiam, aut scribam ad te postea pluribus, aut ne ad ea meditere et imparatum te* offendam, *coram contra istam rationem meam dicam.*

OFFENSA. Att. IX. 2. *negas te dubitare quin magna in* offensa *sim apud Pompeium,* i. e quin eum vehementer offenderim. Fam. XIII. 16. *illud cogita, quod* offensae *fuerit in ista cunctatione te subisse.*

OFFENSIO. 1 Sensu proprio. Div. II. 40. *quae si suscipiamus pedis* offensio *nobis et abruptio corrigiae et sternutamenta erunt observanda.* 2. Locus ubi aliquis impingere aut incurrere possit Univ 15. *id ita tornavit, ut nihil effici posset rotundius, nihil asperitatis haberet, nihil* offensionis. 3. Metaphorice, *peccatum* s. res mala gesta. Fam. I. 7. *illud tibi affirmo, si rem istam ex sententia gesseris, fore ut absens a multis, quum redieris ab omnibus collaudere;* offensionem *esse periculosam propter interpositam auctoritatem religionemque video.* Similiter Cluent. 50. dicuntur *offensiones iudiciorum,* de iudiciis in quibus multae corruptelae iudicum versantur, quibus populus offenditur, et iudicia in eius odium et invidiam veniunt. Inde paullo ante idem dicitur *infamia iudiciorum.* 4. Calamitas. Manil. 9. offensio *belli.* 5. Repulsa. Cluent. 25. *quod aedilitatem petere cum hominibus nobilissimis et* offensionem *timere dicebat.* 6. Morbus. Tusc. IV. 14. offensiones *corporum.* Fam. XVI. 10. *graves solent* offensiones *esse ex gravibus morbis si qua culpa commissa est.* 7. Ex Stoicorum doctrina de perturbationibus *of-*

fensio opponitur *aegrotationi.* Tusc. IV. 11. *definiunt autem animi aegrotationem opinionem vehementem de re non expetenda, tamquam valde expetenda sit, inhaerentem et penitus insitam. Quod autem nascitur ex* offensione *ita definiunt, opinionem vehementem de re non fugienda, inhaerentem et penitus insitam, tanquam fugienda.* Eius exempla afferuntur *inhospitalitas et mulierum odium.*

OFFENSIUNCULA. 1. Levis animi offensio. Fam. XII. 1. *si qua* offensiuncula *facta est animi tui, perversitate aliquorum, des te ad lenitatem.* 2. *Repulsa.* Planc. 21. Vidit pater tuus *Appium Claudium — L. Volcatium* M. Pisonem in ista aedilitate offensiuncula accepta, summos a populo Romano esse honores adeptos. Paullo post: *Sed quid ego,* inquit, aedilicias repulsas *colligo?*

OFFENSUS. 1. *Laesus.* Att. VI. 3. *cumulate publicanis satisfactum,* offensus *contumelia nemo.* Verr. II. 47. *existimatio* offensa. 2. Odiosus. Catil. I. 7. *si me meis civibus* offensum *viderim.* Cluent. 58. *non debeo dubitare, iudices, quin si qua ad vos causa huiusmodi delata sit eius, qui lege non teneatur, etiamsi is invidiosus aut multis* offensus esse *videatur — tamen absolvatis.* Inv. I. 49. (*Argumentum*) offensum (*anstössig*) *est quod eorum, qui audiunt voluntatem laedit; ut si quis apud equites Romanos, cupidos iudicandi Caepionis legem iudiciariam laudet.* Att. II. 19. *scito nihil umquam fuisse tam peraeque omnibus* — offensum. 3. *Infensus.* Att. I. 4. *si cuius animus in te est* offensior. 4. *Percussus.* Verr. II. 76. *statim suspicione* offensi *ad ea ipsa nomina oculos animumque transtulimus.*

OFFERRE. 1. Sensu proprio. Rosc. Am. 37. *qui* obtulerunt *hanc praedam Chrysogono.* Att. II. 22. *quod fors* obtulerit, *id actum videtur.* 2. *Offerre se*, est alicui sua officia ultro polliceri. Att. II. 1. *oratiunculas autem et quas postulas et plures etiam mittam. — Iisdem ex libris perspicies et quae gesserim, et quae dixerim. Aut ne poposcisses, ego enim tibi me non* offerebam. Planc. 10. *ultro se mihi* offerentes, *ultro pollicentes rogavi.* „3. *Offerre se* est etiam apparere, cerni, Div. I. 36. *Dii ipsi se nobis non* offerunt. Rosc. Am. 31. *os* offerre. 4. *Obviam ire.* Fam. IV. 10. *advenientibus se* offerre. 5. *Obiicere.* Sext. 1. Offerre *salutem in discrimen.* Off. I. 24. offerre *se periculis.* 6. *Offerre se* est etiam alicui *se* opponere. Sext. 6. *si qui fecerunt*

aliquid aliquando atque iidem nunc tacent et quiescunt: nos quoque simus obliti; si qui se offerent *insolentius et insectantur.* Graevius malebat e codd. Mss. *efferrent.* Sed paullo post idem est verbum: *neque quemquam* offendet *oratio mea, nisi qui se ita* obtulerit, *ut in eum non invasisse sed irruisse videamur.* 7. *Resistere* ad Brut. 15. *statim me Antonii sceleri* obtuli. 8. *Inferre.* Rosc. Am. 13. *qui mortem* obtulerit *parenti.*" *Ern.* 9. Afferre. Div. I 37. *obiiciuntur etiam* (animo) *saepe formae, quae reapse nullae sunt, speciem autem* offerunt, (*man hat zuweilen Erscheinungen, denen kein wirklicher äufserer Gegenstand entspricht, die aber doch eine Täuschung mit sich führen*) ut quum Brenno viderentur virgines ferre arma contra. 10. *Offerre se, einfallen, sich von selbst finden,* de iis quae animo occurrunt. Orat. III. 49. *neque vos Paeon, aut herous ille conturbet. Ipsi occurrent orationi; ipsi inquam se* offerent *et respondebunt non vocati.*

OFFICERE. 1. Obstare. Inv. I. 41. *quae videbuntur* officere *huic partitioni propulsabimus,* Tusc. V. 32 offecerat — *apricanti.* 2. „Liberum prospectum impedire. Off. III. 15 *aedes demoliri eas quarum altitudo* officeret *auspiciis.* Orat. I. 59 *egit statim cum Bucculeio, quod cuicunque particulae caeli* officeretur, *mutari lumina putabat.* 3 Hinc eleganter est *commoda alicuius impedire, laudem alicuius maiori laude imminuere, item nocere in genere.* Rab. Post. 16. *nec mentis luminibus* officit *altitudo fortunae.* Brut. 17. *horum concisis sententiis* officit *Theopompus elatione atque altitudine orationis suae.* Rosc. Am. 38. *ac meis commodis obstat et* officit." *Ern.*

OFFICINA. 1. *Werkstatt, Fabrik.* Off. I. 42. *opifices omnes in sordida arte versantur, nec vero quidquam ingenuum potest habere* officina. Pis. 36. officina *armorum.* 2. Metaphorice. Leg. I. 13. *philosophi, qui quasi* officinas *instruxerunt sapientiae.* Orat. 13. *Isocrates quum doceret eos, qui partim in dicendo, partim in scribendo principes exstiterunt, domus eius* officina *habita eloquentiae est;* cf. Brut. 8. Orat. II. 13. Rosc. Am. 46. *quae vero convivia? honesta credo in eiusmodi domo: si domus haec habenda est potius, quam* officina *nequitiae, et diversorium flagitiorum omnium.* Phil. II. 14 (Antonii) *domus quaestuosissima est falsorum commentariorum et chirographorum* officina.

OFFICIOSE, gefällig. Lael. 20. *si habere se putant quod* officiose *et amice, et cum labore aliquo suo factum queant dicere.* Att. VI. 1. *filiola tua gratum mihi fecit, quod tibi diligenter mandavit ut mihi salutem ascriberes; gratum etiam Pilia; sed illa* officiosius, *quod mihi quem iam pridem nunquam vidit.*

OFFICIOSUS. 1 Officio respondens, *pflichtmäfsig.* Tusc. III 28. *dolor* officiosus. Mil. 5. officiosi *labores.* 2 *Gefällig, dienstfertig.* Verr. I. 24. *Lampsaceni in omnes cives Romanos* officiosi. Rosc. Am. 1. *at tanto* officiosior, *quam ceteri.* Fam. XI. 22. *homo* officiosissimus. 3. *Höflich.* Pis. 23. *sed quid ego enumero, qui tibi obviam non venerint, qui dico venisse paene neminem, ne de* officiosissima *quidem natione candidatorum.* Muren. 33. *quid si illa* officiosissima, *quae neminem patitur non honeste in urbem introire, tota natio candidatorum.*

OFFICIUM. 1. *Pflicht.* Off. I. 3. *omnis de* officio *duplex est quaestio. Unum genus est, quod pertinet ad finem bonorum; alterum quod positum est in praeceptis, quibus in omnes partes usus vitae confirmari possit. — Atque etiam alia divisio est* officii. *Nam et* medium *quoddam* officium *dicitur et* perfectum. Perfectum officium rectum *opinor vocemus, quod Graeci κατόρθωμα, hoc autem commune vocant. Atque ea sic definiunt, ut rectum quod sit, id* perfectum officium *esse definiant,* medium *autem* officium *id esse dicant, quod cur factum sit ratio probabilis reddi possit.* Quint. 6. *intelligi facile potuit, nullum esse* officium *tam sanctum atque sollemne, quod non avaritia comminuere atque violare soleat.* Off. I. 34. *peregrini et incolae* officium *est, nihil praeter suum negotium agere.* Orat. 22. *oportere perfectionem declarat* officii, *quo et semper utendum est et omnibus.* Inv. II. 22. Pietas, *quae erga patriam aut parentes, aut alios sanguine coniunctos* officium *conservare moneat.* 2. *Pflichtmäfsige Handlung.* Fam. V. 7. *Nulla re tam laetari soleo, quam meorum* officiorum *conscientia, quibus si quando non mutue respondetur, apud me plus* officii *residere facile patior.* Her. II. 17. *ignoscendi ratio quaeritur ex iis locis, si plura aut maiora* officia, *quam* maleficia *videbuntur constare.* 3. *Dienst, Beruf.* Herenn. fr. *quum canes fungantur* officiis *luporum.* Orat. I. 31. *oratoris* officium, *dicere ad persuadendum accommodate.* Fin.

IV. 14. *quum constet inter omnes, omne* officium, *munusque sapientiae in hominis cultu esse occupatum.* 4. *Gefalligkeit, Liebesdienst.* Fam. III. 4. *mea in te omnia summae necessitudinis* officia *constabunt.* Planc. 10. *huius in illum ordinem summa* officia *quaesturae tribunatusque constabant.* Lael. 20. officia *meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare qui contulit.* „5. *Opera.* Her. II. 10. *commendatoris* officium. 6. Honos qui ex more alicui salutando, occurrendo deducendo, sectando habetur (*Ehrenbezeigung*). Muren. 33. *frequentiam in isto* officio (*obviam eundi*) *gratuitam — non defuisse.* Ibid. 34. *noli igitur eripere hunc inferiori generi hominum* officii *fructum;* i. e. voluptatem, quem ex hoc officio praestando capiunt." *Ern.*

OFFUNDERE. 1. Sensu proprio, de corporibus. Ac. pr. II. 25. *ut illis* (piscibus) *aqua, sic nobis aer crassus* offanditur. Fin. III. 14. *obscuratur et* offunditur *luce solis lumen lucernae.* 2. Metaphorice. Tusc. V. 3. *hic error et haec indoctorum animis* offusa *caligo est.* Rosc. Am. 32. *tamquam si* offusa *reip. sempiterna nox esset, ita ruebant in tenebris, omniaque miscebant.* Tusc. III. 34. *si quid tenebrarum* offudit *exsilium.* N. D. I. 3. *multis sensi mirabile videri, eam nobis potissimum probatam esse philosophiam, quae lucem eriperet et quasi noctem quandam rebus* offunderet. 3. „Marcell. 4. *omnium Marcellorum memoria pectus meum* offudit. Videtur esse converse dictum pro: *omnium Marcellorum memoria pectori meo* offusa *est.* Vid. Graev. aut *offudit* dictum est pro *confudit* quod est tristitia affecit, implevit, ut ep. Liv. XLV. 42. vel *perturbavit*, ut ep. Sueton. Caes. 7. De verbo ipso adde Heins. ad Valer. Flacc. IV. 482." *Ern.*

OLEA. 1. Arbor. Div. II. 6. *Agricola quum florem* oleae *videt, baccam quoque se videre putat.* Leg. I. 1. *Athenae sempiternam in arce* oleam *tenere potuerunt.* 2. Bacca oleae. Fam. IX. 16. *solebam antea debilitari* oleis *et lucanicis tuis.*

OLEARIUS. Top. 3. *cellae* oleariae. Sen. 16. *refecta cella vinaria,* olearia, *etiam penaria.*

OLEASTER. Verr. III. 23. *hominem suspendi iussit in* oleastro *quodam.*

OLERE. 1. Sensu proprio. Orat. III. 25. *magis laudari* (unguentum) *quod ceram, quam quod crocum* olere *videntur.* Tusc. IV. 24. *disserunt* (Stoici) *sic se*

dicere omnes stultos insanire, ut male olere *omne coenum.* 2. Metaphorice, de eo quod in mente aut animo se prodit. N. D. I. 26. *Epicurus nihil* olet *ex Academia, nihil ex Lyceo, nihil ne e puerilibus quidem disciplinis.* Rosc. Com. 7. *nonne ipsum caput et supercilia illa penitus abrasa* olere *malitiam et clamitare calliditatem videntur.* 3. Orat. 45. *Quid? illud non* olet; (i. e. facile intelligitur) *unde sit!* 4. De oratione. Att. II. 1. *tua illa — horridula mihi atque incompta visa sunt; sed tamen erant ornata hoc ipso, quod ornamenta neglexerant, et ut mulieres ideo bene* olere, *quia nihil* olebant, *videbantur.* 5. De voce. Orat. III. 12. *quum sit quaedam certa vox Romani generis urbisque propria, in qua nihil offendi, nihil displicere, nihil animadverti possit, nihil sonare aut* olere *peregrinum.*

OLEUM. 1. Hortens. fr. *ignis gliscit* oleo. Verr. IV. 57. *Aristaeus inventor* olei. 2. Proverbialis locutio. Fam. VII. 1. *is fatetur se et operam et* oleum *perdidisse.* Att. II. 17. *ne et* opera et oleum *philosophiae nostrae periret.* 3. Metaphorice. Sen 11. *nec vero corpori soli subveniendum est* (senibus) *sed menti atque animo multo magis. Nam haec quoque, nisi tamquam lumini* oleum *instilles, exstinguuntur senectute.* 4. De exercitatione umbratili. Orat. I. 18. *nitidum quoddam genus est verborum et laetum, sed palaestrae magis et* olei (h. e. epidictici generis orationum) *quam huius civilis turbae ac fori.* Ducta est similitudo ab iis, qui in palaestra se exercentes lucta corpus oleo perungere solebant.

OLFACERE. 1. Sensu proprio. Tusc. V. 38. *quidam disputant ceteras voluptates in ipsis habitare sensibus; quae autem aspectu percipiantur, ea non versari in oculorum ulla iucunditate, ut ea quae gustemus,* olfaciamus, *tractemus, audiamus in ea ipsa ubi sentiamus parte versentur, in oculis nihil tale sit.* 2. Metaphorice, *expiscari.* Rull. I. 3. *nullus numus tam abstrusus est, quem non architecti huius legis* olfecerint.

OLIM. 1. De tempore praeterito. Att. V. 21. *commemorat quid* olim *mali C. Iulius fecerit, quum dieculam duxerit.* Graevius h. l. *olim* de futuro tempore intelligendum censuit eique assensus est Ern. At recte Mongaltius monuit insolens esse, *fecerit* pro *facturus sit,* in hac verborum serie poni. Et quod Cicero adiicit: *Numquam Resp. plus,* hoc nihil aliud est, quam: nun-

quam remp. plus mali passam esse. *Dieculam ducere* est debitoribus diem solutionis differre. 2. De tempore futuro. Att. XI. 4. *utinam corum tecum* olim *potius, quam per epistolas.*

OLITOR. Fam. XVI. 18. *excita Phaedrum ut hortum ipse conducat, sic* olitorem *commovebis.*

OLIVA, arbor. N. D. III. 18. *Aristaeus qui* olivae *inventor dicitur.* Ibid. III. 8. *si ex* oliva *modulate canentes tibiae nascerentur, num dubitares, quin inesset in* oliva *tibicinis quaedam scientia?*

OLIVETUM, locus olivis consitus. N. D. II. 62. Sen. 16.

OLUSCULUM. Att. VI. 1. Olusculis *nos soles pascere.*

OLLA. Fam. IX. 18. *implere* ollam *denariorum.*

OMEN, proprie est divinationis causa quae vocibus auditis continetur. Divin. I. 45. *Saepe etiam in praeliis Fauni auditi et in rebus turbidis veridicae voces ex occulto missae esse dicuntur.* (Cuius generis duo ibidem exempla afferuntur) — *Neque solum deorum voces Pythagorei observitaverunt, sed etiam hominum quae vocant* omina. (Hic quoque adduntur exempla) Div. II. 40. *Atque his superstitionibus non dubitasti etiam* omina *adiungere.* Div. I. 46. *Praerogativam etiam maiores* omen *iustorum comitiorum esse voluerunt;* h. e. in nomine praerogativae vel centuriae vel tribus, quae sorte lecta prima suffragia ferebat, inesse putarunt, si bonum nomen esset, omen, quod ostenderet, comitia iusta esse, et vitio carere. Verr. II. 6. *o praeclare coniectum a vulgo in illam provinciam* omen *communis famae atque sermonis, quum ex nomine istius quid in provincia facturus esset perridicule homines augurabantur.* (Nimirum ita dicere solebant: *Verres everret provinciam*) Quare paullo post sequitur: *Videte satisne paratus* (Verres) *ex illo* omine *urbano ad* everrendam *provinciam venerit.* Div. I. 46. *audivi — Caeciliam Metelli, quum vellet sororis suae filiam in matrimonium collocare, exisse in quoddam sacellum* ominis *capiendi causa;* h. e. expectantem, si quam forte vocem veridicam audiret. Inde formula malum aliquod depeccandi solemnis: *Quod dii* omen *avertant;* vel quod Iupiter omen avertat Phil. XI. 5. Sic Phil. IV. 4. *o dii immortales avertite quaeso et detestamini quaeso hoc* omen. Phil. IX. 4. *ita locutus est, ut eius oratio*

omen *fati videretur.* 3. Prosequi aliquem ominibus vel bonis vel malis dicitur is, qui ei vel bona optat et vaticinatur, vel mala apprecatur et praesagit. Pis. 14 de Pisone et Gabinio. *An, quum proficiscebamini paludati in provincias vel emptas, vel ereptas, consules vos quisquam putavit? Itaque, credo, si minus frequentia sua vestrum egressum ornando atque celebrando, at* ominibus *saltem bonis ut consules, non tristissimis ut hostes aut proditores prosequebantur.* Sext. 33. *exierunt malis* ominibus *atque* exsecrationibus *duo vulturii paludati.* Phil. XII. 8. *proficiscantur legati optimis* ominibus. 4. „Dicitur tamen omen etiam de aliis auspiciis. Div. I. 48. *sic aquilae clarum firmavit Iupiter omen.* De somniis est apud Tibull. III. 4. 9. ubi vid. Broukhus. 5. Cluent. 5. omina *in nuptiis* commemorantur unde ap. Virgil. Aen. I. 346. omina *prima* de nuptiis primis." *Ern.*

OMINARI. Brut. 96. postquam Cicero dixerat: *sic Hortensii vox exstincta fato suo est, nostra publico,* respondet Brutus: *Melius quaeso* ominare. Off. II. 21. *danda etiam opera est ne — propter aerarii tenuitatem — tributum sit conferendum; idque ne eveniat, multo ante erit providendum. Sin qua necessitas huius muneris alicui reipublicae obvenerit, malo enim quam nostrae* ominari, — *danda erit opera, ut omnes intelligant, necessitati esse parendum.*

OMITTERE. 1. *Von etwas ablassen.* Brut. 76. omittamus *lugere.* Somn. 1. *timorem* omitte. 2. Negligere, *unterlassen.* Cael. 22. *quod facinus in alienum hominem illatum severe acciperet, id* omisisset *curare in hospite?* 3. Praetermittere, *etwas ungenutzt vorbeygehn lassen.* Q. Fr. II. 5. *primam navigationem, dummodo idonea tempestas sit ne* omiseris. Fin. I. 10. *ut voluptates* omittantur *maiorum voluptatum adipiscendarum causa.* 4. In oratione aliquid praeterire. Quint. 21. *ut alia* omittam *hoc satis est.* Att. VIII. 3. omitto *illa vetera.* Pis. 22. *de reditu Gabinii* omittamus.

OMNINO. 1. *Prorsus, plane.* Fin. V. 8 *tres* omnino *fuerunt;* praecise *drey, nicht mehr und nicht weniger.* Div. I. 39. *fieri* omnino *neges.* Tusc. II. 1. *omnino* philosophari *haud placet.* 2. *Disertis verbis.* Tusc. V. 9. *non usquam id dicit* omnino, *sed quae dicit idem valent.* 4. *In genere, in universum.* Lael. 21. omnino *omnium eadem cautio est.* Off. I. 25. omnino

qui reip. praefuturi sunt duo praecepta Platonis teneant; cf. ibid. 33. Caecil. 4. *quod omnino Marcellorum nomini tota illa provincia adiuncta est;* cf. Acad. IV. 2. Tusc. I. 26 Lael. 23. *Ern.*

OMNIPOTENS. Tusc. IV. 34. *teque* omnipotens *Neptune invoco.*

OMNIS. 1. Cunctus. Pis 5. *Totum palatium erat senatu, equitibus Romanis, civitate* omni, *cuncta Italia refertum*, h. e. refertum hominibus ex omnibus Italiae civitatibus 2. Totus. N. D. II. 55. *sanguis per venas in* omne *corpus diffunditur.* Tusc. II. 23. *profundenda voce* omne *corpus intenditur.* Orat. II. 21. *tota mente atque* omni *animo intueri.* 3. „N D. I. 27. *rem nullo modo probabilem omnium.* Simile est formae *minime omnium* " *Ern*

OMNIVAGUS. N. D. II. 27. *Diana* omnivaga *dicitur, non a venando,* (h. e. *non quod in venando omnibus locis vagetur*) *sed quod in septem numeratur tamquam* vagantibus, *i. e.* planetis. Lambinus et Gruterus praetulerunt *annivaga* ut est ap. Probum ad Virgil. Ecl. IX.

ONAGER. Att. VI. 1. *erat praeterea Cynocephalus in essedo; nec deerant* onagri.

ONCHISMITES, ventus a portu Epiri Onchesmo spirans versus Italiam: Vid. Att. VII. 2. et ibi interpretes. Quidam libri habent *Anchesmites.* de quo vid. Casaub. ad Dionys. Halic. L. 1. p. 332. ed. Huds. *Ern.*

ONERARE, sensu metaphorico. 1. Pro *complere*, de rebus bonis. Orat. III. 30. onerandum *complendumque pectus maximarum rerum et plurimarum suavitate, copia, varietate.* N. D. III. 3 *Animadverti te quam plurimis posses, argumentis* onerare *iudicem.* 2. Item de rebus molestis. Fam. III. 10. *te autem quibus mendaciis homines levissimi* onerarunt?

ONERARIUS. Verr. I. 17. *sustulit signa pulcherrima atque antiquissima, eaque in* onerariam *navem suam coniicienda curavit.* Div. I. 32. *noctu ad oppidum respicientes, flagrantes* onerarias, *quas incenderant milites, quia sequi noluerant, videbatis.*

ONUS. 1. De rebus corporeis. Manil. 18. *insula Delos, quo omnes undique cum mercibus atque* oneribus *commeabant.* 2. Metaphorice, de rebus molestis, inprimis de onere vectigalium, tributorum etc. Fam. XIII. 7. *municipium maximis* oneribus *pressum.* Verr.

in praediis colendis operae *plurimum studiique consumere.* 2. De industria in re publica administranda, et in literarum studiis. Div. II. 2. *tribuenda est* opera *rei publicae.* Div. II. 68. *propter intermissionem forensis* operae *lucubrationes detraxi.* Inv. II. 2. *Ab Aristotele qui profecti sunt — in maximis philosophiae partibus* operae *plurimum consumpserunt.* Off. I. 6. *quidam nimis magnum studium multamque* operam *in res obscuras atque difficiles conferunt.* 3. *Operam dare,* *a*) cum dativo vel rei, vel personae. Orat. I. 62. *valetudini* dare operam. Leg. II. 11. *rebus divinis* operam dare. Brut. 90. *eodem tempore Moloni* dedimus operam, h. e. eum audivimus docentem. Brut. 89. *iuris civilis studio multum* operae *dabam Scaevolae.* Att. XII. 50. operam dare *auctioni*, i. e. ei interesse. Att. XIII. 49. *dixit* iudicem operam dare sibi *constituisse eo die ipso quo de Sextio nostro — in consilium iri necesse erat.* Att. IV. 3. *Dionysius* operam *nobis* dat *egregiam.* Fam. IX. 22. *liberis* dare operam, *quam honeste dicitur? Etiam patres rogant filios. Eius* operae *nomen non audent dicere.* *b*) Cum praepositionibus. Tusc. I. 24. *in quam exercitationem* operam *dedimus.* Orat. II. 28. operam dare *ad audiendum.* *c*) Sequente particula *ut.* Att. XVI. 16 da operam *ut valeas.* Verr. II. 28. *primum* opera danda est, *ut eos nobiscum ducamus, qui famae nostrae capitique consulant.* — *d*) Dicitur etiam simpliciter *operam dare,* pro negotium suum agere. Verr. II. 29. operam dare *iubet Petillium* quod rei privatae iudex esset. Item pro *iuvare, auxilium praestare.* Off. II. 20. *quis est tandem qui inopis et optimi viri causae non anteponat* in opera danda *gratiam fortunati et potentis?* 4. Opera dicitur etiam simpliciter pro industria. Mur. 17. *L. Philippus summo ingenio*, opera *gratia.* 5. Item pro studio aliquid faciendi, *Lust zu einer Arbeit.* Q. Fr. III. 4. *de versibus, quos tibi a me scribi vis, deest mihi quidem* opera, *quae non modo tempus, sed etiam animum vacuum ab omni cura desiderat.* 6. Nonnumquam *opera* ponitur pro ipso tempore quo opus est ad aliquid efficiendum. Fam XVI. 21. *multum* operae *mihi eripitur in exscribendis hypomnematis*, ubi Graevius praeter alia comparavit locum Gell. N. A. VII. 17. *nunc mihi* opera (al. *operae*) *non est. Quum otium erit revises ad me, atque disces.* — 7. Operae pretium. Rull. II. 27. operae pretium *est diligentiam*

maiorum recordari. Rosc. Am. 37. *si nihil in ista pugna Roscii, quod* operae pretium *esset fecerant.*

OPERAE. 1. De laboribus. Planc. 19. *homines in* operas *mittere* (*den Leuten Arbeit und Verdienst verschaffen*). Parad. VI. 2. qui honeste rem quaerunt mercaturis faciendis, operis dandis (*durch Handdienste*). Mur. 9 *assiduitatis et harum* operarum *quotidianarum* (*scil.* forensium) *putat esse consulatum.* 2. De hominibus quorum opera utimur in certis negotiis. Att. I. 13. operae *comparantur.* Inprimis Cicero *operas* per contemtum vocat servos aut alios mercenarios ad facinora quaedam conductos (Germanice *Helfershelfer*). Phil. I. 2. *cuius maleficii ista poena est ut dicere hoc ordine auderet se* publicis operis *disturbaturum publice ex senatus sententia aedificatam domum.* Sext. 27. *Cur ceteri reges stabilem esse suam fortunam arbitrentur, quum — videant per tribunum aliquem et sexcentas* operas *se fortunis spoliari et regno omni posse nudari.* Phil. I. c. 9. *quis aut accusator tam amens reperiretur qui reo condemnato obiici se* multitudini conductae *velit? aut iudex qui reum damnare audeat, ut ipse ad* operas mercenarias *statim protrahatur?* Sext. 17. *erat mihi contentio non cum victore exercitu, sed cum* operis *conductis et ad diripiendam urbem concitatis.* Att. IV. 3. *prohibere* operas *aditu.* Att. XI. 11. operae *Clodianae pontes occupaverant.* 3. *Operas dare* peculiari significatione dicuntur ii, quibus publicanorum societates hoc muneris committebant, ut in exigendo portorio vel in scriptura, h. e. vectigali pro pascuis exigendo occuparentur. Verr. II. 70. *Canuleius, qui in portu Syracusis* operas dabat, *furta quoque istius permulta nominatim ad socios perscripserat, quae sine portorio Syracusis erant exportata, portum autem et scripturas eadem societas habebat.* Att. XI. 10. *P. Terentius* operas in portu *et scriptura pro magistro dedit*, cf. Fam. XIII. 65.

OPERARIUS. Parad. III. 2. *utrum bonis est quaerendum, quid baiuli atque* operarii *an quid homines doctissimi senserint!* Brut. 73. *quare non quantum quisque prosit, sed quanti quisque sit, ponderandum est; praesertim quum pauci pingere egregie possint aut fingere,* operarii *autem et baiuli deesse non possint.* Orat. I. 18. *Mnesarchus hos quos nos oratores vocaremus, nihil esse dicebat nisi quosdam* operarios *lingua celeri et exercitata.* Ibid. I. 62. operarium *nobis quendam*

oratorem facis. Her. III. 15. *In gestu nec venustatem conspicuam, nec turpitudinem esse* (convenit) *ne aut histriones, aut* operarii *videamur esse.* Tusc. V. 36 *an quidquam stultius, quam quos singulos sicut* operarios *barbarosque contemnas eos aliquid putare esse universos?*

OPERCULUM. N. D. II. 54. *aspera arteria tegitur quasi quodam* operculo (scil. *epiglottide*).

OPERIRE. Verr. IV. 53. *fons qui fluctu totus* operiretur, *nisi munitione ac mole lapidum a mari disiunctus esset.*

OPEROSE. Orat. 44. *fiat quasi structura quaedam; nec tamen fiat* operose; *nam esset quum infinitus tum puerilis labor.*

OPEROSUS. 1. *Mühsam.* N. D. II. 23. *multitudo nec cessantium deorum, nec eo quae agant, molientium cum labore* operoso *et molesto:* Q. Fr. II. 13. scribebam illa *πολιτικά*, *spissum sane opus et* operosum. 2. *Thätig.* Sen. 8. *Videtis ut senectus non modo languida atque iners non sit, verum etiam sit* operosa, *et semper agens aliquid et moliens.* Fin. I. 21. *An ille* (Epicurus) vivendi *artem tantam tamque* operosam, *et perinde fructuosam relinqueret?* 3. Certam operae mensuram requirens. Leg. II. 18. *textile ne* operosius *quam mulieris opus menstruum.* Ibid. II. 26. lege (Atheniensium) *sanctum est, ne quis sepulcrum faceret* operosius, *quam quod decem homines effecerint triduo.* 4. *Artes operosae* sunt, quae manibus potissimum utuntur in efficiendis operibus, (*Handwerke*). Off. II. 5. *quae in rebus inanimis, quaeque in usu et tractatione beluarum fiunt utiliter ad hominum vitam, artibus ea tribuuntur* operosis.

OPERTUM. 1. Adytum, locus quem adire nefas. Parad IV. extr. *Clodius in* opertum *Bonae Deae accessit.* Ibid. *Et quidem in* operto *fuisti.* 2. Oracula ex adyto edita. Div. I. 50. *quo e genere Apollinis* operta *prolata sunt.* Ibid. II. 55. *nec Apollinis* opertis *credendum existimo. Ern.*

OPERTUS. 1. Proprie, tectus. Div. II. 36. *lectica* operta. Sen. 10. *arbitror te audire* — (Masinissam) *nullo imbre, nullo frigore adduci, ut capite* operto *sit.* 2. Obrutus. Verr. IV. 50. *non contumeliis, quibus* operti *oppressique erant, conquerebantur.*

OPES. 1. *Omnis generis subsidia* (*Hülfsmittel*). Fin. I. 16. opes *vel fortunae vel ingenii liberalitati magis conveniunt.* 2. Labor, opera, vires. Div. II. 2. *quod munus reip. afferre maius meliusve possumus, quam si docemus atque erudimus iuventutem; his praesertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapsa est, ut omnium* opibus *refrenanda ac coërcenda sit.* 3. *Facultates, divitiae.* Rab. Post. 1. *si quis est — qui C. Rabirium, quod suae fortunae fundatus praesertim atque optime constitutas* opes *potestati regiae* (Ptolemaei) *libidinique commiserit, reprehendendum putet, adscribat ad iudicium suum — meam — sententiam.* Att. XI. 2. *illa hereditas meam fidem et famam tueri potest, quam quidem intelligo, etiam sine hereditate, tuis* opibus *te defensurum fuisse.* 4. Potentia singulorum hominum, (*Macht, mächtiger Einfluſs*). Phil. I. 12. opes *violentas et minime ferendam potentiam concupiscere.* Lael. 15. *multorum* opes *praepotentium excludunt amicitias fideles.* Brut. 81. (C. Curio fil.) *si me audire voluisset, ut coeperat, honores, quam* opes *consequi maluisset.* 5. Potentia reipublicae; in divitiis, exercitibus, sociis posita. Sext. 1. *pro tantis* opibus *reip.* Fam. VI. 6. *coniunctione* (Caesaris et Pompeii) *frangi senatus* opes, *disiunctione civile bellum excitari videbam.*

OPIFEX. 1. Sensu proprio, *Handwerker.* Flacc. 8. opifices *et tabernarios atque illam omnem faecem civitatis quid est negotii concitare?* Fin. III. 2. *ut omittam has artes elegantes et ingenuas, ne* opifices *quidem tueri sua artificia possent, nisi vocabulis uterentur nobis incognitis, usitatis sibi.* 2. Artifices, (*bildende Künstler*). Tusc. I. 15. opifices post mortem nobilitari volunt. Quid enim Phidias sui similem speciem inclusit in clypeo Minervae, quum inscribere non liceret. Orat. 2. *ne* opifices *quidem se artibus suis removerunt, qui aut Ialysi, quem Rhodi vidimus, non potuerunt, aut Coae Veneris pulcritudinem imitari.* 3. Creator. N. D. I. 8. opifex *aedificatorque mundi deus.* 4. De eo qui novis vocabulis utitur. Tusc. V. 11. *Zeno Citticus, advena quidem et ignobilis verborum* opifex, *insinuasse se in antiquam philosophiam videtur.* Acad. fr. *Non vocabulorum* opificem, *sed rerum inventorem decet esse sapientem*

OPIMUS. 1. De corporis pinguedine. Div. I 52. *in extis bovis* opimi *cor non fuit.* Inde transfertur ad ora-

orationis habitum. Brut. 16. *Habet* (Lysias) *certos sui studiosos, qui non tam habitus corporis* opimos, *quam gracilitates, consectentur, quos valitudo modo bona sit, tenuitas ipsa delectet.* 2. De fertilitate agrorum et ubertate proventuum. Manil. 6 *Asia tam opima est et fertilis, ut et ubertate agrorum, et varietate fructuum, et magnitudine pastionis, et multitudine earum rerum quae exportantur facile omnibus terris antecellat.* 3. De magnitudine praedae. Rosc. Am. 3. opima *praeclaraque praeda.* Verr. I. 37. *quum tibi se tota Asia spoliandam ac vexandam tradidisset; quum tibi exposita esset omnis ad praedandum Pamphylia, contentus his tam* opimis *rebus non fuisti?* ibid I 50. *indignum isti videri coepit, ex tanta aede, tantoque opere, se non* opimum praeda — *di cedere.* 4. De oratione nimiis ornamentis affluente (*uberladen*) Orat. 8. opimum *quoddam et tamquam adipatae dictionis genus.* 5. De oratione copiosa. Brut. 78. *ornamenta non satis* opima. 6. De sono verborum. Orat 47. *Ennius* in templis ISDEM *probavit. At* eisdem *erat verius;* nec *tamen* eisdem opimius; *male sonabat* iisdem.

OPINABILIS. 1. *Auf Vermuthungen beruhend.* Div. 1. 14. *Artes quae coniectura nituntur et sunt* opinabiles. Ibid. *Similis est haruspicum responsio omnisque* opinabilis *divinatio. Coniectura enim nititur ultra quam progredi non potest.* Ac. post. I 8. *Sensus omnes hebetes et tardos esse arbitrabantur* (Academici) *nec percipere ullo modo res eas quae subiectae sensibus viderentur. — Itaque hanc omnem partem rerum* opinabilem *appellabant.* 2 *Eingebildet.* Tusc. III. 31. *Hic mihi afferunt mediocritates* (dolorum). *Quae si naturales sunt, quid opus est consolatione? Natura enim ipsa terminabit modum. Sin* opinabiles; *opinio tota tollatur.*

OPINARI. 1. *Meinen.* Fam. VII. 24 *Capius* (opinor) *olim, non omnibus dormio; sic ego non omnibus servio.* Att. I. 15. *primus, ut* opinor, *introitus.* 2. Urtheilen, denken. Pis. 20. *de vobis hic ordo* (senatus) opinatur, *non secus ac de teterrimis hostibus.* 3. *Für wahr halten, behaupten.* Muren. 30. *nostri illi a Platone et Aristotele — aiunt — ipsum sapientem saepe aliquid* opinari, *quod nesciat* Div. II. 6 *Medicus morbum ingravescentem ratione providet, insidias imperator, tempestates gubernator, et tamen hi ipsi saepe*

OPINIOSUS. Ac. pr. II. 47. *principes dialecticorum Antipater et Archidemus* opiniosissimi *homines (gewaltig reich an Hypothesen) nonne multis in rebus dissentiunt!*

OPIPARE. 1. De lautitia cenae. Att. XIII. 50. *Caesar et edit et bibit — iucunde;* opipare *sane et apparate.* Ibid. V. 9. *quum* opipare *epulati essemus hilarem in modum.* 2. De donis. Att. VII. 2. *Alexion me* opipare *muneratus est.*

OPIS. Sen. 2. *quibus nihil* opis *est in ipsis ad bene vivendum, iis gravis est omnis aetas.* Att. XV. 15. *omni* ope *et opera enitar.* Off. I. 15. *ut quisque maxime* opis *indigeat, ita ei potissimum opitulari.* Att. IX. 19. *Caesar iam* opes *meas, non, ut antea,* opem *exspectat.* Verr. V. 65. *tolle hanc spem, tolle hoc* praesidium *civibus Romanis. constitue nihil esse* opis *in hac voce* CIVIS ROMANUS SUM, de Glor fr. *Oppidorum appellationem usurpatione appellatam esse existimo, quod* opem *darent.*

OPITULARI, opem ferre. Off. I. 43. *subvenire et* opitulari *patriae.* Fam. XII. 30. *nihil sane possum tibi* opitulari. Inv. II. 2. *alii alio ex fonte praeceptores dicendi emanaverunt, qui item permultum ad dicendum, si quid ars proficit,* opitulati *sunt.*

OPORTET. 1. *De necessitate officii perfecti.* Orat. 22. oportere *perfectionem declarat officiis, quo et semper utendum est et omnibus.* 2. *De eo quod fieri debeat e prudentiae rationibus, vel officii imperfecti causa.* Balb. 3. *Si aliquid non contra ac liceret factum diceretur, sed contra atque* oporteret; *tamen esset omnis eiusmodi reprehensio a vobis iudices repudianda. Num vero quid — ait accusator? fecisse, Pompeium quod ei facere non licuerit! quod gravius est, quam, si id factum ab eo diceret, quod non* oportuisset. *Est enim aliquid quod non* oporteat, *etiam si licet Quicquid vero non licet certe non* oportet. Att. XIII 23 *hoc fieri et* oportet *et opus est.* Att IV. 6. *si loquor de republ. quod oportet* insanus, *si quod* opus est *servus existimor.*

OPPERIRI. Att. IV. 2. *scribas ad me velim, si quid erit, quod* opperiare. Ibid. X. 3. *Ego in Arcano* opperior *dum ista cognosco.*

OPPETERE. Off. I. 31. *Aiax, quo animo traditur, millies* oppetere *mortem, quam illa perpeti maluisset;* scil. quae Ulysses pertulerat. Phil. XII. 12.

OPPLORARE. Her. IV. 52. *quin illum mihi datis, ac vos auribus meis* opplorare *desinitis? (hört auf, mir die Ohren voll zu heulen.)*

OPPONERE 1. De corporibus. Off. II. 4. *moles* oppositae *fluctibus.* N. D. II. 52. *Gallinae avesque reliquae — pullos quum excluserint ita tuentur — ut, si est calor a sole, se* opponant. Att. VII. 22. *et non omnes nostra corpora* opponimus? Dom. *Hanc ego vim meo corpore* opposito *a bonorum cervicibus depuli* Pison. fr. *caput* opponis, *cum eo coniscans.* Fam. VIII. 1. *manus ad os opponere,* quo gestu silentium esse servandum significatur. Font. 1. *propugnaculum hostibus* oppositum *et obiectum.* 2. De hominibus, de viribus animi, aliisque rebus, quibus aliquis oppugnatur. Quint. 14 *minae iactentur, pericula intendantur, formidines* opponantur. Sext. 19. *quum viderem — eos, qui plurimum possent,* opponi *omnibus concionibus falso sed formidolose tamen ad perniciem meam.* Verr. III. 57. *quum decumani aratoribus ad pactiones faciendas non suam vim, sed tuum scelus ac nomen* opponerent. 3. De argumentis, aliisque dictis quae in oratione vel disputatione adversario obiiciuntur. Phil. II. 4. *quid* opponas *tandem si negem — quo me teste convincas?* Orat. 40. *ut ante occupet, quod videat* opponi. Orat. II. 83. *his quatuor causis* (ex quibus scil. oritur acclamatio adversa populi) *totidem medicinae* opponuntur. Top. 25. opponitur *scripto voluntas scriptoris.* Opt. gen. or. 6. *huic labori nostro duo genera reprehensorum* opponuntur. 4. De eo quod excusationis causa affertur. Att. I. 1. *illud suum regium iudiciale* opposuit.

OPPORTUNE, de eo quod commodo et apto tempore fit. Brut. 60. opportune *adest.* Fam. I. 9. *te ipsum cupio, nihil* opportunius *potuit accidere.*

OPPORTUNITAS. 1. De commoditate temporis. Fin. III. 14. opportunitas (*sic enim appellemus* εὐκαιρίαν) *non fit maior productione temporis; habent enim suum modum quaecunque* opportuna *dicuntur.* Inv. I. 27. *occasio est pars temporis, habens in se alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi* opportunitatem. Off. I. 40. *scientia* opportunitatis *idoneorum ad agendum temporum.* 2. Commoditas loci. Inv. I. 26. *Locus consideratur, in quo res gesta sit, ex* opportunitate, *quam videtur habuisse ad negotium administrandum.* 3. Occasio alicuius rei. Div. I. 42. *ac mihi quidem vi-*

dentur e locis quoque ipsis, qui a quibusque incolebantur, divinationum opportunitates *esse ductae.* 4. Opportunitates etiam dicuntur commoda ipsa s. utilitates. Manil. 17. *quum ad ceteras summas utilitates haec quoque* opportunitas *adiungatur.* Lael. 6. *tales inter viros amicitia tantas* opportunitates *habet, quantas vix queo dicere* N. D. II. 22. *mundi natura — consultrix et provida utilitatum* opportunitatumque *omnium.* Leg. I. 9. *omitto* opportunitates *habilitatesque reliqui corporis.* Off. III. 9. (Gyges) hac opportunitate *annuli usus reginae stuprum intulit.* N. D. I. 33. *considerantes quae sit utilitas, quaeque* opportunitas *membrorum.* Inv. I. 2. opportunitates *in animis rerum maximarum.* 5. Eventus commodus et opportunus. Phil. III. 10. *praeclara fuit senatus illo ipso die vespertina provinciarum religiosa sortitio, divina vero* opportunitas, (*es war ein gunstiger von Gottes Vorsehung verfugter Zufall*) *ut quae cuique apta esset, ea cuique veniret.*

OPPOSITIO. Inv. I. 28. *Disparatum est id, quod ab aliqua re per* oppositionem *negationis separatur, hoc modo: sapere et non sapere.*

OPPOSITUS, subst. Marcell. 10. *non modo excubias et custodias sed etiam laterum nostrorum* oppositus *et corporum pollicemur.*

OPPRESSIO. 1. Dom. 3. *Hunc tu civem ferro et armis — obsessione templorum, occupatione fori* oppressione *curiae — cedere curasti.* 2. Servitus. Att. II. 18. *hac tamen in* oppressione *sermo liberior est, quam fuit.* Off. III. 21. *Ecce tibi* (Caesarem tangit) *qui rex populi Romani dominusque gentium esse concupierit, idque perfecerit. Hanc cupiditatem si honestam quis esse dicit, amens est. Probat enim legum et libertatis interitum, earumque* oppressionem *tetram et detestabilem gloriosam putat*

OPPRESSOR. Ep. ad Brut. 15. *vindex et* oppressor *coniurationis.*

OPPRESSUS. 1. Sensu proprio. Off. II. 7. *armis* oppressa *civitas.* Muren. 15. *Mithridates quem L. Murena repressum magna ex parte non* oppressum *reliquit.* Verr. II. 19. *domus capta et* oppressa. 2. Obrutus. Div. II 23. *quomodo potuit terra* oppressus *vivere?* 3. *Coercitus, frenatus.* Flacc. 16. *audacia comprehensa et* oppressa *tenetur.* 4. *Non liber.* Pison. 13. *mens* oppressa *praemio.* Ibid. 17. *conscientia scelerum*

oppressus *nihil ausus est ad senatum scribere.* 5. *Subito ruptus.* Lael. 21. *ut amicitia potius exstincta quam* oppressa *videatur* (scil. sicut incendium ruina). Caecin. 10. *ius civile* oppressum, est quum potentia, gratia, pecunia efficitur, ut contra ius dicatur. 6. De moribundo. Cael. 24. *Metellus — moriens, quum iam ceteris ex partibus* oppressa *mens esset* (*bey übrigens schon ganz geschwächten Geisteskräften*) *extremum sensum ad memoriam reip. conservabat.* 7. In sermone de literis non clare satis pronuntiatis. Off. I. 37 *literae neque* oppressae (*verschluckt*), *neque expressae, ne aut putidum sit, aut obscurum.*

OPPRIMERE. 1. Vincere, superare. Font. 12. *nationem armis conficere atque* opprimere. Fam. X. 20. *qui* oppresserit *Antonium, is bellum confecerit.* 2. Coërcere, reprimere. Rosc. Am. 13 *perniciosam atque intolerandam potentiam — exstinguere atque* opprimere. Fin. II. 10. *quae iam oratio non a philosopho sed a Censore* opprimenda *est.* 3. Verr. I. 9. opprimi reus *dicitur* qui indicta causa iniusteve condemnatur. 4. Cogere. Verr. III. 58. *institit*, oppressit, *non remisit*, ductum est ab oppressione faucium. 5. *Opprimi* dicitur cuicunque aliquid subito et praeter opinionem accidit. Verr. IV. 67. *ne subito a me* opprimantur scil. interrogando. Ibid. III. 91. *Antonium mors* oppressit. 6. Occultare. Rosc. Am. 41. *ab iis* opprimitur *et absconditur. Ern.*

OPPUGNARE. 1. Armis aliquem persequi. Inv. I. 1. Phil. VI. 3. *ad quem legatos? ad eum* (Antonium) *qui — Brutum* oppugnet, *Mutinam circumsedeat.* Harusp. 3. *obsidere*, oppugnare *et labefactare urbem.* Manil. 8. *urbem Cyzicenorum obsessam esse ab ipso rege et* oppugnatam *vehementissime.* 2. Adversari alicui, inimice insectari. Verr. III. 78. oppugnare *commoda et iura alicuius.* Sext. 47. oppugnatur *maioribus praesidiis et copiis resp. quam defenditur.* Fam. V. 1. *nec Metellum fratrem ob dictum capite et fortunis per te* oppugnatum *iri existimabam.* Ibid. 2. *non* oppugnavi *fratrem tuum, sed fratri tuo* repugnavi. Q. Fr. II. 4. *Vatinium a quo palam* oppugnabamur *arbitratu nostro concidimus.* Fam. I. 1. oppugnare *aliquem pecunia*, i. e. eius consilia impedire alios pecunia corrumpendo. Orat. 86. oppugnare *aliquem clandestinis consiliis.* 3. Operam dare, ut aliquid obtineatur. Rull. I. 1. *quas res aperte peteba-*

tur, ea nunc occulte cuniculis oppugnatur. 4. Adversus aliquem disputare. Orat. II. 38. *Carneades — nullam umquam in illis suis disputationibus rem defendit, quam non probarit; nullam* oppugnavit, *quam non everterit.*

OPPUGNATIO. 1. *Belagerung, Bestürmung.* Orat. I. 48. *de signorum collationibus, de oppidorum* oppugnationibus. 2. Accusatio. Vatin. 2. *quum in hac civitate* oppugnatio *soleat, qua tu nunc uteris, nonnumquam; defensio numquam vituperari.* 3. Inimica alicuius insectatio. Cael. 9. *totum genus* oppugnationis *huius, iudices, et iam prospicitis animis, et quum inferetur, propulsare debebitis. Non enim ab iisdem* accusatur *M. Caelius, a quibus* oppugnatur. *Palam in eum tela iaciuntur, clam subministrantur.*

OPPUGNATOR. Balb. 22. oppugnatores *reip.* Phil. XII. 3. *legio quarta quae — non ut consulem et imperatorem suum, sed ut hostem et* oppugnatorem *patriae reliquit Antonium.* Planc. 31. *qui salutis meae non modo non* oppugnator — *sed etiam* defensor *fuisset.*

OPTABILIS. Univ. 14. *philosophiam adepti sumus, quo bono nullum* optabilius, *nullum praestantius neque datum est mortalium generi deorum concessu atque munere, neque dabitur.* Orat. I. 51. *quae vulgo expetenda atque* optabilia *videntur.* Fin. I. 16. *ne iustitiam quidem recte quis dixerit per se ipsam* optabilem, *sed quia iucunditatis vel plurimum afferat.* Ibid. IV. 23. *te ferre non potuisse, quod antiqui illi — crediderint, eius qui honeste viveret si idem et bene valeret, bene audiret, copiosus esset,* optabiliorem *fore vitam, melioremque et magis expetendam, quam illius, qui neque vir bonus, multis modis esset — circumventus morbo exsilio atque inopia.* Fam. V. 12. *nihil est aptius ad delectationem lectoris quam temporum varietates, fortunaeque vicissitudines, quae etsi nobis* optabiles *in experiendo non fuerunt, in legendo tamen erunt iucundae.* Phil. VII. 3. *ego ille — cui pax, praesertim civilis, quamquam omnibus bonis, tamen inprimis fuit* optabilis. 2. Delectu dignus. Orat. II. 82. *in suadendo nihil est* optabilius *quam dignitas,* h. e. suasorem nihil magis oportet in suadendo sequi quam dignitatem.

OPTARE. 1. *Desiderare, expetere.* Off. III. 25. *Sol Phaethonti filio facturum se esse dixit, quicquid* optasset, optavit *ut in currum patris tolleretur.* Flacc.

15. *quantum sibi ablatum homo impudentissimus dicit, tantum numquam est ausus, ut haberet,* optare. Q. Fr. II. 11. *id erat huiusmodi, ut magis* optandum, *quam sperandum putarem.* Orat. 1. *insperanti mihi sed valde* optanti *utrique nostrum cecidit, ut in istum sermonem delaberemini.* 2. *Requirere.* Caecin. 10. *quid causa* optaret. 3. *Deligere unum e pluribus.* Rosc. Am. 11. optet *utrum malit.* Vid. Graev. ad Quint. 9. (Sic Brut. 50.) Fam. III. 10. *ne* optari *quidem sacerdotem licebat, qui cuiquam ex collegio esset inimicus.* 4. *Optare* eleganter dicuntur philosophi, qui aliquid contendunt verum esse, et cupiunt propugnare et confirmare, sed non possunt idonea argumenta afferre. Tusc. II. 13. optare *hoc est non docere.* Acad. pr. II. 38. Somnia censet haec *esse Democriti non docentis, sed* optantis. N. D. I. 8 *quae talia sunt, ut* optata *magis quam inventa videantur.*

OPTATIO. 1. Off. III. 25. *Theseus cui quum tres* optationes *Neptunus dedisset, optavit interitum Hippolyti filii sui.* 2. Figura rhetorica sententiarum. Orat. III. 53. optatio *atque exsecratio.*

OPTATO. Att. XIII. 28. *mihi* optato *veneris.*

OPTATUM. 1. Desiderium, votum. Off. I. 10. *Ex tribus* optatis *hoc erat tertium.* Fam. II. 13. *quid est causae cur mihi non sit in* optatis *complecti hominem?* 2. Opinio absurda; s. phantasma. Rull. I. 1. *Haec non* cogitata *sapientum, sed* optata (*Träumereyen*) *furiosorum videntur.*

OPTATUS. Fam. XVI. 21. *grati et* optati *rumores.* Att. IX. 18. *nihil mihi* optatius *quam evolare.* Rosc. Am. 15. *patres familias — ex municipiis rusticanis* optatissimum *sibi putant esse, filios rei familiari maxime servire.* Q. Fr. II. 7. *vale mi optime et* optatissime *frater et advola.*

OPTIMATES. 1. Sext. 45. *Duo genera semper in hac civitate fuerunt eorum, qui versari in rep. atque in ea se excellentius genere studuerunt, quibus ex generibus alteri se* populares, *alteri* optimates *et haberi et esse voluerunt. Qui ea quae faciebant, quaeque dicebant, multitudini iucunda esse volebant,* populares, *qui autem ita se gerebant, ut sua consilia* optimo *cuique probarent,* optimates *habebantur. Quis ergo iste* optimus *quisque? De numero si quaeris, innumerabiles. Neque enim aliter stare possemus. Sunt principes consilii pu-*

blici; sunt qui eorum sectam sequuntur; sunt maximorum ordinum homines, quibus patet curia; sunt municipales rusticique Romani; sunt negotia gerentes; sunt etiam libertini optimates, — *Omnes* optimates *sunt, qui neque nocentes sunt, nec natura improbi, nec furiosi, nec malis domesticis impediti.* — *Horum qui voluntati, commodis, opinioni in gubernanda rep. serviunt, defensores* optimatium *ipsique* optimates *gravissimi et clarissimi cives numerantur et principes civitatis. Quid est igitur propositum his reip. gubernatoribus, quod intueri, et quo cursum suum dirigere debeant? id quod est praestantissimum maximeque optabile omnibus sanis et bonis et beatis,* cum dignitate otium. *Hoc qui volunt omnes* optimates etc. Caelius ad Ciceronem. Fam. VIII. 16. *Vide ne dum pudet te parum* optimatem *esse, parum diligenter quod* optimum *sit eligas* Flacc. 23. *usque eo orba fuit ab* optimatibus *illa concio, ut princeps principum esset Maeandrius, cuius lingua quasi flabello seditionis illa tum est egentium concio ventilata.* Off. II. 23. (apud Lacedaemonios) *tantae discordiae secutae sunt, ut et tyranni exsisterent, et* optimates *exterminarentur, et praeclarissime constituta resp. dilaberetur.* 2. Nonnumquam *optimates* opponuntur *plebi.* Tusc. I. 45. *In Hyrcania* plebs *publicos alit canes;* optimates *domesticos.* 3. Fam. VII. 6. *matronae opulentae* optimates.

OPTIMUS. 1. Opt. gen. 2. optimum *unum est, et quod* optimo *dissimillimum est, id est, deterrimum.* Brut. 36. *in omnibus rebus difficilis* optimi *perfectio atque absolutio.* Orat. 11. *in omni re difficillimum est formam exponere* optimi (*das Ideal der Vollkommenheit oder Schönheit*) *quod aliud aliis videtur esse* optimum. 2. Optimi *dicuntur interdum qui alias* optimates. Leg. III. 17. *mihi nihil umquam* populare *placuit, eamque* optimam *remp. esse duco — quae sit in potestatem* optimorum. 3. Verr. I. 54. *ubi illa consuetudo — ut* optima conditione *sit is cuia res sit, et cuium periculum.*

OPTIO, *Wahl, freyes Belieben.* Fin. I. 10. *libero tempore, quum soluta nobis est eligendi* optio. Att. IV. 18. *hibernam legionem* eligendi *optio delata.* Fat. 1. *utro frui malis* optio *tua sit.* Brut. 50. *quando dubium fuisset apud patres nostros eligendi cui patroni* optio *daretur quin Antonium optaret aut Crassum?*

Quint. 9. *conturbatus sane discedit Quintius; neque mirum, cui haec* optio *tam misera tamque iniqua daretur, ut aut ipse se capitis damnaret — aut causam capitis — priore loco diceret*, Caecil. 14. optionem *facere*, i. e. *dare*.

OPULENTUS. Div. II. 56. *sors edita est* opulentissimo *regi Asiae* (Croeso). N. D. III. 33. *Dionysius tyrannus* — opulentissimae *et beatissimae civitatis* (Syracusarum). Inv. I. 53. *per vim, per manum* opulentam.

OPUS. 1. De aedibus, templis, aliisque monumentis vel aedificandis vel aedificatis. Verr. Act. I. 4. *Verris praetura urbana* aedium *sacrarum fuit publicorumque* operum *depeculatio*. Verr. I. 55. *lex* opere *faciundo*. Ibid. 54. opus *pupillo redimitur*. Dom. 20. operum *publicorum exactio*. Phil. XIV 12. de monumento legionis Martiae militibus et eis qui una pugnantes occiderant exstruendo: *Erit igitur exsructa moles* opere magnifico. 2. De aliarum artium operibus. N. D. II. 22. *quod in* operibus *nostrarum artium manus efficiat, id multo artificiosius naturam efficere*. Verr. IV. 57 *Silanionis* opus (statua Sapphus) *tam perfectum, tam elegans, tam elaboratum*. Ibid. 21. *Credo tum, quum Sicilia florebat opibus et copiis magna artificia fuisse in ea insula. Nam domus erat ante istum praetorem nulla paullo locupletior, qua in domo haec non essent, etiamsi praeterea nihil esset argenti, patella grandis cum sigillis ac simulacris deorum, patera, qua mulieres ad res divinas uterentur, turibulum. Haec autem omnia antiquo* opere *et summo artificio facta*. 3. Inprimis de munimentis. Phil. VIII. 7. opus *munitionemque ostendebat*. 4. In arte factis opponitur *opus* (*die Arbeit*) materiae. Verr. IV. 14. *hydria praeclaro* opere, *grandi pondere*. Ibid. 56. *Verres bullas aureas — non dubitavit auferre, quarum iste non* opere *delectabatur sed pondere*. 5. Praecipue opera dicuntur libri poetarum aliorumque scriptorum. Off. I. 41. *Pictores et ii, qui signa fabricantur et vero etiam poetae, suum quisque* opus *a vulgo considerari vult*. Fam. XVI. 18. *an pangis aliquod Sophocleum? Fac* opus *appareat*. Att. IX. 12. *utinam aliquod in hac miseria reip.* πολιτικὸν opus *efficere et navare mihi liceat*. 6. Opus est etiam quodlibet munus, aut negotium. Orat. I. 17. *in causarum contentionibus magnum est quoddam* opus, *atque haud sciam an de*

humanis operibus *longe maximum.* Brut. 21. *Scr. Galba — princeps X Latinis illa oratorum propria et quasi legitima* opera *tractavit.* Brut. 54. *si nihil audierit, tamen oratorem in illo iudicio versari et* opus oratorium *fieri aut perfectum esse intelliget.* Div. II. 27. *Nos ita leves — sumus, ut si mures corroserint aliquid, quorum est* opus *hoc unum*, (*die weiter nichts zu thun haben*) *monstrum putemus.* Tusc. III. 34. *haec Graeci in singulas s. scholas et in singulos libros dispertiunt.* Opus *enim quaerunt* 7 Quilibet effectus. Top. 16 est *causarum dissimilitudo, quod aliae sunt, ut sine ulla appetitione animi — suum quasi* opus *efficiant* (*ihre Wirkung hervorbringen*).

OPUS, adv. 1. *Nöthig.* Fam. V. 11. *si* opus *esse videbitur, ipse conveniam.* Orat. 1. *Acuto homine nobis* opus *est* Fam. II 6. *dux nobis et auctor* opus *est.* Fam. X. 8. *aliquantum nobis temporis et magni labores et multae impensae* opus *fuerunt.* Verr. I. 48. (Verres ait) *multa sibi* opus *esse, multa canibus suis.* Att. XIII. 25. *hoc fieri et oportet, et* opus *est.* Parad. VI. 2. *mihi quaesito* opus *est.* Orat. II. 10. *illud tertium* (genus quod est laudationum) *etiamsi* opus *est, tamen minus est necessarium.* 2. *Utile, nützlich.* Div. I. 9. *legem curiatam* opus *esse*, necesse *non esse.* Cluent. 50. *ut si quid aliquando, quod* non opus *esset ab se esset dictum.*

OPUSCULUM. 1. De artium operibus. Ac. pr. II. 38. *Myrmecides aliquis minutorum* opusculorum *fabricator.* 2. De libris. Parad. 1. *accipies hoc parvum* opusculum, *lucubratum his iam contractioribus noctibus.*

ORA. 1. Finis, extremitas. Fin. II. 31. *qui infinitas regiones, quarum nulla esset* ora *nulla extremitas, mente peragravisset.* N. D. I. 20. *si immensam et* interminatam *in omnes partes magnitudinem regionum videretis; in quam se iniiciens animus et intendens ita late longeque peregrinatur, ut nullam tamen* oram *ultimi videat in qua possit insistere.* Div. I. 48. *omnes avidi spectant ad* carceris *oras*, id est ad carceres stadii unde currus emittebantur (ex Ennio). Tusc. V. 14. *maritima* ora (*Seeküste*). N. D. II 40. *aether, extrema* ora *et determinatio mundi.* 2. Regio ipsa. Manil. 9. *fani diripiendi causa in eas* oras *nostrum exerci-*

tum esse adductum. Tusc. I. 22. (videmus) *globum terrae — duabus* oris *distantibus habitabilem et cultum.*

ORACULUM. 1. Deorum responsum. Top. 20. oracula *ex eo ipso appellata sunt, quod inest in his deorum* oratio. 2. Locus ubi oracula eduntur. Font. 10. de Gallis: *hae sunt nationes quae quondam tam longe ab suis sedibus Delphos usque ad Apollinem Pythium atque* oraculum orbis terrae *vexandum, ac spoliandum profectae sunt.* Div. I. 19. *numquam illud* oraculum *Delphis tam celebre et tam clarum fuisset, neque tantis donis refertum omnium populorum et regum, nisi omnis aetas* oraculorum *istorum veritatem esset experta.* 3. Decretum philosophorum. N. D. I. 24. *haec ego nunc physicorum* oracula *fundo.* 4. Quodvis vaticinium. Div. I. 32. *somnii et furoris* oracula.

ORARE. 1. Enixe rogare, implorare. Q. Fr. I. 1. *illud ad extremum te* oro *et hortor.* Att. XI. 1. *te etiam atque etiam* oro, *ut me tuendum suscipias.* Att. XII. 31. orare *multis et supplicibus verbis.* Fam. V. 18. *te magnopere non hortor solum, sed etiam pro amore nostro rogo, atque* oro, *te colligas virumque praebeas.* Manut. ad h. l. „humilitas in *orando* maior est, quam in *rogando;* unde *adorare.* Petitio *rogantis* cum solis precibus est, *orantis* cum rationibus et precibus." 2. Agere dicendo. Brut. 12. *Antiphonte — neminem umquam melius* oravisse *capitis* causam quum se ipse defenderet — scripsit Thucydides. Quint. 23. *quid pugnas? ut apud iudicem causam priore loco dicat, et quum eam* oravit, *tum denique vocem accusatoris audiat.*

ORATIO. 1. Quilibet sermo, s. locutio. Off. 1. *magna vis* orationis *est eademque duplex, altera contentionis altera* sermonis, contentio *disputationibus tribuatur iudiciorum, concionum, senatus,* sermo *in circulis, disputationibus, congressionibus familiarium versetur, persequatur etiam convivia.* Brut. 31. *ut Stoicorum adstrictior est* oratio, *aliquantoque contractior, quam aures populi requirunt, sic illorum* (Peripateticorum) *liberior et latior, quum patitur consuetudo iudiciorum et fori.* Ibid. 31. extr. *sed et huius* (Demosthenis) oratio *in philosophiam translata pugnacior videtur; et illorum* (philosophorum) *in iudicia pacatior.* Orat. 19. *Mollis est* oratio *philosophorum et umbratilis nec sententiis nec verbis instructa popularibus — itaque sermo potius quam* oratio *dicitur.* 2. Inprimis *oratio*

est oratorum in iudiciis, concionibus et senatu. Orat. 19. *quamquam omnis locutio oratio est, tamen unius oratoris locutio hoc proprie signata nomine est.* Sen. 11. *causarum illustrium, quascumque defendi nunc quum maxime conficio* orationes. „3. Muren. 29. oratio *habenda est non* cum *imperita multitudine* pro *ad imperitam* multitudinem. Verr. III. 44. *brevis* oratio Aetnensium, h. e. de Aetnensibus. Verr. II. 69. oratio *contemnendorum Siculorum*, h. e. in qua contemptus Siculorum inest. 4. *Facultas scribendi et dicendi.* Off. I. 1. orationem *Latinam efficies pleniorem nostris legendis* 5. De verbis pluribus iunctis, opponiturque singulis. Orat. III. 42. *Non est in verbo modus hic sed in oratione, id est in continuatione verborum.* Partit. 7. (commutatio verborum) *simplicibus in verbis ita tractatur, ut aut ex verbo dilatetur aut in verbum contrahatur* oratio; ex verbo *quum — verbum in plura verba diducitur;* ex oratione, *quum aut definitio ad unum verbum revocatur* etc.

ORATIUNCULA. N. D. III. 17. *aureola* oratiuncula Laelii est illa de religione. N. D. III. 2. s. de collegiis Brut. 21. Lael. 25.

ORATOR. 1. Is qui in iudiciis, in concionibus in senatu dicendi facultate pollet. Orat. I. 15. *Is orator erit mea sententia hoc tam gravi dignus nomine, qui quaecunque res inciderit, quae sit dictione explicanda prudenter et composite, et ornate et memoriter dicat, cum quadam etiam actionis dignitate.* Ibid. 49. oratorem *eum puto esse, qui verbis ad audiendum iucundis et sententiis ad probandum accommodatis uti possit in causis forensibus atque communibus — eumque esse praeterea instructum voce, et actione et lepore quodam volo.* Quomodo horum oratorum oratio differat a philosophorum, a sophistarum, ab historicorum, a poetarum dictione exponitur. Orat. 19. 20. 2. „Demagogus; nam hi Gr. ῥήτορες dicebantur, ut e Demosthene apparet. Sen. 6. *proveniebant* oratores *novi, stulti, adolescentuli.* 3. Legatus. Harusp. 16. oratores *contra ius fasque interfectos.* Brut. 14. *Fabricius ad Pyrrhum de captivis reddendis missus* orator. 4. De rhetore. Ac. post. I. 2. Orat. III. 21. Sed utroque loco est suspectum verbum Pearcio, quem vid. etiam ad Orat. I. 62." *Ern.*

ORATORIE. Her. IV. 36. *gravitatem, et dignitatem et suavitatem habere in dicendo poteris, ut* oratorie *plane loquaris.* Orat. 68. *nihil est aliud pulcre et* oratorie *dicere, nisi optimis sententiis verbisque lectissimis dicere.*

ORATORIUS Ac. post. I. 8. huic (dialecticae) *quasi altera parte* oratoria *vis dicendi adhibebatur, explicatrix orationis perpetuae ad persuadendum accommodatae.* Partit. 23. oratoriam *vim inanis quaedam profluentia loquendi imitatur.* Orat. I. 54. Socrates dixit: *illam orationem,* (quam ei scriptam orator Lysias attulerat) *disertam sibi et* oratoriam *videri, fortem et virilem non videri.*

ORBARE, privare. Ac. pr. II. 19. *Ea philosophia quae — spoliat nos iudicio, privat approbatione, omnibus* orbat *sensibus.* Sext. 16. *ne victor multis fortibus civibus remp.* orbaret. Muren. 39. *ut* orbetur *auxilio resp.*

ORBATUS. 1. Sensu proprio. Off. I. 10. *si Neptunus, quod Theseo promiserat, non fecisset, Theseus filio Hippolyto non esset* orbatus. Cluent. 13. *mater* orbata *filio.* 2. Metaphorice, pro *privatus* p. Red. in Sen. 2. *quum resp. non solum parentibus perpetuis, verum etiam tutoribus annuis esset* orbata. Brut. 2. *forum P. R. — voce erudita — spoliatum atque* orbatum. Fam. IV. 9. *nec locus tibi ullus dulcior esse debet patria; nec eam diligere minus debes, quod deformior est, sed misereri potius, nec eam multis claris viris* orbatam, privare *aspectu tuo.*

ORBICULATUS. Fam. VIII. 15. *ut milites malis* orbiculatis *pasti esse videantur,* h. e. optimis et delicatissimis. Rotunda enim mala, ova etc. optima putantur; unde mala orbiculata, h. l. per iocum pro lautissimis cibis dicuntur. Vid. Gesneri Lex. Rustic. in h. v. Apud Celsum II. 24. *orbiculata poma* in cibis bonis ponuntur. *Ern.* Certam malorum speciem fuisse, quae orbiculata dicerentur, testis est Plinius H N XV. 15. Orbiculata *a figura orbis in rotunditatem circumacti. Haec in Epiro primum provenisse, argumento sunt Graeci, qui Epirotica vocant.*

ORBIS. 1. Circulus. N. D. II. 18. *duae formae praestantes — ex solidis globus, ex planis autem circulus aut* orbis, *qui κύκλος Graece dicitur.* Fat. 8. *in sphaera maximi* orbes *medii inter se dividuntur.* Somn.

OR-

ORBITAS. 1. De liberis quorum parentes mortui. Orat. I. 53. *de Sulpicio Gallo — qui duos filios suos parvos tutelae populi commendasset ac se — populum Rom. tutorem instituere dixisset illorum* orbitati. 2. De parentibus qui liberos aut non habent, aut amiserunt. Fin. V 28. *Bonum liberi, misera* orbitas. 3. Metaphorice. Orat III. 1. *deploravit* (Crassus) *casum atque* orbitatem *senatus cuius ordinis a consule, qui quasi parens bonus aut tutor fidelis esse deberet, tanquam ab aliquo nefario praedone diriperetur patrimonium dignitatis.* Fam. X. 3. *consul es designatus — maxima* orbitate *reip. virorum talium.*

ORBUS. 1. De eo qui liberis caret. Parad. V. 2. *hereditatis spes — quem nutum locupletis* orbi *senis non observat.* 2. De liberis patre privatis Q. Fr. I. 3. filiam meam — *Ciceronemque nostrum quid ego mi frater tibi commendem? quin illud maereo, quod tibi non minorem dolorem illorum* orbitas *affert, quam mihi. Sed te incolumi,* orbi *non erunt.* 3. De eo qui commodis quibuscunque privatus est. Fam. IV. 13. orbus *iis rebus omnibus, quibus et natura me et voluntas et consuetudo assuefecerat.* 4. Orbus dicitur etiam praesidio carens, vel desertus. Fam. III. 11. *ut tam* orba *civitas tales tutores complecti debeat.* Phil. IX. 1. *Ser. Sulpicius subito* (morte) *ereptus e causa, totam legationem* orbam *et debilitatam reliquit.* Leg. III. 3. *neve plebem* orbam *tribunis relinquunto.* Flacc. 23. orba *fuit ab optimatibus illa concio.* N. D. I. 5. *haec in philosophia ratio — usque ad nostram viguit aetatem, quam nunc propemodum* orbam *esse in ipsa Graecia intelligo.*

ORDINARE. 1. Anordnen. Sull. 19. *quum omnia* ordinarentur, *instituerentur, pararentur.* Orat. II. 10. *in lite* ordinanda, h. e. instituenda. Sed praestat Guielmi lectio: *in lite oranda.* 2. De partibus orationis. Inv. I. 14. *tum denique* ordinandae *sunt ceterae partes orationis.*

ORDINATE. Her. IV. 56. *distincte et* ordinate *disponemus.* Graev. e. Ms. malebat reponi *distincte et* ordine.

ORDINATIM, secundum ordinem. Fam. IV. 5. *honores* ordinatim *petere.* Fam. XI. 15. *Antonius iit passim; ego* ordinatim.

ORDIRI, incipere. Att. IV 1. *alterius vitae quoddam initium* ordimur. Leg. I. 3. *ego animi pendere*

soleo, quum quid orsus *sum si traducor alio.* Marcell. 11. *unde est* orsa, *in eodem terminetur oratio.* Orat. III. 47. *illi philosopho* (Aristoteli) ordiri *placet a superiore paeone, posteriore finire.* Phil. II. 18. *a principio* ordiamur. Leg. I. 4. *iam* ordire *explicare de iure civili quid sentias.* Orat. I. 21. *princeps Crassus eius sermonis* ordiendi *fuit.* Verr IV. 47. *de quo si paullo altius* ordiri — *videbor, ignoscite.*

ORDO. 1. Series rerum, *Reihe.* Sen. 17. *Arborum* ordines *in quincuncem directi.* Caecin. 8. *eius fundi extremam partem oleae* directo ordine *definiunt.* Div. I. 55. *Fatum appello,* ordinem *seriemque causarum.* Harusp 9. *rerum* ordo *ac vicissitudo.* 2. Apta rerum dispositio, *Ordnung.* Off. I. 40. ordinem *sic definiunt* (Stoici,) *compositionem rerum aptis et accommodatis locis.* Ac. pr. II. 37. *Anaxagoras materiam* (dixit) *infinitam; eas primum confusas, deinde in* ordinem *adductas a mente divina.* 3. Actionem conformatio legibus conveniens. Off. I. 5. *in omnium quae sunt, quaeque dicuntur* ordine *et modo.* Parad. III. 2. *quicquid peccatur, perturbatione peccatur rationis atque* ordinis. Off. I. 5. *his rebus quae tractantur in vita modum quendam et* ordinem *adhibentes, honestatem et decus conservabimus.* 4. Dispositio orationis. Orat. II. 42. ordo *et dispositio argumentorum.* Ibid. I. 31. *inventa non solum* ordine, *sed etiam momento quodam atque iudicio dispensare atque componere.* 5. De locis in memoria artificiali. Her. IV. 17. *putamus oportere* ex ordine *hos locos habere, ne quando perturbatione* ordinis *impediamur.* Orat. II. 86. *Simonides — invenisse fertur,* ordinem *esse maxime, qui memoriae lumen afferret. Itaque iis qui hanc partem ingenii exercerent locos esse capiendos, et ea quae memoria tenere vellent effingenda animo, atque in his locis collocanda; sic fore, ut* ordinem *rerum locorum* ordo *conservaret.* 6. De collocatione verborum in oratione numerosa. Orat. 59. ante circumscribitur mente sententia, confestimque verba concurrunt; quae mens eadem, qua nihil est celerius statim dimittit, ut suo quodque loco respondeat, quorum descriptus ordo alias aliâ terminatione concluditur. 7. *Ordo* (der Stand) est etiam omne hominum in civitate genus. Sic de *libertinis* dicitur. Verr. I. 47. de *scribis.* Ibid. III. 79. de publicanis. Fam. XIII. 9. (Sic Verr. II. 6. *si cuiquam* ordini *sive aratorum, sive pecuariorum, sive mercatorum*

probatus sit.) Sic *ordo senatorius.* Flacc. 18. ordo *equester.* Dom. 28. 8. In militia *ordines* sunt tricesimae partes legionum, in quarum quaque duae centuriae a decimo hastato usque ad primum pilum. Unde Pis. 36. ordines *assignare*, et Phil. I. 8. ordines *duxerunt.* Vid. Lips. Mil. R. II. 5. 9. Subsellia theatri. Phil. II. 18. *sedisti in* XIV *ordinibus*, quod est insigne equitum. 10. Rosc. Am. 48. *recte atque* ordine *facere* est formula antiqua, pro ex legibus, laudabiliter, sapienter. 11. *Extra ordinem* est aliter ac legibus est constitutum, contra leges. Vid. *Extraordinarius.* Cluent. 31. *qui se ab reo pecuniam, quum iudex esset clam atque* extra ordinem *accepisse confessus esset.* 12. Fam. VI. 5. *spem quam* extra ordinem *habemus;* est maior quam quam de ceteris." *Ern.*

ORICHALCUM. (ὀρείχαλκος, *Messing.*) Off. III. 23. *si quis aurum vendens* orichalcum *se putet vendere, indicetne ei vir bonus aurum illud esse, an emat denario, quod sit mille denarium.* Ad h. l. Heusingerus: „apparet inquit, ex hoc orichalci et aeris pretium idem fere fuisse. Una enim auri drachma par erat duodecim argenti drachmis, singulae argenti drachmae octoginta minimum aeris drachmis; ut adeo inter aes et aurum proportio esset circiter milliaria, aeque atque inter orichalcum et aurum."

ORIENS, plaga coeli ubi sol exoritur. N. D. II. 66. *qui terras ab* Oriente *ad* Occidentem *colunt.*

ORIGO. Univ. 3. *quae causa impulerit eum, qui haec machinatus sit, ut* originem *rerum et molitionem novam quaereret.* Ibid. 2 *nullius rei causa remota reperiri* origo *potest.* Tusc. III. 10. *doloris* — origo *nobis explicanda est, id est causa efficiens aegritudinem in animo, tanquam aegrotationem in corpore.* Brut. 72. *verborum delectum* originem *esse eloquentiae* Caesar dixerat in libro de ratione Latine loquendi ad Ciceronem scripto.

ORIRI. Leg. II. 2. *Hoc solum in quo tu* ortus *et procreatus es.* Univ. 11. *Vos qui deorum satu* orti *estis.* Orat. II. 40. *ex iis, quae sunt* orta *de causis.* Fin. II. 24. de amore in amicitia: *quod non subducta utilitatis ratione effici solet, sed ipsum a se* oritur *et sua sponte nascitur.* Planc. 27. Phil. VI. 6. *homo a se* ortus, i. e. homo novus qui primus ex familia sua honores adeptus est.

aliquem insignibus gloriae. Phil. II. 11. *Vereor — ne praevaricatorem mihi apposuisse videar, qui me non solum meis laudibus* ornaret, *sed etiam* oneraret *alienis.* Tusc. I. 47. *Tu vero istam artem* (oratoriam) *ne reliqueris, quam semper* ornasti, *et quidem iure; illa enim te, verum si loqui volumus, ornaverat.* Fin. III. 8. *potest id quidem* (scil. quod honestum sit, id solum bonum esse) *fuse et copiose, et omnibus electissimis verbis gravissimisque sententiis rhetorice et augeri, et* ornari 5 De orationis ornamentis Orat. III. 7. *priusquam illa conor attingere, quibus orationem* ornari *atque illuminari putem.*

ORNATE. Orat. III. 14. *qui distincte, qui explicate, qui abundanter, qui illuminate et rebus et verbis dicunt, et in ipsa oratione quasi quendam numerum versumque conficiunt id est, quod dico* ornate. Fin. III. 5. *istius modi res dicere* ornate *velle, puerile est; plane autem et perspicue expedire posse, docti et intelligentis viri.*

ORNATUS, subst. 1. De ornamentis in vestitu (*Putz, Schmuck*). Fin. II. 21. *iubebat* (Cleanthes) *eos qui audiebant secum ipsos cogitare pictam in tabula voluptatem pulcherrimo vestitu, et* ornatu *regali.* Sen. 17. *Cyri purpura* — ornatusque *Persicus multo auro multisque gemmis.* Off. I. 18. *statuas videmus* ornatu *fere militari.* 2. Dom. 43. *Hoc simulacrum quidam ad* ornatum aedilitatis *suae deportavit*: aediles enim quum ludos faciebant, forum eiusmodi signis exornare solebant. 3. De ornamentis oratoriis. Brut. 80. *verborum et sententiarum illa lumina, quibus tamquam insignibus in* ornatu *distinguebatur omnis oratio.* Orat. 39. *ex collocatione verborum, quae sumuntur quasi lumina, magnum afferunt* ornatum *orationi.* Orat. III. 6. *oratio — quocunque ingreditur eodem est instructu* ornatuque *comitata.* Orat. 23. (in genere orationis tenui) *removebitur omnis insignis* ornatus, *quasi margaritarum.* Ibid. 24 collocata *verba habent* ornatum, *si aliquid concinnitatis efficiunt.*

ORNATUS. 1. De fundis. Sen. 16. *agro bene culto nil potest esse nec usu uberius, nec specie* ornatius. Quint. 32. *e fundo* ornatissimo, (i. e. optime culto) *deiectus.* 2. De aedibus aliisque monumentis. N. D. II. 37. *domicilia* ornata *signis atque picturis.* Manil. 8. *domicilia regis omnibus rebus* ornata *atque refecta.*

nitum anguibus revellit (ex valvis templi Minervae Syracusani.) 3. Impudentia. Quint. 24. *dixi mihi videri ore durissimo esse qui praesente eo* (Roscio) *gestum agere conaretur.* Orat. I. 38. *quod tandem* os *est illius patroni qui ad eas causas sine ulla scientia iuris audet accedere.* Fam. IX. 8. *nosti profecto* os *adolescentioris Academiae.* Pis. 26. os *tuum ferreum senatus convicio verberari noluisti.* Orat. II. 7. iocose Antonius *quoniam* inquit, *hoc totum quicquid est sive artificium sive studium dicendi, nisi accessit* os, *nullum potest esse, docebo vos, discipuli, quod ipse non didici.* — 4. Aditus, introitus (*die Mündung*). Verr. IV. 58. *in* ore *Ponti et angustiis.* Ibid. V. 12. *in ipso aditu atque* ore *portus.* 5. „Arch. 9. os *belli atque fauces*, h. e. bellicum periculum et quidem ultimum. Videtur dictum imitatione Homeri, qui dixit στόμα πολέμοιο, Iliad. K. 8. ubi tamen durius dicitur, quam apud Ciceronem. Non enim additur eripere, ut h. l. sed τεύχειν. Add. Y. 359.“ Ern.

OS, ossis. 1. Sensu proprio. N. D. II. 55. *quid dicam de* ossibus? *Quae subiecta corpori mirabiles commissuras habent, et ad stabilitatem aptas et ad actus finiendos accommodatas, et ad omnem corporis actionem.* 2. Ossa mortuis. Verr. I. 44. *cur hunc dolorem cineri eius atque* ossibus *inussisti.* Ibid. V. 49. *Dexio — non ex litibus aestimatis tuis pecuniam domum, sed ex tua calamitate cineri atque* ossibus *filii sui solatium vult aliquod reportare.* 3. „Metaphorice. Fin. IV. 3. ossa *nudare* dicuntur Stoici, qui de rebus magnis ieiune et sine ornatu scribunt.“ *Ern.*

OSCINES. Div. I. 53. *eadem efficit in avibus divina mens, ut tum huc tum illuc volent, alites — tum dextra tum a sinistra parte canant* oscines. Nempe *oscines* sunt aves quae cantu auspicium faciunt. N. D. II. 64. *aves quasdam et alites, et* oscines — *rerum augurandarum causa esse natas putamus.*

OSCITANTER. Brut. 80. *memini — hoc ipsum* (contra Calidium) *posuisse pro argumento quod ille quum pestem capitis sui, quum indicia mortis se comperisse manifesto et manu tenere diceret, tam solute egisset, tam leniter, tam* oscitanter (*so phlegmatisch*).

OSCITARE. 1. Sensu proprio, Milon. 21. *adde inscitiam pransi, poti,* oscitantis *ducis* (Clodii) fr. orat. pr. Gall. *hesterna potatione* oscitantes. Brut. 54. *videt*

oscitantem *iudicem, loquentem cum altero.* 2. Metaphorice, segnis, negligens. Cluent. 20. *initium facit a Bulbo et eum quod iam diu nihil quaesierat, tristem atque* oscitantem *leviter impellit.* Orat. II. 34. oscitans *et dormitans sapientia* per iocum tribuitur Iureconsultis qui mane in solio sedentes de iure respondebant; opponiturque forensibus oratorum laboribus. N. D. I. 26. *quae Epicurus* oscitans *halucinatus est.*

OSCITARI, deponens. Her. IV. 36. *maximas — calamitates accepistis; quum etiam maiores impendere videantur, sedetis et* oscitamini.

OSCULARI. 1. Sensu proprio. Verr. IV. 43. *Herculis simulacrum ex aere* (apud Agrigentinos) *quo non facile quidquam dixerim me vidisse pulchrius — usque eo ut rictum eius ac mentum paullo sit attritius quod in precibus ac gratulationibus non solum id venerari, verum etiam* osculari *solent.* Tusc. I. 38. *consopitus putatur* (a Luna Endymion) *ut eum dormientem* oscularetur. Att. XVI. 5. *sic* (Bruto) *probatum est quod ad te scribo* (de Q. Cicerone filio) *ut ipse crediderit, eumque laudans — complexus* osculatusque *dimiserit.* Fam. III. 11. *complexus sum cogitatione te absentem, epistolam vero* osculatus, *etiam ipse mihi gratulatus sum.* 3. Metaphorice, vehementer aliquem complecti, fovere amare, Muren. 10. *Videris istam scientiam iuris tamquam filiolam* osculari *tuam.* Fam. I. 9. *inimicum meum sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fovebant, sic* osculabantur.

OSCULATIO. Cael. 20. *si quae non nupta mulier — ita se geret non incessu solum sed ornatu atque comitatu, non flagrantia oculorum, non libertate sermonis sed etiam complexu,* osculatione. —

OSCULUM. Att. XII. 1. *utinam continuo ad complexum meae Tulliae et ad* osculum *Atticae possem currere* de Rep IV. fr. *si qua erat famosa ac cognati* osculum *non ferebant.*

OSTENDERE. 1. Oculis exponere. Rosc. Am. 31. *solus tu inventus es — qui os tuum non modo* ostenderes, *sed etiam offerres.* Verr. I. 1. *nemo* (Verrem) — *tam impudentem fore arbitrabatur, qui tam nefariis criminibus, tam multis testibus convictus ora iudicum aspicere aut* os *suum populo Romano* ostendere *auderet.* Utroque loco notatur impudentia hominis, qui fugere potius debebat oculos aliorum, quam in eos

incurrere. 2. Declarare. Somn. 2. *Hic tu ostendas oportet patriae lumen animi consiliique tui.* Caecin. 4. (Caecina probatissimam sibi fuisse uxorem) *et vivus multis ipse rebus* ostendit, *et in morte sua testamento declaravit.* 3. Demonstrare, significare. Att. I. 1. *demonstravi haec Caecilio, simul illud* ostendi. 4. Promittere. Fam. IX. 8. *munus flagitare, quamvis quis* ostenderit, *ne populus quidem solet.* 5. *Se ostendere*, est in animum incurrere. Orat. I. 33. *omnes loci — qui modo insunt in ea re de qua scribimus anquirentibus nobis* — ostendunt se, *et occurrunt.* 6. Q. Fr. I. 2. *Consules* se optime ostendunt; i. e magnam sui spem faciunt. 7. Ostendi est apparere. Univ. 11. *omnes* (dii) *qui moventur, palamque* ostenduntur. Att. XI. 11. *quum praesertim ne spes quidem ulla* ostendatur.

OSTENTARE. 1. Exponere, probare. Att. I. 13. ostentare *iugulum pro capite alterius*, i. e. vitae periculo se exponere. 2. Prae se ferre. Rull. II. 4. *aliud quiddam obscure moliuntur, aliud spe ac specie simulationis* ostentant. 3. Polliceri. Rull. II. 28. *agrum Campanum, quem vobis* ostentant, *ipsi concupivere.* Rosc. Com. 6. *pecunia quae ex liberalitate huius promissa sit et* ostentata. Rull. II. 4. *largitio aliqua promulgata quae verbis* ostentari potest, *re vera fieri nisi exhausto aerario nullo pacto potest.* 4. Minari. Fam. IV. 14. *bellum ex altera parte caedem* ostentat, *ex altera servitutem.* Cluent. 8. *Aurium illum, qui sibi delationem nominis et capitis periculum* ostentarat. 5. *Se ostentare*, i. q. iactare. Fam. I. 4. *quid enim me* ostentem? Her. IV. 21. *hic qui se magnifice iactat et* ostentat. Similiter *aliquid ostentare* dicitur; Her. II. 30. *Ficta et dedita opera comparata oratio videbitur esse aut artificii significandi, aut ingenii* venditandi, *aut memoriae* ostentandae *causa.*

OSTENTATIO. 1. Gloriosa venditatio (*Pralerey*). Off. II. 12. *Si qui simulatione et inani* ostentatione *et ficto non modo sermone sed etiam vultu stabilem se gloriam consequi posse rentur vehementer errant.* Tusc. II. 4. *quotus quisque philosophorum invenitur — qui disciplinam suam non* ostentationem *scientiae sed legem vitae putet.* Orat. II. 8. *nulla mihi* ostentatione *videris esse usurus. Exorsus es enim non gloriose* — Ibid. II. 82. *vitanda etiam ingenii* ostentationis *suspicio.* 2. Simulatio. Fin. II. 24. *Verba tu fingas et ea dicas quae*

non sentias; aut etiam, ut vestitum, sic sententiam habeas aliam domesticam aliam forensem; ut in fronte ostentatio *sit, intus veritas occultetur?* 3. Pollicitatio. Att. V. 13. *intelligis* ostentationes *meas in discrimen esse adductas.*

OSTENTATOR. Her. IV. 50. ostentator *pecuniae.* Eius ibi est descriptio.

OSTENTUM. Div. I. 53. *scribit Herodotus Croesi filium quum esset infans* (i. e. mutus) *locutum; quo* ostento *regnum patris et domum funditus concidisse.*

OSTIATIM. Verr. IV. 22. *nolite exspectare dum ego hoc crimen agam* ostiatim (*Haus vor Haus*). Ibid. 24. *permagnum est in eum dicere aliquid qui — palam per potestatem uno imperio* ostiatim *totum oppidum compilarit.*

OSTIUM. 1. Ianua in aedibus. Orat. II. 68. *ab* ostio *quaerere aliquem.* Rosc. Am. 23. *cum Clodius quidam cenatus cubitum in idem conclave cum duobus adolescentibus filiis isset, et mane inventus esset iugulatus — nomina filiorum de parricidio delata sunt. — Tamen quum planum iudicibus esset factum aperto* ostio *dormientes eos repertos esse iudicio absoluti sunt.* Tusc. V. 5. ostium *limenque carceris.* Pet. cons. 11. *cura ut aditus ad te diurni nocturnique pateant, neque foribus solum aedium tuarum, sed etiam vultu ac fronte, quae est animi ianua. Quae si significant voluntatem abditam esse et retrusam, parvi refert patere* ostium. 2. Aditus fluminis. Phil. II. 11. ostium *fluminis Cydni.* Manil. 12. *ante* ostium *Tiberinum.* 3. Aditus portus. Verr. IV. 53. insula in utriusque portus ostium aditumque proiecta.

OSTREA. Div. II. 14. Ostreis *et conchyliis omnibus contingit ut cum luna crescant pariter atque decrescant.* Hortens. fr. solertiam quae posset vel in tegulis proseminare ostreas.

OTIARI. Off. III. 14. *quum se Syracusas* otiandi *causa non negotiandi contulisset.*

OTIOLUM. Fam. VIII. 3. quum otiosus sum plane ubi delectem otiolum meum non habeo.

OTIOSE. Off. III. 26. Ithacae otiose vivere. Verr. IV 15. *contemplari unumquodque* otiose.

OTIOSUS. 1. Sensu proprio. Planc. 27. *ecquid ego dicam de occupatis meis temporibus, cui fuerit ne otium quidem unquam* otiosum. *Nam quas tu comme-*

moras, Cassi, legere te solere orationes, quum otiosus *sis, has ego scripsi ludis et feriis, ne omnino umquam essem* otiosus. Off. III. 1. *Dicere solitum Scipionem accepimus, numquam se minus* otiosum *esse, quam quum esset* otiosus. Orat. I. 51. *in studio* (philosophiae) *hominum ingeniosissimorum* otiosissimorumque *totas aetates videmus esse contritas.* Sen. 14. *si habet aliquod tamquam pabulum studii atque doctrinae nihil est* otiosa *senectute iucundius.* 2. Otiosus *dicitur,* qui ad remp. non accedit. Sext. 51. *Graeculum se atque* otiosum *putari voluit, studio literarum se subito dedidit.* Off. I. 20. 21. *Multi et sunt et fuerunt, qui eam, quam dico, tranquillitatem et petentes a negotiis publicis se removerint, ad* otiumque *perfugerint. — — Facilior et tutior et minus aliis gravis aut molesta est vita* otiosorum, *fructuosior autem hominum generi, et ad claritatem amplitudinemque aptior eorum, qui se ad remp. et ad res magnas gerendas accommodaverunt.* Phil. XI. 8. otioso *nihil agenti, privato — quando imperium senatus dedit?* 3. Liber a commotione animi Brut. 24. *Galbam vis non ingenii solum sed etiam animi et naturalis quidam dolor dicentem incendebat, efficiebatque ut et incitata et gravis, et vehemens esset oratio. Dein quum* otiosus *stilum prehenderat, motusque omnis animi, tanquam ventus, hominem defecerat, flaccescebat oratio.* 4. In republica. Sext. 46. otiosa *dignitas* est id quod paullo ante dicitur *otium cum dignitate,* h. e. pax et tranquillitas publica coniuncta cum dignitate, cuius fundamenta ibidem describuntur. 5. Neutri parti addictus, pacem servans utraque. Fam. IX. 6. *crudeliter* otiosis *minabantur.* 6. Otiosus, liber a molestia litium cum altero. Fam. IX. 25. *non tam perscribere possum, quam mihi gratum feceris, si* otiosum *Fabium reddideris.*

OTIUM. 1. Tempus a negotiis liberum. Orat. II. 6. otii *fructus est non contentio animi, sed relaxatio.* 2. Tranquillitas publica. Q. Fr. I. 1, 11. *imperium quum retineri sine vectigalibus nullo modo possit, aequo animo parte aliqua suorum fructuum pacem sibi sempiternam redimat* (Asia provincia) *atque* otium. Orat. I. 4. *diuturnitas pacis* otium *confirmavit.* Sext. 46. otium *cum dignitate* propositum esse debet reip. gubernatoribus. Eius fundamenta et membra ibidem exponuntur. Ibid. 46. *enitendum — ut conservatis his, quae ego*

paullo ante fundamenta et membra esse dixi, tenere cursum possint et capere otii *illum portum et dignitatis.* Ibid. c. 47. *boni nescio quomodo tardiores sunt — ita ut nonnunquam cunctatione ac tarditate, dum* otium *volunt etiam* sine dignita e *retinere, ipsi utrumque amittant.* 3. Desidia. Rull. II. 33. *inertissimum et desiodissimum* otium. Att. II. 14. otio *tabescere.*

OVARE. ,,Minus est quam triumphare, ingredi urbem ob victoriam non adeo magnam equo. Ep. ad Brut. 13. *ut* ovandi *introire liceret Caesari decrevi.* Vid. Sigon. Ant. Iur. Civ. Rom. I. 22. et Ant. Iur. Prov. II. 10." *Ern.* Orat. II. 47. *M' Aquilius — quem — imperatorem ornatum a senatu,* ovantem *in Capitolium ascendisse meminissem.* 2. Improprie dicitur. Her. IV. 8. *quo pacto hostes —* ovantes (i. e. laetitia et superbia exsultantes) *irruerent in civitatem.* Phil. XIV. 5. *quanto honore, laetitia, gratulatione in hoc templum ingredi debent illi ipsi huius urbis liberatores, quum hesterno die propter eorum res gestas me* ovantem *ac prope triumphantem populus Romanus in Capitolium domo tulerit, domum inde reduxerit?*

OVIS. N. D. II. 63. *quid* oves *aliud afferunt nisi ut earum villis confectis atque contextis homines vestiuntur. Quae quidem neque ali neque sustentari, neque ullum fructum ex se sine cultu hominum et curatione potuissent.* Phil. III. 11. *o praeclarum custodem* ovium (ut aiunt) *lupum!*

OVUM. N. D. II. 48. *anatum* ova *gallinis saepe supponimus.* Ibid. II. 52. *pisces ut* aiunt, ova *cum genuerunt, relinquunt.* Acad. pr. II. 18. *Videsne ut in proverbio* sit ovorum *inter se similitudo? Tamen hoc accepimus Deli fuisse complures — qui gallinas alere permultas quaestus causa solerent. Hi quum* ovum *inspexerant, quae id gallina peperisset dicere solebant.*

P.

P. Haec litera in iudicio de praevaricatione in unam coniiciebatur; ut ea uterentur iudices in sententia ferenda. Partit. or. 36. *quod ea litera de accusatore soleat dari iudici.* Vid. *Praevaricatio.*

PABULUM. 1. Sensu proprio. Div. II. 13. *Democritus — habitu extorum et colore declarari censet hoc duntaxat,* pabuli *genus et earum rerum quas terra*

procreet vel ubertatem vel tenuitatem. 2. Metaphorice. Acad. pr. II. 41. *est animorum ingeniorumque naturale quoddam quasi* pabulum *consideratio contemplatioque naturae* Sen. 14. *si habet aliquod tamquam* pabulum *studii atque doctrinae, nihil est otiosa senectute iucundius.* Harusp. 3. *quid hunc persequar, pecudem ac belluam,* pabulo *inimicorum meorum ac glande corruptum?*

PACARE. Fam. XV. 4. pacare *Amanum et perpetuum hostem ex eo monte tollere.*

PACATUS. 1. De provinciis aut civitatibus. Orat. I. 8. *eloquentia in omni libero populo, maximeque in* pacatis *tranquillisque civitatibus praecipue semper floruit.* Ligar. 2. *legatus in pace profectus in provincia* pacatissima *ita se gessit, ut ei pacem esse expediret.* Att. V. 20. *exercitum in hiberna agri* male pacati *deducendum Q. fratri dabam.* 2. Non infestus. Phil. VII. 9. *huic tali vero poteritne* pacatus *esse Antonius?* 3. Phil. V. 9. *cuius nequitiam ne* pacatam *quidem ferre possumus,* h. e. etiamsi armis non utatur.

PACIFICATIO. Att. VII. 8. *quod quaeris ecqua spes* pacificationis sit (inter Pompeium et Caesarem) *quantum ex Pompeii — sermone intellexi ne voluntas quidem est.* Fam. X. 27. *sapientius — facies, si te in istam* pacificationem (cum Antonio) *non interpones.*

PACIFICATOR. Att. X. 1. *iam illum emptum* pacificatorem *perorasse puto.* Intelligitur Curio magna pecunia a Caesare corruptus. Idem paullo post dicitur *nummarius.* Att. XV. 7. *Servius* (Sulpicius) pacificator *videtur obiisse legationem.* Intelligit privatum Servii studium pacem conciliandi. Non enim hic agitur de publica illa legatione ad Antonium, quam anno proximo suscepit Servius.

PACIFICATORIUS. Phil. XII. 1. pacificatoria *legatio.*

PACIFICUS. Att. VIII. 16. pacifica *persona.*

PACISCI. 1. De mercede quam quis sibi stipulatur. Orat. II. 86. *dixit se dimidium eius ei quod* pactus *esset, pro illo carmine daturum.* 2. Contractum facere de aliqua re. Verr. III. 14. *edictum ne quis frumentum de area tolleret, antequam cum decumano* pactus *esset.* 3. De aliis rebus de quibus inter aliquos convenit. Att. II. 9. *quae de me* pacta *sunt.* 4. Aliquid depacisci. Sext. 25. *Gabinius Siciliam sibi* pactus *est.*

mendat. Orat. 64. *Nam et creticus, qui est, longa et brevi et longa, et eius aequalis* paeon, *qui spatio par est, syllaba longior, quam commodissime putatur in solutam orationem illigari, quum sit duplex. Nam aut e longa et tribus brevibus* (— ◡ ◡ ◡) *qui numerus in primo viget, iacet in extremo; aut e totidem brevibus et longa* (◡ ◡ ◡ —). *In quem optime cadere censent veteres.* Ibid. 56. *pes qui adhibetur ad numeros partitum in tria, ut necesse sit, partem pedis aut aequalem alteri parti, aut altero tanto aut sesqui esse maiorem. Ita fit aequalis dactylus, duplex iambus, sesqui* paeon. Orat. III. 47. probatur (ab Aristotele) *maxime* paeon; *qui est duplex. Nam aut a longa oritur, quam tres breves consequuntur, ut haec verba,* desinite, incipite, comprimite *aut a brevibus princeps tribus, extrema producta atque longa, sicut illa sunt* domuerant, sonipedes.

PAEDAGOGUS, servus aut libertus pueri ingenui custos. Lael. 20. Amicitiae corroboratis iam confirmatisque et ingeniis et aetatibus iudicandae sunt; nec si qui ineunte aetate venandi aut pilae studiosi fuerint eos habere necessarios oportet, quos tum eodem studio praeditos dilexerunt. Isto enim modo nutrices et paedagogi iure vetustatis plurimum benivolentiae postulabunt, qui negligendi quidem non sunt, sed alio modo colendi. Her. IV. 10. *Conturbatus est adolescens, nec mirum, cui etiam nunc* paedagogi *lites ad auriculas versarentur.*

PAEDOR, squalor, sordes, signum luctus. Tusc. III. 12. *barba* paedore *horrida*, cf. Ibid. 26 *Ern.*

PAETULUS, ὑποκοριστικῶς pro *paetus*, quod minus esse, quam *strabonem* apparet ex Horatio Sat. I. 3, 44. N. D. I, 29. *redeo ad deos, ecquos si non tam strabones at* paetulos *arbitramur?*

PAGANUS. Dom. 28. *in hac urbe nulli* pagani *aut montani* etc. Huius loci interpretatio repetenda e Dionys. Halic. V. p. 220. ed. Sylb. qui tradit Servium Tullium in locis montanis et natura adeo munitis fecisse rusticis perfugia, et *pagos* Graeco vocabulo dixisse. Hinc illi homines, qui in plebe R. erant, quoniam in tribubus urbanis censebantur *pagani* dicti; qui non differunt a montanis, quos hic Cicero commemorat, quod facile ex loco Dionysii intelligitur. *Pagos* commemorat Q. Cicero Pet. Cons. 22. *Pagorum* mentio

PAGUS. Pet. cons. 8. *habeto rationem urbis totius, collegiorum omnium*, pagorum, *vicinitatum.*

PALA. Off. III. 9. pala *annuli.* Plato unde ille locus ductus est σφενδόνη. Unde Plinius XXXVII. 8. *fundam* vocat. *Ern.*

PALAESTRA. 1. Proprie locus in gymnasio, ubi lucta exercentur. Verr. II. 14. admonebatur Verres *esse in eo testamento quo ille* (Heraclius) *heres esset, scriptum, ut statuas in* palaestra *deberet ponere. Faciemus ut palaestritae negent ex testamento esse positas; petant hereditatem, quod eam* palaestrae *commissam* (*verfallen*) *esse dicerent.* Inv. II. 1. *Crotoniatae Zeuxin — duxerunt in* palaestram, *atque ei pueros ostenderunt multos magna praeditos dignitate.* Orat. 4. *positum sit — sine philosophia non posse effici — eloquentem, non ut in ea tamen omnia sint, sed ut sic adiuvet ut* palaestra *histrionem.* 2. Deinde etiam de stadio, in quo cursu certatur. Her. IV. 46. *non enim, quemadmodum in* palaestra, *qui taedas ardentes accipit, celerior est in cursu continuo, quam ille qui tradit, ita melior imperator novus, qui accipit exercitum, quam ille qui decedit, propterea quod defatigatus cursor integro facem, hic peritus imperator imperito exercitum tradit.* 3. Metaphorice palaestra transfertur ad artem oratoriam in primis eam, quae est sophistarum et philosophorum potius, quam oratorum forensium. Orat. I 15. *aliud mihi quoddam genus orationis esse videtur eorum hominum de quibus paullo ante dixisti, quamvis illi ornate et graviter aut de natura rerum aut de humanis rebus loquantur. Nitidum quoddam genus est verborum et laetum, sed* palaestrae *magis et olei* (h. e. aptum magis umbratili scholarum disputationi) *quam huius civilis turbae ac fori.* Brut. 9. (Demetrius) *Phalereus successit eis senibus, adolescens eruditissimus ille quidem horum omnium, sed non tam armis* institutus *quam* palaestra (i. e. non tam in foro quam in scholis philosophorum et rhetorum institutus). *Itaque delectabat magis Athenienses, quam inflammabat. Processerat enim in solem et pulverem, non ut e militari tabernaculo, sed ut e Theophrasti, doctissimi hominis, umbraculis.* 4. Ornatum etiam interdum oratorium, et perfectionem venustatis significat. Orat. 56. *Numerus — serius aliquanto notatus et cognitus quasi quandam* palaestram *et extrema lineamenta orationi attulit*, cf. ibid. c. 68. Leg. I. 2. *Fannii aetate*

Verr. IV. 24. *permagnum* (scilicet!) *est in eum dicere aliquid, qui — non per praestigias, sed* palam — *ostiatim totum oppidum compilavit*

PALATUM, antique PALATUS. 1. Sensu proprio. Fin. II. 10. voluptas *quae* palato *percipitur.* Ibid. II. 8. *nec enim sequitur, ut cui cor sapiat ei non sapiat* palatus. Davisius e codd duobus Paris. dederat *palatum*, probante Ernestio. Recte autem nuper cum Rathio *Goerenzius* V. C priscam formam, h. l. tanquam e proverbio ductam, defendit. 2. Caeli palatum ex Ennio laudatur N D. II 8 *Epicurus dum palato quid sit optimum, iudicat, caeli palatum, ut ait Ennius,* non suspexit. Davisius ad h. l. laudavit Varronis locum ap. Augustinum Civ Dei VII. 8. Palatum *Graece* οὐρανὸν *appellant; et nonnulli poetae Latini caelum vocaverunt* Palatum; idem comparavit facetum Theocriti Chii dictum apud Athenaeum VIII p. 344. 15 Διοκλέους τὸν ἀγρὸν καταβεβρωκότος εἰς ὀψοφαγίαν, ἐπειδὴ θερμόν ποτε καταβροχθίσας ἰχθὺν ἔφησε τὸν οὐρανὸν κατακεκαῦσθαι· λοιπὸν ἔφησεν ἐστιν ὁ Θεόκριτος σοι καὶ τὴν θάλασσαν ἐκπιεῖν, καὶ ἔσῃ τρία τὰ μέγιστα ἠφανικώς, γῆν καὶ θάλασσαν καὶ οὐρανόν. In Mss. nonnullis male legitur: *caeli* palatium, *ut ait Ennius;* bene autem monuit Ernesti sic dicere novum fuisse tempore Augusti Ovid. Met. I. 176

PALEA. Parad. III. 1 *Auri navem evertat gubernator, an* paleae, *in re aliquantum, in gubernatoris inscitia nihil interest.* Cf. Fin. IV 17.

PALILIA, feriae in honorem deae rusticae quae Pales vocatur, celebratae XI. Kal. Mai. in quas incidit natalis Romae. Dicuntur etiam *Parilia*, et sic expressit editio Gruteriana Div. II. 47. cf. Ovid. Fast. IV. 721. sqq. et Heins. *Ern.*

PALIMPSESTUS, charta pergamena, in qua deletae et erasae sunt literae, ut novum aliquid in ea scribi possit. Fam VII. 18. *nam quod in* palimpsesto (epistolam scripsisti) *laudo equidem parsimoniam sed miror quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, quam haec scribere, nisi fort tuas formulas. Non enim puto te meas epistolas delere, ut reponas tuas.*

PALLA Her IV. 18. *Citharoedus optime vestitus* palla *inaurata indutus. Palla* est pallii genus (non tunica, ut visum est Rubenio de Re Vest. I. 20 contra disputante Ferrar. Anal. de R. V. c. 15. cf. Rei Ves-

III. 18.) quo utebantur citharoedi, tragoedi, matronae. In quo tamen illud animadvertendum est, quod recte monuit Cl. Christius in Prolus. Acad. de Imaginibus Musarum p. 5. ut palla citharoedorum, tragoedorum, dearum etiam quarundam distinguatur a palla Romanarum, ut pallio Graecorum. Nam ex imaginibus apparet, eas induendi ratione differre; quum illa induerentur ut peplo, hac amicirentur tantum. Add. Broukh. ad Tibull. IV. 6. 13. *Ern.* Phil. III. 6. *Atavus* (Fulviae) *nobilis. Tuditanus nempe illi, qui cum* palla *et cothurnis nummos populo de Rostris spargere solebat;* de quo Valerius Max. VII. 8. *quam certae, quam etiam notae insaniae Tuditanus, utpote qui pŏpulo nummos sparserit togamque velut tragicam vestem in foro trahens maximo cum hominum risu conspectus fuerit.*

PALLADIUM. Milon. 12. *exhibe quaeso librarium illud legum vestrarum, quod te aiunt ex mediis armis, turbaque nocturna tanquam* Palladium *sustulisse.* Respicit Palladium illud s signum Minervae ab Ulysse et Diomede clam Troianis surreptum, fortasse etiam id quod in aedibus Vestae custodiebatur. Phil. XI. 10.

PALLERE. Phil. II. 33. *Sudat, pallet, quidlibet modo ne nauseet, faciat,* h. e. ne in conspectu nostro vomat.

PALLIATUS. Opponitur togato, h. e. Graecus Romano Rabir. Post. 9. *Is saepe* palliatus *fuit, et aliqua habuit non Romani hominis insignia.* Phil. V. 5. *Quaero igitur si Lysiades* (Atheniensis) *citatus iudex non responderit, excuseturque Areopagites esse, nec debere eodem tempore Romae et Athenis res iudicare, accipiet excusationem is, qui quaestioni praeerit, Graeculi iudicis modo* palliati, *modo* togati. Nempe pallium est habitus Graecorum. 2. Q. Fr. III. 1. *illi* palliati *topiariam facere videntur.* Manutius interpretatur de statuis inter columnas habitu Graeco. *Ern.*

PALLIOLUM. Tusc. III. 23. *Saepe est etiam sub* palliolo *sordido sapientia;* versus Caecilii Statii.

PALLIUM. Orat. III. 32. *Hippias gloriatus est,* pallium *quo amictus, soccos quibus indutus esset se manu sua confecisse.* Rab. Post. 9. *aut* pallium *sumendum* (Rabirio Postumo) *Alexandriae, ut et Romae togato esse liceret, aut omnes fortunae abiiciendae si togam retinuisset.* Pallium scil. Graecum hominem toga Romanum indicabat. Ibid. *Certe P. Rutilium Rufum*

necessitatis excusatio defendet, qui quum a Mithridate Mytilenis oppressus esset, crudelitatem regis in togatos vestitus mutatione vitavit. Ergo ille — consularis homo soccos habuit et pallium, *nec vero id homini tum quisquam sed tempori assignandum putavit; Postumo crimen vestitus afferet is, in quo spes fuit posse sese aliquando ad fortunas suas pervenire;* i. e. magnas pecunias Ptolemaeo Aegypti regi creditas.

PALLOR. Tusc. IV. 8. *Terrorem* (definiunt Stoici) *metum concutientem, ex quo fit ut — terrorem* pallor et tremor *et dentium crepitus consequatur.* Acad. IV. 15. *si qui tremerent, et exalbescerent vel ipsi per se, motu mentis aliquo vel obiecta terribili re extrinsecus, nihil ut esset, qui distingueretur tremor ille et* pallor, *neque ut quidquam interesset inter intestinum et oblatum.*

PALMA, pars interior manus. Orat. 32. *Disputandi ratio et loquendi dialecticorum sit, oratorum autem dicendi et ornandi. Zeno quidem ille e quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat, quid inter has artes interesset. Nam quum compresserat digitos pugnumque fecerat, dialecticam aiebat eiusmodi esse; quum autem diduxerat et manum dilataverat* palmae *illius similem eloquentiam esse dicebat.* Fin. II. 17. *Zeno — rhetoricam* palmae, *dialecticam pugno similem esse dicebat, quod latius loquerentur rhetores, dialectici autem compressius.*

PALMA. 1. Arbor. Verr. V. 33 *nautae fame coacti radices* palmarum agrestium, *quarum erat in illis locis, sicut in magna parte Siciliae, multitudo, colligebant, et his miseri perditique alebantur.* Leg. I. 1. *Homericus Ulysses Deli se proceram et teneram* palmam *vidisse dixit.* 2. Praemium victoribus in ludis Olympicis datum. Brut. 47. *nec enim in quadrigis eum secundum numeraverim aut tertium, qui vix e carceribus exierit, quum* palmam *iam primus acceperit.* 3. Gladiatoribus etiam si vicissent palma praemii loco data. Phil. XI. 11. de Caesare Vopisco, qui quinquies Cicerone defendente absolutus, post condemnatus erat: *Sexta* palma *etiam in gladiatore difficilis;* h. e. quemadmodum difficile est, gladiatorem, qui quinquies palmam acceperit, etiam sextam accipere, sic mirandum non est hunc Caesarem Vopiscum, qui quinquies absolutus, (quasi palmam urbanam adeptus) e iudiciis discesserat,

PALUS paludis. Phil. V. 3. *ille* paludes *siccare voluit*, Rull. II. 27. *arenam aliquam aut* paludes *emere.* Fragm. inc. *Reatinis tantum* paludibus *ungulas iumentorum indurari.*

PAMPINUS, folium vitis. Sen. 15. *Uva vestita* pampinis *nec modico tepore caret et nimios solis defendit ardores.* Tusc. I. 28. *vites laetiscere*, pampinis *pubescere.*

PANCHRESTUS, ad omnia utilis. Verr. III. 65. *quum omnes* (Metelli) *comites iste sibi suo illo* panchresto *medicamento* (i. e. pecunia) *amicos reddidisset.*

PANDERE. Tusc. I. 47. *portum potius* (morte) *paratum nobis et perfugium putemus. Quo utinam velis* passis *pervehi liceat!* Ibid. IV. 5. *quaerebam — utrum* panderem *vela orationis statim, an eam ante paullulum dialecticorum remis propellerem.* Tusc. V. 27. *sint sane illa genera bonorum, dum corporis et externa iaceant humi — alia autem divina longe lateque se* pandant, *caelumque contingunt.*

PANEGYRICUS. Orat. 11. *tales suasiones qualem Isocrates fecit* Panegyricum.

PANGERE, poema, orationem aliumve librum componere. Fam. XVI. 18. *An* pangis *aliquid Sophocleum? Fac opus appareat.* Att. II. 6. *ἀνέκδοτα, quae tibi uni legamus* pangentur.

PANIS. Tusc. V. 34. Ptolemaeo *quum peragranti Aegyptum, comitibus non consecutis cibarius in casa* panis *datus esset, nihil visum est illo* pane *iucundius.* Pis. 27. *nihil apud hunc lautum; pistor domi nullus, nulla cella*, panis *et vinum a propola atque de cupa.*

PANNOSUS, male vestitus, s. laceratis vestibus indutus. Att. IV. 3. *pauci pannosi.*

PANTHERA. N. D. I. 31. *Quae sunt tantae animi angustiae, ut si Seriphi natus esses, nec umquam egressus ex insula, in qua lepusculos vulpeculasque saepe vidisses, non crederes leones et* pantheras *esse, quum tibi, quales essent, dicerentur.* Ibid. II. 50. *auditum est* pantheras, *quae in barbaria venenata carne caperentur, remedium quoddam habere, quo quum essent usae non morerentur.* Caelius Ciceroni Ciliciam provinciam pro consule regenti saepius de pantheris, quas capi et sibi ad usum ludorum, quos aedilis edere debebat transmittendis scripserat. Fam. VIII. 9. Respondet Cicero. Fam. II. 11. *De* pantheris, *per eos, qui venari*

PARATE. Brut. 68. *L. Octavius — ad dicendum veniebat audacter magis, quam* parate. Orat. I. 33. *in istis ipsis exercitationibus etsi utile est etiam subito saepe dicere, tamen illud utilius, sumpto spatio ad cogitandum* paratius, *atque accuratius dicere.*

PARATUS 1. Ad aliquam rem instructus. Verr. Act. I. 3. *intelligit me* paratum *atque instructum ad iudicium venire.* Caecil. 13 *quo* paratior *ad usum forensem promptiorque esse possim.* Tusc. IV. 23. *non desiderat fortitudo advocatam iracundiam. Satis est instructa, armata,* parata *per sese.* Rull. II. 30. *homines ad vim prompti, ad seditionem* parati — expediti *ad caedem.* Off. II. 15. *qui virtute et industria benefici et liberales erunt — consuetudine beneficientiae* paratiores *erunt et tamquam exercitatiores ad bene de multis promerendum.* Orat. I. 9. *Gracchi omnibus vel naturae vel doctrinae praesidiis ad dicendum* parati. Brut. 39. *Scaevola in iure* paratissimus. Leg. II. 26. *civis tuendae civitatis* paratissimus. Fam. VIII. 10. paratus *ab exercitu.* Fam. XV. 23. *Ego hunc* paratum *video equitatu et peditatu.* 2. Promptus, consilio, manu. Catil. III. 7. *hominem tam acrem* (Catilinam) *tam* paratum, *tam audacem.* 3. Praeparatus. Orat. II. 36. *philosophi habent* paratum *quid de quaque re dicant.* N. D. III. fr. *faber materia utitur, quae sit* parata.

PARCE. 1. De parsimonia. Off. I. 30. parce continenter, sobrieque vivere. 2. Restricte, breviter. Muren. 13. *in qua re* (arte oratoria) *si satis profecissem,* parcius *de eius laude dicerem.* Fam VI. 7. *scripsi de te* parce *et timide.* Fam. I. 9. *id feci* parce *et molliter.*

PARCERE. 1. De hominibus. Fam. IV. 12. *cui inimici propter dignitatem* pepercerant, *inventus est amicus, qui ei mortem afferret.* Quint. 16. *iugulare civem ne iure quidem quisquam bonus vult; mavult enim commemorare, se quum posset perdere,* pepercisse, *quam quum* parcere *potuerit, perdidisse.* 2. De corporis aut animi partibus, vel affectionibus. Harusp. 27. *quis minus umquam* pepercit *hostium castris, quam ille omnibus* corporis sui *partibus.* Cluent. 60. *dico illum quum ad illud prandium crudior venisset, et ut aetas illa fert, sibi tamen non* pepercisset, *aliquot dies aegrotasse et ita esse mortuum.* Fam. XI 27. *parum valitudini* parcere. Quint. 12. *credamus hoc* (ironice dictum) *Sex*

Naevium, cuius caput oppugnet eius auribus pepercisse; *i. e.* quum vellet eum de pecunia appellare, subito se retinuisse, ne ille invitus audiret. Orat. II. 54. *Crassi perpetua contra Scaevolam Curiana defensio tota redundavit hilaritate quadam et ioco, dicta illa brevia non habuit.* Parcebat *enim adversarii dignitati, in quo ipse servabat suam.* Cael. 18. parcat *iuventus pudicitiae suae, ne spoliet alienam.* 3. De aliis rebus. Verr. IV. 54. *Marcellus aedificiis omnibus* pepercit. Fam. XVI. 4. *te rogo sumptui ne* parcas. Att. VIII. 1. nec sum miratus eum (Pompeium) qui caput ipsum reliquisset, (urbem Romam) *reliquis membris non* parcere, *h. e.* oppida atque oram maritimam pro derelicto habere. Planc. 35. *fateor, quod viderim mihi auxilium non deesse, idcirco me illi auxilio* pepercisse.

PARCUS. 1. Sensu proprio; et quidem *a)* ponitur in laude (*sparsam, wirthlich*). Orat. II. 71. *optimus colonus,* parcissimus, *modestissimus, frugalissimus.* *b)* In vitio, *knickrig.* Cael. 15. *filius familias patre* parco *et tenaci.* N. D. III. 29. *a* parco *patre quod sumas, quanto dissipas libentius,* versus e Synephebis Caecilii. 2. Transfertur ad alia, ubi est, i. q. restrictus. Balb. *M. Crassus vel nimium* parcus *in largienda civitate.* 3. Metaphorice, etiam de oratione. Orat. *in transferendis verbis verecundus et* parcus. Brut. 40. *Crassus erat elegantium* parcissimus, *Scaevola parcorum* elegantissimus.

PARENS. 1. Sensu proprio. Verr. V. 45. *id postremum* parentes *suos liberi orabant.* Fam. V. 8. *me sicut alterum* parentem *et observat et diligit.* 2. De avis aliisve cognatis. Inv. I. 54. *petimus ab iis qui audiunt, ut ad suas res nostras referant, si ad pueros pertinebit, de liberis suis cogitent — si ad senes de patribus aut* parentibus. 3. De patria. Att. IX. 11. quum *parentes non alere nefarium sit, nostri principes antiquissimam et sanctissimam* parentem *patriam fame necandam putant.* 3. Metaphorice, de quolibet alicuius rei effectore. Fin. II. 1. *Socrates qui philosophiae* parens *iure dici potest.* Univ. 11. *quorum operum ego* parens *effectorque sum.* Orat. I. 3. *neque enim te fugit artium omnium laudatarum procreatricem quandam et* quasi parentem *eam quam φιλοσοφίαν vocant ab hominibus doctissimis iudicari.* Leg. I. 23. *quum tot res tantaeque sint, quae inesse in homine perspiciantur ab iis,*

qui se ipsi velint nosse, earum parens *est educatrixque sapientia.*

PARENTALIA, inferiae, vel privatae, quae a privatis instituuntur, vel publicae, h. e. publica auctoritate et publice celebrandae. Phil. I. 6. *an me censetis — decreturum fuisse ut* parentalia *cum* supplicationibus *miscerentur.* (Nempe non solum *parentalia* Caesari ut fierent decretum erat, sed etiam *supplicationes* quasi deo) *ut inexpiabiles religiones in remp. inducerentur? ut decernerentur supplicationes mortuo; nihil dico cui. Fuerit ille L. Brutus — adduci tamen non possem, ut quemquam mortuum coniungerem cum immortalium religione; ut cuius sepulcrum nusquam exstet, ubi* parentetur, *ei publice* supplicetur.

PARENTARE, inferias facere in honorem mortui. Leg. II. 21. *Februario mense qui tum extremus anni mensis erat mortuis* parentari *voluerunt, quod tamen D. Brutus — Decembri facere solebat. — Hostia autem maxima* parentare, *pietati esse adiunctum putabat.* Phil. XIII. 17. *per quos si petisset non Dolabella prius imperatori suo* (Caesari Trebonii nece) parentasset, *quam Antonius etiam collegae* (D. Bruto) *parentasset.*

PARERE, (secunda longa) antique pro *apparere.* Rosc. Com. 4. *si paret.*

PARERE, (secunda longa). Tusc. V. 12. *ille moderatus —* parebit *et obediet praecepto illo veteri: neque enim laetabitur umquam nec maerebit nimis.* Off. II. 11. *etiam leges latronum esse dicuntur, quibus* pareant, *quas observent.* Att. XIII. 22. *mulieres vix satis humanae, quae inimico animo ferant, quum utraque officio* pareat. Intelligi videntur Bruti mater Servilia eiusdemque uxor Portia quam dimissa Claudia duxerat; quibus inter se parum conveniebat. Att. II. 21. *timeo ne ille dolori atque iracundiae* pareat. Cluent. 58. parere *religioni potius quam odio.* Orat. 60. *Numeri* (in oratione) *in quibus quasi necessitati* parere *cogimur.*

PARERE, (secunda brevi). 1. Proprie de mulieribus. Orat. II. 66. *Scipio — quum stomacharetur cum Metella dixisse* dicitur, *si quintum* pareret *mater eius, asinum fuisse* parituram. Orat. III. 58. *ego tum gravida, expletis iam fere ad* pariendum *mensibus; per idem tempus Polydorum Hecuba* partu *postremo* parit. 2. De animalibus. Acad. pr. 11. *hi quum ovum inspexe-*

rant, quae id gallina peperisset, *dicere solebant*. 3. De plantis. N. D. I, 2. *fruges et* reliqua *quae terra* pariat. 4. Universe procreare. Catil. I. 10. *ad hanc te amentiam natura* peperit, *voluntas exercuit, fortuna servavit*. 5. Invenire, excogitare. Orat. II. 27. *quae tota ab oratore* pariuntur, *excogitationem non habent difficilem*. Ibid. 87. *haec ars tota dicendi — habet hanc vim, non ut* totum *aliquid, cuius in ingeniis nostris pars nulla sit*, pariat *et procreet*. Orat. 32. *Aristoteles tradidit praecepta plurima disserendi, et postea, qui dialectici dicuntur, spinosiora multa* pepererunt 6. Acquirere. Off. II. 9. *haec quibus rebus* pariuntur *a singulis, eisdem fere a multitudine*. Fam. X. 6 *victoria pax* parienda *est*. Catil. IV. 1. *dummod meis laboribus populo Rom. dignitas salusque* pariatur. 7. Causam alicuius rei esse. Tusc. V, 2. de philosophia: *tu urbes* peperisti.

PARIES. Top. 4. *omnibus est ius* parietem *directum ad* parietem *communem adiungere, vel solidum vel fornicatum* Vatin 5. *licet impune per me* parietes *in adolescentia perfoderis*. Fam. IV. 14. *nihil mihi intra meos* parietes *tutum*; (hoc affertur pro causa cur Terentiae uxori nuntium remiserit). Mil. 27. (Clodius) parietem *sic per vestibulum sororis instituit ducere, sic agere fundamenta, ut sororem non modo vestibulo privaret, sed omni aditu et limine*. Deiot. 2. *dico intra domesticos* parietes, *dico extra conventum et eam frequentiam, in qua oratorum studia niti solent*.

PARIETINAE, aedium dirutarum ruinae. Tusc. III. 22. *magis me moverant Corinthi subito aspectae* parietinae, *quam ipsos Corinthios*. Fam. XIII. 1. *nescio quid illud Epicuri* parietinarum. Loquitur de veteribus Epicuri aedibus, quas ille una cum horto successoribus suis legaverat. Has Areopagitae Memmio concesserant, qui volebat eas exaedificare. Sed Patro Epicureus vehementer cupiebat eas retinere. Cicero de iis aedibus contemptim loquitur, ut facilius, quod peteret, a Memmio impetraret. 2 Metaphorice. Fam. IV. 3. parietinae *reip.*, i. e. ruinae.

PARILIS. Arat. fr. *consimili specie stellas*, parilique *colore*.

PARITER. Tusc. V. 23. *Epicurei dicunt corpus gaudere tam diu, dum praesentem sentiat voluptatem; animum et praesentem percipere* pariter cum *corpore et*

prospicere venientem, nec praeteritam praeterfluere sinere. Sen. 14. *studia doctrinae quae* pariter cum *aetate crescunt.* Orat. III. 3. ut ille (L. Crassus) *qui haec non vidit, et vixisse cum rep.* pariter *et cum illa simul exstinctus esse videatur.* Lael. 16. *ut nostra in amicos benivolentia illorum erga nos benivolentiae* pariter aequaliterque *respondeat.*

PAROCHUS, qui redemit necessaria legatis peregrinis, et hospitibus etc. praebenda (*ein Lieferant*). Att. XIII 2. *Sestius noster* parochus publicus. Vid. Intt. ad Horat. Sat. I. 56. cf. infra in *Vectigal* et *Praebitor.* cf. Burmann de Vectigal. c. 6. p. 95. Ern.

PARRICIDA. 1. Qui parentem occidit. Rosc. Am. 25. *maiores nostri — supplicium in* parricidas *singulare excogitaverunt, — insui voluerunt in culeum vivos atque ita in flumen deiici.* Sequitur locus de quo Cicero Orat. c. 30. *quantis illa clamoribus adolescentuli diximus de supplicio* parricidarum, *quae nequaquam satis deferbuisse post aliquanto sentire coepimus. — Sunt enim omnia sicut adolescentis, non tam re et maturitate quam spe et exspectatione laudati.* 2. De eo qui alios propinquos aut cives, s. it patriae parentem occidit. Catil. I. 12. parricida *civium interfectus.* Phil. II. 13. *confiteor nisi* (Caesaris interfectores) *liberatores populi Romani, conservatoresque sint, plus quam sicarios plus quam homicidas, plus etiam quam* parricidas *esse.*

PARRICIDIUM. Att. III. 18. *hic de patris et patrui* parricidio *cogitavit.* Sull. 2. parricidio *patriae obstrictus.* Cluent. 11. parricidium *fraternum.* Inv. II. 19. *in quodam iudicio, quum venefici cuiusdam nomen esset delatum, et quia* parricidii *causa subscripta esset, extra ordinem esset acceptum — defensor in hoc ipso multum oportet et diu consistat, quum de nece parentis nihil demonstratum sit, indignum facinus esse ea poena afficere eum, qua* parricidae *afficerentur.*

PARS. 1. *Theil des Ganzen.* Rosc. Am. 34. *quae necessitas tanta premebat ut — nullam* partem *noctis requiesceret.* Caecin. 4. *matri* partem *bonorum maiorem legavit.* Scaur. fr. *fibri redimunt se ea* parte *corporis propter quam maxime expetuntur.* Verr. V. 52. *quibus illi urbis suae* partem *ademerunt, iis tu nostri imperii* partem *dedisti.* Orat. 4. partes animi sunt, *die verschiedenen Seelenkräfte.* 2. Regio. Leg. I. fr.

mundus omnibus partibus *inter se congruentibus cohaeret ac nititur.* Fam. XII. 5. *ab orientis* partibus. Verr. I. 59. *in extremis Pamphyliae* partibus. N. D. I. 4. *omnes partes philosophiae atque omnia membra tum facillime noscuntur quum totae quaestiones scribendo explicantur.* 3 Dicitur etiam pro specie generis (*Art der Gattung*). Inv I. 22. Genus *est quod plures* partes *amplectitur*, ut animal. Pars *est quae subest* generi *ut equus. Sed saepe eadem res alii genus, alii pars est. Nam homo animalis* pars *est, Thebani aut Troiani* (i. e. Thebanorum aut Troianorum) genus. Orat. I. 42. Genus *est id quod sui similes communione quadam, specie autem differentes duas aut plures complectitur* partes. Partes *autem sunt, quae generibus iis ea quibus emanant, subiiciuntur.* Alio tamen sensu partes a formis s. speciebus distinguenda esse docet. Topic. 7. *formas qui idem putat esse, quod* partes *confundit artem.* 4. Munus, officium. Verr. I. 25. *Philodamus ostendit* munus *illud suum non esse, se, quum suae* partes *essent hospitum recipiendorum, tum ipsos tamen praetores et consules, non legatorum asseclas recipere solere.* Att. XIV. 14. *tuas* partes *esse arbitror ut pueri animum tenerum his opinionibus imbuas.* 5. In scena, persona quam quis suscepit agendam (*die Rolle*). Caecil. 15. *actores secundarum aut tertiarum* partium. Flacc. 27. *Quis unquam Graecus comoediam scripsit, in qua servus* primarum partium (*der die erste Bedienten-rolle spielte*) *non Lydus esset.* 6. Inde transfertur ad aliam personam, quam quis suscepit agendam, vel quae alicui imponitur. Fam. IX. 8 *tibi* (in libris Academicarum quaestionum) *dedi* partes *Antiochinas; mihi sumpsi Philonis.* Font. 6. *nae multo vestrae* (ut iudicum) *maiores gravioresque* partes *sunt ad cogitandum, quam ad dicendum meae.* Muren. 3. *ego has* partes *lenitatis et misericordiae* (scil. quae sunt in defendendis reis) *quas me natura ipsa docuit semper egi libenter; illam vero gravitatis severitatisque* personam (scil. quae est accusatorum) non appetivi, *sed ab re publica mihi impositam sustinui.* 7. Ex illa locutione qua actores primarum secundarum partium dicuntur, fluxit usus metaphoricus, qua primae et secundae partes dicuntur pro primo secundo loco vel ordine (*erster, zweyter Rang*) Orat. 17. *Demothenes tribuit et* primas et secundas *actioni.* Orat. III. 56. *actioni* primas *dedisse Demothenes dicitur, quum inter-*

rogaretur, quid in dicendo esset primum, huic secundas, *huic* tertias. Brut. 21. *ingenii, literarum, eloquentiae, sapientiae denique esse utrique* (Africano et Laelio) primas, priores *tamen libenter deferunt Laelio.* 8. Numerus, s. classis hominum. Sull. 28. *in hanc igitur gregem P. Sullam, — ex his — honestissimorum* gregibus *reiicietis? ex hoc hominum* numero, *ex hac familiari dignitate, in impiorum* partem *atque in parricidarum coetum ac numerum transferetis?* 9. *Pars virilis.* Vid. *Virilis.* 10. Magnam partem (*grofsentheils*). Orat. 56. magnam partem ex iambis nostra constat oratio. Verr. IV. 24. *in hac officina* maiorem partem *diei cum tunica pulla sedere solebat et pallio.* Off. I. 7. maximam partem *ad iniuriam faciundam aggrediuntur, ut adipiscantur ea, quae concupiverunt.* 11. Ex parte, *zum Theil.* Q. Fr. III. 1. ex parte *gaudeo.* Att. VII. 3. ex parte magna *tibi assentior.* Tusc. V. 8. ex maiore parte *unamquamque rem appellari spectarique dicunt.* Fam. X. 5. *ex* maxima parte. Muren. 20. *quaestio peculatus* ex altera parte (*von einer Seite*) *lacrymarum;* ex altera *catenarum.* 12. Pro parte. Fam. XV. 15. *ego* pro mea *tu* pro tua, pro sua *quisque* parte *ferre potuisset.* Fam. XI. 27. *debeo pro civili* parte *remp. velle salvam.* Rosc. Am. 47. *sciunt ii qui me norunt, me* pro illa tenui infirmaque parte (scil. *mea*) id *maxime defendisse, ut ii vincerent, qui vicerunt.* 13. Pars etiam dicitur pro factione (*Partey*). Phil. V. 12. *nunc quidem* partium *contentionem esse dictitat. Quarum* partium? *Alteri victi sunt; alteri sunt e mediis Caesaris* partibus. Fam. X. 31. *non licet mihi* nullius partis *esse* (*ich kann nicht neutral bleiben*).

PARSIMONIA. Parad. VI. 3. magnum vectigal est parsimonia. Repub!. IV. fr *optimum et in privatis familiis et in re publ. vectigal dico esse* parsimoniam. Off. II. 24. *res familiaris conservari debet diligentia et* parsimonia, *iisdem etiam rebus augeri.*

PARTICEPS. Orat. I. 33. *quoniam sententiae atque opinionis meae voluistis esse* participes, *nihil occultabo.* Fam. X. 12. *feci continuo omnes* participes *meae voluntatis.* Fam. XI. 2. *digni sumus quos habeas tui consilii* participes. Div. I. 29. *ea pars animi, quae mentis ac rationis est* particeps Orat. 6. de medio dicendi genere: *in neutro excellens, utriusque* particeps, *vel*

utriusque (si verum quaerimus) potius expers. Verr. I. 15. *consulis* particeps *omnium rerum fueris.*

PARTICIPARE. Tusc. II. 17. *qui alteri exitium parat, eum scire oportet sibi* paratum *pestem ut* participet *parem.* Leg. I. 12. *sequitur ad* participandum *alium ab alio communicandumque inter omnes ius, nos natura esse factos.*

PARTICULA. N. D. II. 14. *Homo ortus est ad mundum contemplandum et imitandum, nullo modo perfectus, sed est quaedam* particula *perfecti.* Univ. 4. *cuius omne animal quasi* particula *quaedam est — eius similem mundum esse dicamus.* Orat. I. 39. particula caeli. Off. II. 11. *ne illi quidem, qui maleficio et scelere pascuntur, possint sine ulla* particula *iustitiae vivere.* Pis. 35 *cognoscis ex* particula *scelerum tuorum genus universum.*

PARTICULATIM. Her. I. 9. *si summatim non* particulatim *narrabimus.*

PARTIM. 1. Membris partitionis indicandis repetitum. Q. Fr. I. 3 *amici* partim *deseruerunt, me* partim *etiam prodiderunt.* 2. Cum praepositione ex. Vatin 7. *reliqui sex fuerunt ex quibus* partim *tecum plane sentiebant* partim *medium quendam cursum tenebant.* Phil. VIII. 11. *quum* partim e *nobis ita timidi sint —* partim *ita a republ. aversi.* 3. Cum genitivo. Off. II. 21. eorum (beneficiorum) *ipsorum* partim *eiusmodi sunt, ut ad universos cives pertineant,* partim *singulos ut attingunt, quae sunt etiam gratiora.* Orat. I. 31. *causarum, quae sint in communi quaestione seiunctae* partim *in iudiciis versari,* partim *in deliberationibus.* Div. II. 55. *quorum* partim *ficta aperte,* partim *effutita temere.* Partit. 24. eorum *quae propter se expetuntur* partim *honestate ipsa,* partim *commoditate aliqua expetuntur.* 4. Ponitur sic ut respondeat in altero membro *quidam, vel alius.* Div. I. 42. *multa inusitata* partim *ex caelo, alia ex terra oriebantur,* quaedam *etiam ex hominum conceptu et satu.* N. D. I, 27. *bestiarum terrenae sunt* aliae, partim *aquatiles.* Off. I. 45. quaedam *ita foeda,* partim *flagitiosa.* 5. Interdum semel ponitur ita ut nihil respondeat. Leg. II. 17. partim *ex illis distracti ac dissipati sunt.*

PARTIRI. 1. De divisione rerum inter plures. Verr. I. 44. *patres bona sua cum liberis* partiuntur. 2. De divisione negotiorum. Brut. 51. Hortensius *quum* parti-

tiretur *tecum causas, — perorandi locum — semper tibi relinquebat.* Phil. XIV. 6. partirentur *inter se qui Capitolium, qui urbis portas occuparent.* 3. De divisione logica generum in species Orat. 33. *quum res postulabit, genus universum in species certas, ut nulla neque praetermittatur, neque redundet,* partietur *ac dividet.* Fin. I. 7. Epicurus — *nihil de dividendo ac* partiendo *docet.* 4. De enumeratione partium quibus aliquid constat. Brut. 38. actio (oratoris) partienda *est in gestum atque vocem.* Orat. 56. *pes qui adhibetur ad numeros* partitur *in tria, ut necesse sit partem pedis aut aequalem alteri parti, aut altero tanto, aut sesqui esse maiorem.*

PARTITE. Orat. 28. partite, *definite, distincte dicere.*

PARTITIO. 1. Divisio rerum externarum. Sext. 24. partitio *aerarii.* Caecin. 5. *versabatur in rationibus auctionis et* partitionis. Phil. XIII. 20. *urbis Italiaeque* partitio. Off. II. 11. *propter aequabilem praedae* partitionem *Bardylis Illyrius latro — magnas opes habuit.* 2. Divisio logica. Fin. I. 13. *quae est aut utilior, aut ad bene vivendum aptior* partitio, *quam illa qua usus est Epicurus, qui unum genus posuit earum cupiditatum, quae essent et naturales et necessariae; alterum quae naturales essent, nec tamen necessariae; tertium quae nec naturales essent nec necessariae.* Top. 5. *definitiones aliae sunt* partitionum, *aliae divisionum* Partitionum *quum res ea quae proposita est, quasi in membra discerpitur; ut si quis ius civile dicat id esse, quod in legibus, senatusconsultis, rebus iudicatis, iuris — peritorum auctoritate, edictis magistratuum more, aequitate consistat.* Divisionum *autem definitio formas omnes complectitur quae sub eo genere sunt, quod definitur, hoc modo: Abalienatio est, eius rei, quae mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quos ea iure civili fieri possunt* Ibid. c. 7. 8. *In* partitione *quasi membra sunt, ut corporis, caput, humeri, manus, latera, crura, pedes et cetera. In* divisione *formae sunt quas Graeci ἰδέας vocant, nostri, si qui haec forte tractant, species appellant. —* Partitione *autem sic utendum est, nullam ut partem relinquas, ut si partiri velis tutelas inscienter facias, si ullam praetermittas. At si stipulationum aut iudiciorum formulas partiare, non est vitiosum in re infinita praetermittere*

aliquem sacris nolebat astrictum esse testator; alterum etiam subsidium erat, si deductio in testamento non esset scripta ut minus caperet, qui liberari vellet, quam relictum esset omnibus heredibus. Haec ICti callide et acute excogitarant."

PARTITUS. Orat. III. 30. *nihil sane ad rem pertinet, si qua in re discrepavit ab Antonii divisione nostra* partitio. *Eadem enim sunt membra in utrisque disputationibus, sed paullo secus a me, atque ab illo* partita *ac distributa.*

PARTURIRE, Metaphorice, de re mox eruptura in lucem. Muren. 39. *dii faciunt, ut hoc quod conceptum res publ. periculum* parturit, *consilio discutiam et comprimam.* Phil. II. 46. *ut aliquando dolor populi Romani pariet, quod iam diu* parturit. Lael. 13. *quibusdam quos audio sapientes habitos in Graecia placuisse opinor — fugiendas esse nimias amicitias, ne necesse sit unum sollicitum esse pro pluribus — caput enim esse ad beate vivendum, securitatem, qua frui non possit animus, si tamquam* parturiat *unus pro pluribus.*

PARTUS. 1. Puerperium mulierum N. D. II. 27. *Diana adhibetur ad* partus, *quod ii maturescunt aut septem aut novem lunae cursibus.* Ibid. 46. *Luna a sole illuminata graviditate; et* partus *affert.* 2. Animalium. Div. II. 22. *qui mulam peperisse miratur, is quo modo equa pariat, aut omnino quae natura* partum *animantis faciat ignorat, — Quod ante non vidit, id si coeperit ostentum esse censet. Utrum igitur quum concepit mula, an quum peperit ostentum est? Conceptio contra naturam fortasse* partus *prope necessarius* 3. Rarius ponitur de patre, ut sit, i. q. generatio Tusc. II. 8. *Deianira Oenei* partu *edita.* Davisius ad h. l. monuit Graece sic τόκος saepius usurpari, ut Sophocl. Oedip. Colon. v. 1379. Οἴνεως τόκος Τυδεύς, et Philoct. 652. Ulysses dicitur Λαέρτου τόκος. 4. Foetus. Orat. II. 40. ferae *partus suos diligunt.* Tusc. V. 27. *Bestiae — pro suo* partu *ita propugnant, ut vulnera excipiant*

PARTUS, a, um. Fin. I. 16 *in quibusdam neque pecuniae modus est — — nec reliquarum cupiditatum, quas nulla praeda umquam improbe* parta *minuit, potius inflammat.* Sull. 28. *existimationis* partae *fructus.* Orat. I. 46. *ars oratoria cuius quum ipsa natura magnam homini facultatem daret, tamen esse deus putatur* (Mercurius) *ut id ipsum quod erat hominis proprium,*

non partum *per nos, sed divinitus ad nos delatum videretur.* Rull. II. 6. *nolitote dubitare plurimo sudore et sanguine maiorum vestrorum* partam *nobisque traditam libertatem — defendere.* Phil. II. 27. *est apud poetam nescio quem: Male* parta *mala dilabuntur.*

PARVITAS. Univ. 13. *particulis — inter se copulabant — talibus, quae cerni non possent propter* parvitatem.

PARUM. Non satis. Att. X. 11. *vide ne dum pudet te* parum *optimatem esse*, parum *diligenter, quod optimum sit eligas.* N. D. III. 2. *quaeram ex te ea quae* parum *accepi, i. e.* haud satis intellexi.

PARUMPER, paullisper. Brut. 93. *delectandi gratia digredi* parumper *a causa.* Div. I. 23. *discedo* parumper *a somniis, ad quae mox revertar.* Att. IX. 3. *abduco* parumper *animum a molestiis.*

PARVULUS. Inv. II. 8. *defensor — impulsionem aut nullam fuisse dicet, aut — extenuabit et* parvulam *quandam fuisse demonstrabit.* Ac. pr. II. 26. *Sed ut minuam controversiam, videte quaeso quam in* parvulis *sitis.* Hanc lectionem Mss. omnium nuper defendit Cl. Goerenzius; quae olim ipsi quoque displicuerat. *In parvulis esse* scil. interpretatur *in minutis rebus versari.* Hactenus recte. Nihilo minus tamen ii videntur verum vidisse, qui Ciceronem scripsisse putant: *sed ut minuam controversiam, videte quaeso, quum in parvulo lis sit.* Sequitur enim, de quatuor capitibus quae concludant, nihil esse, quod nosci, percipi, comprehendi possit secundum et tertium omnes concedere; primum Epicurum quidem non dare, sed eos ipsos quibuscum Cicero disputet concedere; ergo omnem *pugnam de quarto esse*, i. e. in parvo litem esse, quum ex quatuor capitibus tantum de uno controversia sit.

PARVUS. 1. De corporibus. Somn. 4. *terra ita* parva *mihi visa est.* 2. De aliis rebus. Rull. III. 1. parvam *exigui temporis usuram postulo.* Leg. I. 3. *est quaedam inter nos* parva *dissensio.* Verr. IV. 60. *vendere aliquid* parvo *pretio.* Att. I. 13. *ea abs te diligenter*, parvoque *curata sunt.* Off. I. 20. *Ea quae eximia plerisque et praeclara videntur*, parva *ducere et contemnere.*

PASCERE. 1. De animalibus. Cluent. 25. *Bestiae fame dominante plerumque ad eum locum ubi pastae aliquando sint revertuntur.* Off. II. 4. *qui princi-*

pes inveniendi fuerunt, quem ex quaque belua usum habere possemus, homines certe fuerunt; nec hoc tempore sine hominum opera aut pascere *eas aut domare — — possemus.* Div. I. 17. *Attius Navius quum propter paupertatem sues puer* pasceret, *una ex his amissa, vovisse dicitur, si recuperasset, uvam se deo daturum, quae maxima esset in vinea.* 2 De hominibus iocose pro nutrire. Att. VI. 1. *olusculis nos soles* pascere *(du fütterst uns mit Gemüse ab).* Mil. 1. quos *P. Clodii furor rapinis et incendiis* parit. 3. De iis qui rem pecuariam exercent. Off. II. 25. (A Catone sene) *quum quaereretur, quid maxime in re familiari expediret, respondit:* Bene pascere. Verr. II. 3. *Provincia Sicilia partim retinet* (homines) *ut arare, ut* pascere, *ut negotiari libeat.* 4. In re augurali aves pascuntur, Div. II. 34. quum avide offam pultis devorant, ut tripudium fiat. N. D. II. 8. *Nihil nos P. Claudii — temeritas movebit, qui etiam per iocum deos irridens, quum cavea liberati pulli non* pascerentur, *(nicht fressen wollten) mergi eos in aquam iussit, ut biberent, quoniam esse nollent.* Div. I. 15. *Necesse est offa obiecta, cadere frustum ex pulli ore quum* pascitur. 5. Delectare. Verr. V. 26. *quum eius cruciatu atque supplicio* pascere *oculos (ihre Augen weiden) animumque exsaturare vellent.* Att. IV. 9. *ego hic* pascor bibliotheca Fausti. Off. II. 11. *Iustitiae tanta vis est, ut ne illi quidem qui maleficio et scelere* pascuntur *possint sine ulla particula iustitiae vivere.* Pis. 20. *his ego rebus* pascor, *his delector, his perfruor.*

PASCUA. Rull. I. 1. utrum hanc silvam (Scantiam) *in relictis possessionibus, an in censorum* pascuis *invenisti*, h. e. quae a censoribus locantur pecoribus ibi pascendis.

PASSER. Fin. V. 25. *voluptas quae* passeribus *nota est omnibus*, i. e. voluptas Venerea. Div. I. 33. *Calchas apud Homerum ex* passerum *numero belli Troiani annos auguratus*, cf. Div. II. 70.

PASSERCULUS. Div. II. 30. *cur de* passerculis *coniecturam facit?*

PASSIM. Orat. II. 6. *Volucres videmus* — passim *ac libere solutas opere* volitare. Div. II. 38. *volucres huc et illuc* passim *vagantes.* Sull. 15. tabulas — *describi ab omnibus librariis dividi* passim, *et pervulgari, atque edi populo Romano imperavi.* Orat. I. 43. passim

licet carpentem et colligentem undique, repleri iusta iuris civilis scientia Fam. XI. 13. *ille id* passim *ego ordinatim* (de agmine exercitus).

PASSUS. N. D. II. 43. *minorem septentrionem Cepheus* passis *palmis subsequitur.* Tusc. I. 49. *quo utinam velis* passis *pervehi liceat.*

PASSUS, us, gradus. Leg. I. 21. *qui me deduxit in Academiam perpauculis* passibus. Sext. *edixit ut ab urbe abesset* millia passuum CC. Quint. 25. *non toto triduo septingenta millia* passuum *conficiuntur.*

PASTIO. Manil 6 *Asia tam opima est et fertilis ut et ubertate agrorum et varietute fructuum, et magnitudine* pastionis — *facile omnibus terris antecellat.*

PASTOR. Flacc. 17. *Venio nunc ad Dorylensium testimonium; qui producti tabulas se publicas ad speluncas perdidisse dixerunt.* O pastores *nescio quos cupidos literarum, si quidem nihil istis praeter literas abstulerunt.* Ridet illorum testium excusationem de amissis tabulis quasi pastores quidam eas secum in illas speluncas abstulissent.

PASTORALIS. Div. I. 48. *ille Romuli auguratus* pastoralis *non urbanus fuit.* Paullo ante c. 47. dixerat: *neque enim in* pastoribus *illis, quibus Romulus praefuit nec in ipso Romulo haec calliditas esse potuit, ut ad errorem multitudinis religionis simulacra fingerent.*

PASTORITIUS. Cael. 11. *fera quaedam sodalitas et plane* pastoritia *atque agrestis germanorum Lupercorum, quorum coitio illa silvestris ante est instituta quam humanitas atque leges.* Att. I. 16. et ludis (Circensibus) et gladiatoribus (spectaculis gladiatoriis) mirandas ἐπισημασίας *sine ulla* pastoritia fistula *auferebamus*, i. e magnas plausus ita ut nulli sibili audirentur. Vid *Fistula.*

PASTUS. 1. Nutritus. Fam. VIII. 15. *nostri milites mali orbiculatis* pasti *esse videntur.* 2. Ditatus. Cluent. 26. *quaestu iudiciario* pastus.

PASTUS, subst. 1. De pecudibus. Div. I. 42. *Arabes, Phryges, Cilices pastu* pecudum *maxime utuntur.* 2. De omnibus animantibus. N. D. II. 47. Pastum *animantibus large et copiose natura eum, qui cuique aptus erat comparavit* Enumerare possum ad eum pastum *capessendum conficiendumque quae sit in figuris*

animantium — quamque admirabilis fabrica membrorum. Off. I. 4. *generi animantium omni est natura tributum ut — quaecumque ad vivendum sint necessaria anquirat et paret, ut pastum, ut latibula.* Fin. II. 34. *bestiis terra fundit ex sese* pastus *varios varieque abundantes nihil laborantibus.* 3. De hominibus. ibid. II. 13. *Cyrenaici non videmus — hominem ad duas res — intelligendum et agendum esse natum, quasi mortalem deum, contraque ut tardam aliquam et languidam pecudem ad* pastum *et ad procreandi voluptatem hoc divinum animal natum esse voluerunt.* Phil. XI. 2. *praemisso Octavio scelerato latrone atque egente qui popularetur agros, vexaret urbes — ad praesentem* pastum *mendicitatis suae.* 4. De oblectatione animi. Tusc. V. 23. *Archimedis mens rationibus agitandis exquirendisque alebatur, cum oblectatione solertiae, qui unus suavissimus* pastus *animorum.*

PATEFACERE. 1. De sensu aurium. Lael. 26. *ita fit ut is assentatoribus* patefaciat *aures suas maxime* (i. e. attentum se praebent) *qui ipse sibi assentetur.* 2. De prospectu aperiendo. Fam. VII. 1. *ex illo cubiculo tuo ex quo tibi Stubianum perforasti et* patefecisti Seianum. 3. Aditum ad aliquid parere. Catil. IV. 10. patefacere *nobis provincias, quo exire possimus.* Fam. XIII. 78. *huic ego aditum ad tuam cognitionem* patefacio *et munio.* Orat. I. 21. *uterque vestrum* patefecit *earum rerum ipsarum aditum, quas quaerimus.* 4. Aperire in lucem proferre. Mil. 37. *iudicia communis exitii indagavi,* patefeci, *protuli.* Lael. 26. *in scena — verum valet, si modo id* patefactum *et illustratum est.* Fam. VI. 10. *Attico nostro proximeque Theudae liberto tuo totum me* patefeci (*habe ihnen mein ganzes Herz eröffnet*) *et haec iis singulis saepe dixi quacumque re possem, me tibi et liberis tuis satisfacere cupere.*

PATEFACTIO. Fin. II. 2. patefactio *quasi rerum opertarum, quum quid quidque sit aperitur definitio est.*

PATEFACTUS. 1. Apertus. Manil. 8. patefactum *nostris legionibus esse Pontum, qui ante populo Romano ex omni aditu clausus esset.* Ibid. 11. *per Galliam legionibus nostris in Hispaniam iter Gallorum internecione* patefactum *est.* 2. Prolatus in lucem, proditus. Sull. 2. *coniuratio* patefacta. Catil. III. 6. *Len-*

6. *Patere* est etiam, i. q. *apparere*. Rosc. Com. 2. *non habere se hoc nomen in codice fatetur, sed in adversariis* patere *contendit.* Phil. XII. 2. *discussa est caligo diluxit,* patet, *videmus omnia.* 7. Expositum esse. Phil. V. 16. *quum omnia ad perniciem nostram pestifero illi civi* paterent. 7. *Late patere* dicuntur, quae ad multos pertinent. Orat. 21. *Locus* (de decoro) *longe et late* patens. Inv. I. 45. *argumentatio et eius reprehensio maiorem quandam vim continet et* latius patet, *quam hic exponitur.* Off. I. 26. *Sic est iudicandum maximas geri res — ab iis qui res publicas regant, quod earum administratio latissime* pateat *ad plurimosque pertineat.*

PATER. 1. Sensu proprio. Phil. III. 6. Ignobilitatem *obiicit C. Caesaris filio* (Octaviano, quem Caesar adoptaverat) *cuius etiam* naturalis pater (Octavius) *si vita suppeditasset, consul factus esset.* Hic *naturalis pater* opponitur *patri adoptatori*. Inv I. 54. de patribus *aut parentibus*. Vid. *Parens*. Orat. II. 64. *quibus nec mater nec* pater, de hominibus obscuris et ignobilibus. 2. Caecil. 22. *cuius consuetudinis atque instituti* patres maioresque *nostros non poenitebat.* Hic deinde ad patrum aetatem refertur P. Lentulus princeps senatus, ad maiorum P. Africanus. Recte monuit Ernestius patres in prosa proprie dici, non de maioribus. Lael. 3. Scimus *L. Atilium* (alii legunt Acilium) *apud* patres nostros *appellatum esse sapientem.* 3. Metaphorice dicitur *pater patriae*. Rab. Perd 10. *C. Marium, quem vere* patrem *patriae, parentem in quam vestrae libertatis atque huiusce reip. possumus dicere.* 4. Leg. II. 10. *Nam a* patribus *acceptos deos ita placet coli, si huic legi paruerint ipsi.* Patrum *delubra esse in urbibus censeo.* Recte h. l. Ernestius reprehendit eos, qui patrum delubra interpretabantur deorum delubra; et recte Goerenzius *patrum delubra* eadem esse, quae c. 8. in ipsa lege dicantur *constructa a patribus delubra,* monuit. Nisi forte h. l. legendum sit *eorum*, quod referatur ad antecedentia *a patribus acceptos deos.* 5. *Patres conscripti*, i. e. senatus. Vid. *Conscriptus*.

PATERA, (*Schale*, *Opferschale*.) Div. I. 2. *Matrem Phalaridis scribit Heraclides Ponticus — visam esse videre in somniis simulacra deorum — ex his Mercurium* e patera — *sanguinem visum esse fundere.* Brut. 11. Themistoclem isti (Clitarchus et Stratocles) *aiunt*

PATIBULUM. Verr. IV. 41. *tibi Marcelli statua pro* patibulo *in clientes Marcellorum fuit?* Nempe Verres Syratum divaricari et ad statuam Marcelli deligari iusserat. Ibid. c. 40.

PATIENS. 1. Qui aliquid patitur. Brut. 76. *Hermagorae praecepta — habent ordinem et quasdam errare in dicendo non* patientes *vias.* 2. Geduldig, ausdauernd. Cael. 6. *quis in laboribus* patientior? Off. I. 30. *sunt — qui quidvis* perpetiuntur *cuique deserviant, tum quod velint consequantur, — quo in genere versutissimum et* patientissimum *Lacedaemonium Lysandrum accepimus.* Ligar. 8. ut ne *offendam tuas* patientissimas *aures.* Orat. II. 75. *nimium* patiens *et lentus existimor.* Ibid. II. 69. ridiculi genus patientis *ac lenti, ut quum Cato percussus esset ab eo qui arcam ferebat, quum ille diceret:* Cave, *rogavit,* numquid aliud ferret praeter arcam?

PATIENTER. Lael. 25. *monere et moneri proprium est verae amicitiae et alterum libere facere, non aspere, alterum* patienter *accipere, non repugnanter.* Fam. I. 8. *otium nobis exoptandum est, quod ii, qui potiuntur rerum, praestaturi videntur, si quidam homines* patientius *eorum potentiam ferre potuerint.*

PATIENTIA. Inv. II. 54. Patientia *est honestatis aut utilitatis causa rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpessio.* Off. I. 34. *adolescentia a libidinibus arcenda est, exercendaque labore* patientiaque *et animi et corporis.* Partit. 23. patientiam *duritia immanis imitatur.* Rull. II. 24. *tum quum haberet haec resp. — homines non solum honoribus populi, verum etiam* patientia *paupertatis ornatos.*

PATIOR. 1. Univ. 6. *quum mundus per se et a se et* patetur *et faceret omnia.* Catil. I. 5. *non feram, non* patiar, *non sinam.* Tusc. II. 18. *toleranter dolorem* pati. Catil. II. 9. *tantus illorum temporum dolor inustus est civitati, ut iam ista non modo homines, sed ne pecudes quidem mihi* passurae *esse videantur.* 2. Cum infinitivo. Verr. III. 14. imbri frumentum corrumpi in area patiebatur (*er liefs es verderben*). Div. II. 2. *ut nullum philosophiae locum esse* pateremur, *qui non Latinis literis illustratus pateret.* 3. Facile patior (*ich bin es gern zufrieden, lasse mir es gern gefallen*). Fam. V. 7. *quibus officiis si quando non mutue respondetur, apud me plus residere officii* facillime patior. Att. XVI.

17. *non modo* facile patior, *sed etiam gaudeo.* Planc. 25. *populus Romanus deligit magistratus, quasi reip. villicos, in quibus si qua praeterea est ars facile* patitur; *sin minus, virtute eorum et innocentia contentus est.* 4. *Pati* est, i. q. concedere, *zulassen, gestatten.* Orat. II. 2. *quantum illius ineuntis aetatis meae* patiebatur *pudor.*

PATINA. Fam. IX. 10. Att. IV. 8. patina tyrotarichi.

PATRATUS. Leg. II. 8. *feriis iurgia amovento; easque in famulis*, operibus patratis (i. e. semente, messe facta) *habento.* Hic locus explicatur c. 12. *feriarum festorumque dierum ratio in liberis requietem habet litium et iurgiorum; in servis* operum et laborum; quas *compositio anni conferre debet ad* perfectionem operum rusticorum.

PATRIA. 1. Catil. I. 7. patria *communis omnium nostrum parens.* Flacc. 26. *urbs Athenarum vetustate ea est, ut ipsa ex sese suos cives genuisse dicatur* (nimirum Athenienses se appellabant αὐτοχθόνας) *et eorum eadem terra parens, altrix,* patria *dicatur.* Att. IX. 11. patria *antiquissima et sanctissima parens.* 2. Locus ubi quis natus est. Leg. II. 1. *si verum dicimus haec* (villa Arpinas) *est mea et huius fratris mei germana* patria; *hinc enim orti stirpe antiquissima sumus.* Ibid. 2. *sed illud quale est, quod paullo ante dixisti hunc locum* — germanam patriam *esse vestram? Numquid duas habetis* patrias? *An est una illa* patria *communis? Nisi* forte sapienti illi Catoni fuit patria non Roma sed Tusculum. M. *Ego mehercule et illi et omnibus municipibus duas esse censeo* patrias; *unam naturae; alteram civitatis; ut ille Cato quum esset Tusculi natus in populi Romani civitatem susceptus est. Ita quum ortu Tusculanus esset, civitate Romanus, habuit alteram loci* patriam, *alteram iuris.* — *Sic nos et eam* patriam *dicimus, ubi nati et illam qua excepti sumus.* Catil. IV. 8. *quis est — cui non haec templa, aspectus urbis, possessio libertatis, lux denique haec ipsa et hoc commune* patriae *solum quum sit carum, tum vero dulce atque iucundum.* Tusc. V. 37. Patria *est, ubicumque est bene;* Teucri vox in tragoedia deperdita. Simile est illud Aristophanis in Pluto, v. 1151. Πατρὶς γάρ ἐστι πᾶσ', ἵν' ἂν πράττῃ τις εὖ. Tusc. I. 43. *Anaxagoras quum Lampsaci moreretur, quaerentibus amicis, vel-*

letne Clazomenas in patriam, *si quid ei accidisset afferri, nihil necesse est, inquit, undique enim ad inferos tantundem viae est.*

PATRICIUS, qui e familia aliqua eorum senatorum ortus est, quos Romulus et Tarquinius Priscus legerunt; et qui ab illis quidem orti sunt, *maiorum gentium*, qui ab his *minorum gentium* dicuntur. *Patriciis* opponuntur *plebeii*. Fam. IX. 21. *quid tibi venit in mentem Papirium negare quenquam nisi plebeium fuisse? fuerunt enim* patricii minorum gentium. Leg. II. 2. *Fibrenus praecipitat in Lirim et tamquam in* patriciam familiam *venerit, amittit nomen obscurius.*

PATRIMONIUM. 1. Sensu proprio. Rab. Post. 15. *qui duo lauta et copiosa* patrimonia *accepisset remque praeterea bonis et honestis rationibus auxisset.* Flacc. 36. *qui* patrimonium *satis lautum, quod hic nobiscum conficere potuit Graecorum conviviis maluit dissipare.* Sull 20. *venire omnes suas possessiones et* patrimonio *se ornatissimo spoliari maluit, quam ullam moram cuiquam fieri creditorum suorum.* 2. De populi Romani possessionibus aut iuribus. Phil. II. 39. *Agrum Campanum — compransoribus tuis et collusoribus dividebas. — Quid iam queror de agro Leontino? Quandoquidem hae quondam arationes in populi Romani* patrimonio *grandi fenore et fructuosae ferebantur.* Caecin. 26. *Non minus diligenter ea quae a maioribus accepistis,* publica patrimonia iuris, *quam privatae rei vestrae retinere debetis, non solum quod haec iure civili septa sunt, sed etiam quod* patrimonium (proprie sic dictum) *unius incommodo dimittitur; ius amitti non potest sine magno incommodo civitatis.* 3. Metaphorice. Orat. I. 57. *Mucius paterni iuris defensor et quasi* patrimonii *propugnator sui.* Dom. 58. *liberis nostris satis amplum* patrimonium *paterni nominis ac nostrae memoriae relinquemus.*

PATRIMUS, cui pater superstes est. Harusp. 11. Vid. Heinecc. Antiq. I. R. ad Inst. Iust. I. 10 5. *Ern.*

PATRITUS Tusc. I. 19 patritam *illam et avitam sapientiam.* Hanc lectionem (quum omnes Mss. habeant *patriam*) unus habet Nonius Marcellus II. 703. Recte *patriam* restituerunt Davisius et Ernestius.

PATRIUS, a maioribus relictus et traditus antiquus. Orat. I. 18. *mos* patrius *Academiae.* Mur. 41. *sacra* patria. Sic etiam Verr. I. 3. *dii patrii* sunt,

quorum cultus a maioribus venit. Rosc. A. 9. *sepulcrum patrium*, i. e. maiorum. 2. A patre relictus et traditus. Verr. Act. I. 5. *Res* patriae *atque avitae*. Tusc. I. 9. patriam *illam et avitam sapientiam*. 3. *Paternus*. Rosc. Am. 46. *animus* patrius *in liberos*. Vidi qui dubitarent sic dici Latine, et inde haererent in loco Livii II. 5. *eminente animo* patrio *inter publicae poenae ministerium*, ubi dicendum esse videbatur *animo paterno*, ut ap. Horat. Carm. II. 2. Prov. Cons. 8. *gravitas* patria, *i. e.* patris, ubi tamen edd. pr. *paterna*. 4. Rosc. Am. 8. *foci* patrii *aliique penates*. Ubi tamen suspectum est patrii. Nam intelligendi sunt *a patre relicti*, *ut bona paterna* dicuntur, non *patria*. *Ern.*

PATRO. Att. I. 11. Τευκρις *promissa* patravit.

PATROCINIUM. 1. Defensio in causis forensibus. Orat. 34. *legitimarum et civilium controversiarum* patrocinia *suscipere*. Brut. 29. *hoc dicendi genus ad* patrocinia *mediocriter aptum videbatur*. Orat. I. 57. *arripuisti* patrocinium *aequitatis et defensionem testamentorum ac voluntatis mortuorum*. 2. Defensio sententiae alicuius philosophica. Parad. I. 4. *Voluptas plurimorum* patrocinii *defenditur* Fin. II. 21. *Aut haec sunt vituperanda, aut* patrocinium *voluptatis repudiandum. Quod autem* patrocinium *aut quae ista causa est voluptatis, quae nec testes ullos e claris viris nec laudatores poterit adhibere?* 3. De tutela nationum per magistratus. Off. II. 8. *nostri magistratus imperatoresque ex hac una re maximam laudem capere studebant, si provincias, si socios, aequitate et fide defendissent. Itaque illud* patrocinium *orbis terrae verius, quam imperium poterat nominari.*

PATRONA. Orat. II. 48. Antonius in causa C. Norbani negavit *provocationem* patronam *illam civitatis ac vindicem libertatis populi Romano dari sine nobilium dissensione potuisse.*

PATRONUS. 1. Qui reum in iudicio defendit. Rosc. Am. 2. *his de causis ego huic causae* patronus *exstiti, non electus unus, qui maximo ingenio, sed relictus ex omnibus qui minimo periculo possem dicere, neque uti satis firmo praesidio* defensus *Sex Roscius, verum ut ne omnino desertus esset.* Muren. 2. *si ut nonnullis in civitatibus fieri solet*, patronus *huic causae publice constitueretur, is potissime honore affecto* (h. l. consuli designato) defensor *daretur qui eodem honore*

praeditus non minus afferret ad dicendum auctoritatis, *quam facultatis.* Cluent. 40. *quis cum unquam non modo in* patroni, *sed in laudatoris aut advocati loco viderat?* 2. Qui civitatem aliquam aut nationem aut provinciam tuetur, et ubi opus est defendit. Off. I. 11. *tantopere apud nos iustitia culta est, ut ii, qui civitates aut nationes devictas bello in fidem recepissent, earum* patroni *essent more maiorum.* Pis. 11. de Capuae colonis: *me inaurata statua donarant; me* patronum *unum asciverunt; a me se habere vitam, fortunas, liberos arbitrabantur,* cf. Sext. c. 4. Sull. 21. *omnis Pompeianorum colonorumque dissensio delata ad* patronos *est.* Ibid. *hunc* patronum *defensorem custodem illius coloniae — per vos tutari conservareque capiunt.* Off. III. 18. de Basilo: *hunc dico* patronum *agri Piceni et Sabini.* Phil. II. 41. *quid ego illas istius* (Antonii) *minas contumeliasque commemorem, quibus invectus est in Sidicinos, vexavit Puteolanos, quod C. Cassium, quod Brutos* patronos *adoptassent? magno quidem iudicio, studio, benivolentia, caritate, non ut te, ut Basilum vi et armis, et alios vestri similes, quos clientes nemo habere velit, non modo illorum cliens esse.* 3. Aliorum etiam sive ordinum sive sodalitatum defensor. Milon. 7. *senatus propugnator, atque, illis quidem temporibus, paene* patronus *— M. Drusus.* 4. Alicuius sententiae aut rei defensor. Lael. 7. patronus *iustitiae.* Rull. III. 1. *facile appareat eam legem non a vestrorum commodorum* patrono *— conscriptam.*

PATRUELIS. Fin. V. 1. *L. Cicero frater noster cognatione* patruelis *amore germanus.*

PATRUUS. 1. Patris frater, (*Oheim von väterlicher Seite*) Att. V. 19. qui cum sororis tuae filii patruo certaret. Hic Cicero facete se ipsum designat. Erat enim patruus Q. Ciceronis filii, qui filius erat sororis Attici, Pomponiae, quam Q. Cicero pater uxorem duxerat. 2. Quia patrui solent esse severi castigatores fratris filiorum, interdum *patruus* pro severo reprehensore ponitur. Cael. 11. fuit *pertristis* patruus, *censor, magister.*

PATULUS. N. D. II. 48. Pinna duabus grandibus patula conchis. Fin. III. 19. *illa quae in concha* patula *pinna dicitur.* Orat. I. 7. *platanus* patulis *diffusa ramis.*

PAUCITAS. Orat. I. 2. *facillime, quanta oratorum sit, semperque fuerit* paucitas *iudicabit.* Orat. II. 34. *genera definita non solum numero sed etiam* paucitate.

PAUCULUS. Att. V. 21. *Q. Volusium — misi in Cyprum, ut ibi* pauculos *dies esset.*

PAUCUS. Orat. II. 32. *Causae ad generum universas quaestiones referuntur, ita modicae et* paucae sunt, *ut omnes eas diligentes et memores et sobrii oratores percursas animo et prope decantatas habere debeant.* Her. IV. 18. *qui quum plures erant* paucis *nobis exaequari non poterant, hi postquam* pauciores *sunt, metuimus ne sint superiores?*

PAVERE. Tusc. II. 10. *navem horrisono freto noctem* paventes *timidi adnectunt navitae,* versus ex Aeschyli Prometheo soluto translatus.

PAVIMENTATUS. Q. Fr. III. 1. *Porticus* pavimentata.

PAVIMENTUM. Phil. II. 41. *natabant* pavimenta *vino.*

PAVIRE, ferire. Div. II. 34. *quum pulli pascuntur, necesse est, aliquid ex ore cadere, et terram* pavire.

PAULLATIM, *sensim.* Fam. VIII. 15. *cuius amicitia me* paullatim *in hanc perditam causam imposuit.*

PAULLISPER. Fam. III. 12. *suscipe* paullisper *meas partes.* Verr. IV. 18. *abesse ab domo* paullisper *maluit, quam illud argentum amittere.* Pison. 6. Paullisper *stetimus in illo tuarum ganearum nidore atque fumo.* Verr. IV. 24. *Lectica* paullisper *deposita.*

PAULLO. Orat. 30. *quaedam* paullo *hilariora.* Ibid. 41. *haud paullo* melior *scriptor Plato.* Parad. III. 2. *Histrio si* paullo *se moveat extra numerum exploditur.* Flacc. 28. *Auri viginti pondo paullo* amplius. Ibid. *auri pondo centum* paullo minus. Cum positivo. Att. VIII. 12. *non solum gloriosis consiliis utamur, sed etiam paullo* salubribus. Sic Lambin. e cod. Tornaes. Alii tamen *salubrioribus.* Verr. IV. 5. *nuper, quid dico nuper? immo vero modo ac* plane paullo ante. Partit. 39. *quae* paullo ante *et quae proxime dedimus.* Brut. 21. *verbis uti* paullo magis *priscis.* Orat. II. 21. *verbis —* paullo nimium *redundantibus.*

PAULLULUM. Tusc. V. 8. *habeo* paullulum *quod requiram.* Quint. 16. *respirasset cupiditas atque avaritia*

tia paullulum. N. D. II. 46. *nihil ut fere intereat aut admodum* paullulum.

PAULLUM. Rosc. Am. 39. *ex eo T. Roscius non* paullum nescio quid *in rem suam convertit, sed hunc funditus evertit bonis.* Orat. III. 46. *haec* paullum *immutata cohaerere non possunt.* Fin. III. 10. *eorum definitiones* paullum oppido *inter se differunt, et tamen eodem spectant.*

PAVO. Fin. III. 5. *Membrorum alia videntur propter eorum usum a natura esse donata, — alia autem nullam ob utilitatem, quasi ad quendam ornatum, ut cauda* pavoni. Fam IX. 20. *Vide audaciam; etiam Hirtio cenam dedi sine* pavone.

PAVOR. Tusc. IV. 8. Pavorem (Stoici dixerunt) *metum, mentem loco moventem; ex quo illud Ennii: tum* pavor *sapientiam mihi ex animo expectorat.*

PAUPER. Parad. VI. 3. *hi non modo non copiosi et divites, sed etiam inopes ac* pauperes *existimandi sunt.* Fr. inc. *An vero multorum in terris praediorum dominos, divites appellarunt; omnium virtutum possessores* pauperes *nominabimus?*

PAUPERTAS. Fin. V. 28. Paupertas *si malum est, mendicus beatus esse nemo potest.* Parad. VI. 1. *ista* paupertas *vel potius* egestas ac mendicitas *tua.* Oecon. fr. ap. Columell. XII. 2. *Vetus est proverbium,* paupertatem *certissimam esse, quum alicuius indigeas eo uti non posse, quia ignoretur, ubi proiectum iaceat, quod desideretur.*

PAX. Phil. II. 44. Pax *est tranquilla libertas.* Ibid. XII. 5. *conditio* pacis, *quae est, in qua ei, cum quo* pacem *facias, nihil concedi potest.* Rull. I. 8. *nihil tam populare, quam* pacem, *quam concordiam, quam otium reperiemus.* Att. VII. 14. *equidem ad* pacem *hortari non desino, quae vel iniusta utilior est, quam iustissimum bellum in civibus.* Phil. II. 44. *nomen* pacis *dulce et res ipsa salutaris.* Balb. 16. *Nihil est aliud in foedere nisi ut pia et aeterna* pax *sit.* Fam. X. 6. *aut positis armis* pacem *petere debent, aut si pugnantes eam postulant victoria* pax, *non pactione parienda est.* 2. Metaphorice, de tranquillitate animi. Fin. I. 14. *eadem ratione ne temperantiam quidem propter se expetendam esse dicemus, sed quia* pacem *animis afferat, et eos quasi concordia quadam placet ac leniat.* 3. In

si non ipse amicus per se amaritur toto pectore (*von ganzem Herzen*). Lael. 26. *in amicitia nisi apertum* pectus *videas, tuumque ostendas, nihil fidum habeas.*

PECUARIA, orum. Pecorum greges. Her. IV. 34. *quum canes funguntur officiis luporum, cui praesidio* pecuaria *credemus?* Sed ibi vulgo nunc legitur *pecua.*

PECUARIUS. 1. De pastione villatica. Quint. 3. *erat ei* pecuaria res *ampla et rustica sane bene culta et fructuosa.* Deiot. 9. Deiotarus diligentissimus agricola et pecuarius habebatur, 2. *Pecuarii* sunt qui rem pecuariam exercent Verr. II. 6. *non recuso — si cuiquam ordini sive* aratorum, *sive* pecuariorum, *sive* mercatorum *probatus fuerit, si cuiquam denique ulla in re umquam temperaverit, ut vos quoque ei temperetis.* Font. 1. *unum ex toto negotiatorum, colonorum, publicanorum, aratorum,* pecuariorum *numero testem producant.*

PECULATOR, qui peculatus reus est. Off. III. 18.

PECULATUS, crimen quo tenetur is qui aerarium defraudavit, vel pecuniam publicam avertit. Flacc. 18. *princeps legationis Lysanias, adeptus est ordinem senatorium; sed quum rem publicam nimium amplecteretur* (acerbus est iocus ex ambiguo) peculatus *damnatus et bona et senatorium nomen amisit.* Her. ~~IV.~~ 12. si quis peculatus *accusetur, quod vasa argentea publica de loco privato dicatur sustulisse, possit dicere quum definitione sit usus, quid sit furtum, quid* peculatus, *secum furti agi, non* peculatus *agi oportere.* Phil XII. 5. *Sestertium septies millies avertisse Antonium pecuniae publicae iudicavistis. Num fraude poterit carere* peculatus?

PECULIARIS, proprius. Q. Fr. II. 10. *hoc mihi* peculiare *fuerit, hic etiam isto* (Mario) frui. Verr. III. 74. Quid? — peculiarem *habes aliquam Siciliam, quae tibi ex alio genere frumentum suppeditare possit?*

PECULIATUS, dives, nummatus. Fam. X. 32. *Balbus plane bene* peculiatus *discessit.*

PECULIUM, pecunia quam servus de demenso suo sibi comparsit, aut domini permissu collegit. Verr. I. 36. *homines* (servi a pupillo Malleolo ablati) *posteaquam reus factus est, aliis redditi, alii etiam nunc retinentur;* peculia *omnium vicariique retinentur.* Verr. III. 38. *Hic Diagnotus* (qui erat servus Venerius) *qui ex publicis vectigalibus tanta lucra facit, vicarium nul-*

2. Nonnumquam pecunia ponitur pro universa hereditate s. omnibus bonis. Leg. II. 19 *De sacris haec sit una sententia, ut conserventur et deinceps familiis prodantur, et, ut in lege posui, perpetua sint sacra. Hoc posito haec iura pontificum auctoritate conservata sunt, ut ne morte patris familias sacrorum memoria occideret, iis essent ea adiuncta ad quos eiusdem morte* pecunia *venerit.*

PECUNIARIUS. Att. X. 16. *propter alterius crudelitatem, alterius audaciam, tum propter utriusque* difficultatem pecuniariam.

PECUNIOSUS. Rosc. Com. 15. *Vir copiis rei familiaris locuples et* pecuniosus. Verr. V. 9. *homo* pecuniosissimus. Inv. 25. *in fortuna quaeritur* — pecuniosus, *an tenuis.*

PECUS, oris. Phil. III. 12. *Antonius caedit greges armentorum reliquique* pecoris. Bull. II. 15. *multa in mancipiis, in* pecore, *auro, argente.* — Orat. II. 70. *quum premeretur Lucilius ab iis, qui* a pecore *eius depasci agros publicos dicerent. Non est, inquit* (Appius) *Lucilii* pecus *illud; erratis;* (defendere Lucilium videbatur) *ego liberum, puto esse, qua lubet, pascitur.*

PECUS, udis. Tusc. I. 28. (videmus) *multitudinem* pecudum *partim ad crescendum, partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, partim ad corpora vestienda.* N. D. II 64. *Sus quid habet praeter escam, cui quidem ne putisceret animam ipsam pro sale datam dicit esse Chrysippus; qua* pecude, *quod erat ad vescendum hominibus apta, nihil genuit natura foecundius.* Fin. V. 13. *non inscite illud dictum videtur in sue, animam illi* pecudi *datam pro sale ne putisceret.* Off. II, 3. *expertes rationis sunt equi, boves, reliquae* pecudes. Ibid. I. 30. *antecedit* pecudibus *reliquisque beluis hominis natura.* Att. I. 15. *non modo homines, verum etiam* pecudes *sciebant.* Catil II. 9. *Tantus illorum temporum dolor inustus est civitati, ut iam istu non modo homines sed ne* pecudes *quidem mihi passurae esse videantur.* 2. Per translationem de homine, convicii causa. Pis. 9. *consilio illius* pecudis *uti volebam.* Ibid. 29. *Sed idem casus illum ignarum quid profiteretur quum se philosophum esse diceret, istius impurissimae atque intemperantissimae* pecudis (Pisonis) *coeno et sordibus inquinavit.*

scribere liceat.) Fam. IX. 14. *Legi concionem tuam; nihil illa sapientius; ita* pedetentim *et* gradatim *tum accessus a te ad causam facti, tum recessus.*

PEDISEQUA, sensu metaphorico, pro comite. Orat. I. 55 *iuris scientiam eloquentiae tanquam ancillulam* pedisequamque *adiunxisti.* Her. IV. 14. *si voles divitias cum virtute comparare, vix satis idoneae tibi videbuntur divitiae, quae virtutis* pedisequae *sint.*

PEDISEQUUS Her. IV. 52. *heus Gorgia* pedisequae *puerorum, absconde pueros.* Att. II. 16. *agro Campano diviso, quod vectigal superest, praeter vicesimam, quae mihi videtur una conciuncula clamore pedisequorum nostrorum* (i. e. infimae plebis) *esse peritura.* Dom. 42. *quum hunc clarissimum virum — a* pedisequis *conculcari iuberes.*

PEDITATUS. Phil. V. 2. *tu civem sceleratum exercitu, pecunia,* peditatu, *equitatu, copiis instrues?* Fam. VII. 1. *armatura varia* peditatus *et equitatus.*

PEGASUS. Quint. 25. *Biduo post, aut ut statim de iure aliquis cucurrerit, non toto triduo DCC millia passuum conficiuntur. O rem incredibilem — o nuntium volucrem! Administri et satellites Sex. Naevii Roma trans Alpes in Sebusianos biduo veniunt. O hominem fortunatum, qui eiusmodi nuntios seu potius* Pegasos *habeat,* i. e. qui quasi utantur equis alatis; qualis Pegasus ille fabulosus erat.

PEGMATA, loculi lignei, vel plutei quibus libri vel alia quae ad supellectilem pertinent, imponuntur. Att. IV. 8. *nihil venustius quam illa tua* pegmata *postquam mi sittybis libros illustrarunt* (Dionysius et Menophilus)

PEIERARE. Rosc. Com. 16. *quem ego ut mentiatur inducere possum, ut* peieret *facile exorare potero.* Rab. Post. 12. *ubi semel quis* peieraverit, *ei credi postea, etiamsi per plures deos iuret, non oportet.* Vid. *Periurare.*

PEIUS, substantive aut intellecto negotio per Graecismum. Tusc. II. 13. *turpitudo* peius *est quam dolor.*

PELAGUS. Orat. III. 39. *fervit aestu* pelagus ex Pacuvio, cf. Div. I. 14.

PELLECTIO. Att. I. 13. *Sum equidem a te lacessitus ad scribendum; sed idcirco sum tardior, quod non invenio fidelem tabellarium. Quotus enim quisque*

est, qui epistolam paullo graviorem ferre possit, nisi eam perlectione *relevarit.* locus est ex ambiguo. *Gravior epistola* significatur quae sit *gravioris argumenti;* sed potest etiam significare quae sit *ponderis gravioris.* Itaque curiosos dicit esse plerosque tabellarios, quibus eiusmodi epistolarum pondus iniquum esse videatur, nisi perlectione illud sibi levius reddiderint, quum sit curiositati satis factum.

PELLEX. Cluent. 70. de Sassia: *cuius ea stultitia est, ut eam nemo hominem; ea vis ut nemo feminam; ea crudelitas, ut nemo matrem appellare possit. Atque etiam nomina necessitudinum, non solum naturae nomen et iura mutavit; uxor generi, noverca filii, filiae* pellex. Huius dicti elegantiam Cicero ipse laudat Orat. 30.

PELLERE. 1. Sensu proprio. Harusp. 18. *lapidibus optimos viros foro* pellis. Orat. II. 13. Thucydides hos libros (de bello Peloponnesiaco) *tum scripsisse dicitur quum a republ. remotus atque — in exsilium* pulsus *esset.* Caecin. 11. *qui armis perterritus, fugatus*, pulsus *est non videtur esse deiectus?* 2. „*Pellere* dicuntur res externae, quum agunt in sensuum instrumenta, et quidem in utramque partem et suaviter et cum molestia. Orat. 53. *quod quum animos hominum auresque* pepulisset, *ut intelligi posset id quod casus effudisset cecidisse iucunde, notandum certe genus* (numeri oratorii) *atque ipsi sibi imitandi fuerunt.* 3. Deinde pellere nos aut mentem dicuntur species rerum externarum, quum animo concipiuntur. Ac. pr. II. 10. *visa nos* pellerent. Ibid. 20. visa *mentem sensumque pepulerunt.* 4. Denique quae animum suaviter aut moleste afficiunt. Fin. II. 10. *nec ullum habet ictum quo* pellat *animum hic status nihil dolendi.* Div. I. 36. *ut* pellantur *animi vehementius, saepe etiam cura et timore.* Cael. 15. *candor huius te et proceritas vultus oculique* pepulerunt. Sic habet Graevius pro vulg. perpulerunt. Nam cum *pepulerunt* ignorantia librariorum saepe permutatum est *perpulerunt* et *perculerunt.* Vid. Graev. ad h. l. et Gronov. ad Liv. 30. Sic Fam. IV. 13. *nulla insignis me privatim* pepulit *iniuria*, h. e. attigit. Aliae edd. habent *perculit.*" *Err.* 5. Brut. 87. *longi sermonis initium* pepulisti. Sic Victor emendavit lectionem olim vulgatam *depulisti.* Probante Ernestio.

PELLICATUS. Off. II. 7. Dionysius a coniuge Thebe *propter* pellicatus *suspicionem interfectus*. Scaur. fr. *Arinis uxor* pellicatus *dolore concitata*. Cluent. 5. *filia quae — nefarium matris* (Sassiae amore generi captae) pellicatum *ferre non posset*.

PELLICERE. 1. Ad amorem allicere. Cluent. 5. (Sassia) *animum adolescentis* (generi sui) — pellexit *iis omnibus rebus, quibus illa aetas capi ac deliniri potest*. 2. Generatim allicere ad se. Flacc. 30. *Mulierem imbecilli consilii satis locupletem* pellexit *Decianus ad se*. 3. „Dicitur de artibus magicis, quibus v. c. seges ex agro vicini in nostrum deducitur. Nam de hoc est apud Plin. hist. nat. Hinc eleganter ad alia transfertur. Orat. I. 57. *iudicum sententias lepore et sale* pellexisti.

PELLICULA. Muren. 36. *Q. Tubero quum epulum Q. Maximus Africani* patrui *sui nomine populo Romano daret, rogatus a Maximo ut triclinium sterneret, stravit* pelliculis haedinis *lectos Punicanos — quasi vero esset Diogenes Cynicus mortuus, et non divini hominis Africani mors honesteretur*.

PELLIS. 1. Pis. 36. *quid? illam armorum officinam ecquid recordaris, quum omni totius provinciae pecore compulso*, pellium *nomine* (scil. quibus ad scuta uteretur) *omnem illum quaestum domesticum paternumque renovasti*. N. D. I. 29. Iuno Sospita, *quam tu numquam ne in somnis quidem vides, nisi cum* pelle caprina etc. 2. Quia tentoria pellibus sterni solebant, *sub pellibus* dicitur pro *sub tentoriis* s. *in castris*. Ac. pr. II. 2. *in bello ita magna rei militaris esse occupatio solet, ut non multum imperatori sub* ipsis pellibus *otii relinquatur*.

PELLITUS. Fr. or. pro Scauro. *M. Aemilius sordidissimae genti, ac prope dicam* pellitis *testibus condonetur*. *Pelliti* sunt proprie pellibus pro veste tecti, ut rustici, qui inde *pelliti* dicuntur. Sed quia hic cultus est etiam iis gentibus communis quae barbarae sunt, et ab hoc humaniori cultu absunt, propterea barbari etiam ut h. l. sunt *pelliti*. Sic eos etiam appellavit etiam Claudianus de IV. consul. Honorii v. 466. Est autem apud Ciceronem sermo de *Sardis*, qui *pelliti* diserte vocantur apud Liv. XXIII. 40. Vid. ibi Gronov. A Cicerone alibi *mastrucati*. Vid. *Mastruca*. Sed

Bruto pendet *quae aut nulla erit, aut ab ipso servabitur.* Flacc. 2. *nisi salutem nostram, quae spe exigua extremaque* pendet, *tenuerimus.* Rull. II. 29. *an ignoratis cetera illa magnifica P. R. vectigalia perlevi saepe momento fortunae, inclinatione temporis* pendere. Pis. 41. *an tu mihi, cui semper ita persuasum fuerit non eventis sed factis cuiusque fortunam ponderari, dicere audes, non in tabellis paucorum iudicum, sed in sententiis omnium civium famam nostram fortunamque* pendere? 3. *Pendere ex aliqua re* dicuntur homines qui ad eam se totos accommodant, vel sine ea se nihil effecturos esse putant. Off. I. 19. *qui ex errore imperitae multitudinis* pendet, *hic in magnis viris non est habendus.* Fin. II. 15. *quid turpius, quam sapientis vitam ex insipientium sermone* pendere. Parad. II. 1. *cui spes omnis et ratio et cogitatio* pendet *ex fortuna, huic nihil potest esse certi.* Rull. II. 25. *nolo suspensam et incertam plebem Romanam obscura spe et caeca exspectatione* pendere. Q. Fr. III. 5. *Caesaris amore, quem ad me perscripsit unice delector; promissis iis, quae ostendit non valde* pendeo — *magisque eius voluntatis perpetuitatem, quam promissorum exitum exspecto.* 4. *Pendere animi* dicuntur qui incerti sunt, quid agant, aut quid statuant. Fam. VIII. 5. *qua tu cura sis — nescio; ego quidem vehementer* animi pendeo. Att. VIII. 5. pendeo animi *exspectatione Corfiniensi*, nimirum Corfinii Domitius eum copiis suis a Caesare obsidebatur. Att. XVI. 12. *Varii rumores, multique, quos cuperem veros. Nihil tamen certi. Ego vero quidquid est, tecum potius, quam* animi pendeam, *quum a te absim, et* de *te, et* de *me.* Att. XI. 12. *ostendis te* pendere animi *quamnam rationem sim Caesari allaturus profectionis meae.* Leg. I. 3. *ego* animi pendere *soleo* (*komme in Verlegenheit*) *quum semel quid orsus, traducor alio.* Tusc. I. 46. *exspectando et desiderando* pendemus animis. Att. IV. 15. *ne diutius* pendeas, i. e. incertus sis. 5. *Pendere* dicuntur qui sunt in periculo ruinae. Rab. Post. 16. *nec* pendentem *amicum corruere patitur.*

PENDERE, secunda brevi. 1. Aestimare, ponderare. Verr. IV. 1. *Rem vobis proponam; vos eam suo, non nominis pondere* penditote. Quint. 2. *Si ex opibus non ex veritate causa* pendetur. Orat. *in philosophia tantum interest, quemadmodum dicas ubi res spe-*

ctatur, *non verba* penduntur. Rosc. Am. 22. (in scelere parricidii) *non temere creditur*, *neque levi coniectura res* penditur. 2. Solvere. Q. Fr. I. 26. pendere *vectigal*. Att. XII. 23. pendere *usuram*. 3. *Poenas pendere*, i. q. poenas dare. Att. XI. 1. *maximas* poenas pendo *temeritatis meae*.

PENE s. PAENE. Phil. II. 39. O praeclaram illam percursationem tuam — tum quum etiam Capuam coloniam deducere conatus es. Quemadmodum illinc abieris, vel potius *paene* non abieris scimus. (Nempe paene occisus erat Antonius.) Cui tu urbi minitaris. Utinam conere, ut aliquando illud *paene* tollatur! (h. e. ut non paene, sed plane occidaris).

PENETRALIS. 1. Abditus reconditus. Haruspic. 27. *abditi et* penetrales *foci*. 2. N. D. II. 27. *nec longe absunt ab hac vi dii* Penates, *sive a* penu *ducto nomine* (*est enim omne*, *quo vescuntur homines* penus) *sive ab eo quod* penitus *insident*; *ex quo etiam* penetrales *vocantur*.

PENETRARE. 1. Pertransire. Tusc. I. 20. *qui ostium Ponti viderunt*, *et eas angustias per quas* penetravit *et quae est nominata Argo*. Univ. 9. *Has ob causas nata astra sunt*, *quae per caelum* penetrantia *solstiali se et brumali revocatione converterent*. 2. Aliquo pervenire. Somn. 7. *Romulus haec ipsa in templa* penetravit. Prov. Cons. 13. *C. Marius* — *Gallorum maximas copias repressit*, *non ipse ad eorum urbes sedesque* penetravit. Verr. IV. 48. *propter* (Ennam) *est spelunca quaedam* — *qua Ditem patrem ferunt repente cum curru exstitisse*, *abreptamque ex eo loco virginem* (Proserpinam) *secum asportasse*, *et subito non longe a Syracusis* penetrasse *sub terras*. 3. De mente et ratione humana. Ac. pr. II. 39. *nulla acies humani ingenii tanta est quae possit in caelum* penetrare. N. D. II. 61. *Quid vero? Hominum ratio non in caelum usque* penetravit. 4. De orationis vi. Partit. 36. *uter definiendo describendoque verbo magis ad sensum iudicis opinionemque* penetravit — *is vincat necesse est*. 5. De oratoris actione. Brut. 38. *nulla res magis* penetrat *in animos*, *eosque fingit*, *format*, *flectit talesque oratores videri facit*, *quales ipsi se videri volunt*.

PENICILLUS. 1. Instrumentum pictoris. Orat. 22. *Pictor ille* (Timanthes Plin. XXXV. 10.) *vidit obvol-*

vendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo *non posset imitari.* 2. Metaphorice, de stilo poeticae. Q. Fr. II. 15. *mihi date Britanniam, quam pingam coloribus et* penicillo *meo.*

PENIS. Fam. IX. 22. *Caudam antiqui* penem *vocabant, ex quo est propter similitudinem* peniculus. *At hodie* penis *est in obscenis. At vero Piso ille frugi in annalibus suis queritur, adolescentes* peni *deditos esse.*

PENITUS 1. Interius, intima parte. Off. II. 3. *abditum* penitus *aurum et argentum effodere.* Leg. I. 5. penitus *ex intima philosophia hauriendam iuris disciplinam putas.* Att. VIII. 12. *demittere se* penitus *in intimam causam.* Cluent. 4. *evellam ex animis hominum tantam opinionem tam* penitus *insitam tam vetustam.* Q. Fr. I. 1. *intrare* penitus *in familiaritatem alicuius.* 2. *Prorsus.* Fin. I. 15. *multi — — se ipsos* penitus *perdiderunt.* N. D. I. 42. *Euhemerus religionem* penitus *totam sustulit.* Rosc. Com. 7. *supercilia* penitus *abrasa.*

PENNA. N. D. II. 52. *aves pullos ex ovis exclusos* pennis *fovent, ne frigore laedantur.*

PENNATUS. Div. I. 48. *Iovis altisoni* pennata *satelles*, i. e. aquila. Versus ex Arateis.

PENNIGER. Univ. 10. *animantium genus* — pennigerum *et aerium.*

PENNULA. N. D. II. 52. *quum pulli* pennulis *uti possunt tum volatus eorum matres prosequuntur.*

PENSIO, pars pecuniae per certos dies (*Termine*) solvendae. Fam. VI. 15. *Teneor dum a Dolabellae procuratoribus exigam primam* pensionem, *scil.* dotis Tulliae a Dolabella post divortium reddendae. Rosc. Com. 17. *quum* altera *pensio solvenda esset.* Att. XVI. 2. *Hortensius vero impudenter. Nihil enim debetur ei, nisi ex tertia* pensione *quae est Kal. Sext. ex qua* pensione *ipsa maior pars est ei soluta aliquanto ante diem.* 2. Metaphorice. Phil. II. 44. *ista tua minime avara coniux — nimium debet diu populo Rom. tertiam pensionem;* acerbissimum scomma in Antonium eiusque uxorem Fulviam; cuius primus maritus fuerat Clodius a Milone trucidatus, alter Curio in Africa a Iuba cum legionibus deletus; tertius Antonius, cui quum interitum exoptat et vaticinatur, hunc tertii mariti interitum, quasi tertiam pensionem populo Rom. a Fulvia deberi dicit. Simul, quod iam Abramius monuit, notatur

PERACERBUS. Sen. 15. *uva primo est* peracerba *gustatu*.

PERACUTUS. Brut. 30. *Stoicorum* peracutum *et artis plenum orationis genus, sed tamen exile.* Verr. II. 44. *Videtis illum — qui eo vultu nos intuetur, ut sibi ipse* peracutus *videatur.*

PERACUTE. Ac. post. I. 10. *Zeno quum — valde subtiliter dissereret, et* peracute *moveretur:* scil. si ei quaedam ab adversariis obiicerentur, acute sensit, qua ratione optime possent refelli.

PERACTIO. Sen. 23. *senectus* peractio *aetatis est tamquam fabulae.*

PERADOLESCENS. Manil. 21. *quid tam praeter consuetudinem, quam homini* peradolescenti — *imperium atque exercitum dari?* Nempe Pompeius annos XXIV natus A. V. c. 670. exercitum confecerat, eique praefuerat ita, ut res bene gereret.

PERAEQUUS. Verr. IV. 22. peraequa *proportio.*

PERAGERE. 1. N. D. II. 4. *comitia* peragere. Sen. 19. *neque histrioni, ut placeat, peragenda est fabula, modo in quocumque fuerit actu probetur.* 2. Fam. VIII. 8. *totum Sempronium* perago, i. e. vexo dicendo (*nehme ihn durch*).

PERAGRARE. 1. Sensu proprio. Verr. IV. 48. *Ceres dicitur orbem omnium* peragrasse *terrarum.* Fin. V. 29. *cur Plato Aegyptum* peragravit *ut a sacerdotibus barbaris numeros et caelestia acciperet?* Ibid. II. 34. Xerxem dicit *maria pedibus* peragrantem, *classibus montes*, quod scil. *Hellesponto iuncto Athone perfosso maria ambulavisset, terramque navigasset.* Prov. Cons. 13. *quas regiones quasque gentes nullae nobis antea literae, nulla vox, nulla fama notas fecerat, has noster imperator, nosterque exercitus et populi Romani arma* peragrarunt. Off. I. 1. *otium persequimur et ob eam causam urbe relicta rura* peragrantes, *saepe soli sumus.* Div. I. 42. *Cilices campus et montes hieme et aestate* peregrantes. 2 Transfertur ab hominibus ad alia. Univ. 9. *annus, ubi sol suum totum confecit et* peragravit *orbem.* Balb. 6. *Pompeius is vir cuius res gestae omnes gentes cum clarissima victoria terra marique* peragrassent. Brut. 13. *Eloquentia omnes* peragravit *insulas et peregrinata tota Asia est.* 3. De mente humana. Fin. II. 31. *Haec non erant eius, qui innumerabiles mundos, infinitasque regiones, quarum nulla esset ora, nulla*

PER-

PERBREVITER. Orat. II. 58. *de omni isto genere, quid sentiam,* perbreviter *exponam.*

PERCALLERE. 1. Mil. 28. nescio quomodo iam usu obduruerat, et percalluerat civitatis incredibilis patientia (*die Geduld war in Unempfindlichkeit übergegangen*). 2. Orat. II. 35. *si modo usu rerum* percallueris (*wenn durch Uebung dir die Sachen geläufig worden sind*). Ita recte nunc legitur e Mss. Vulgo *usum rerum percallueris.* Sic Attius apud Nonium Marcell. IV. 66. *periti sumus in vita atque usu* callemus *magis.*

PERCAUTUS, Q. Fr. I. 1. *delectus* percautus.

PERCELEBRARE. Verr. V. 31. *de qua muliere* (Pippa) *plurimi versus, qui in istius cupiditatem facti sunt tota Sicilia* percelebrantur. Cael. 29. *audita et* percelebrata *sermonibus res est.*

PERCELER. Cael. 24. *habuisse aiunt* (venenum) *domi, vimque eius expertum in servo quodam ad rem ipsam parato; cuius* perceleri interitu *esse ab hoc comprobatum venenum.*

PERCELERITER. Fam. VI. 12.

PERCELLERE. 1. Interficere. Orat. II. 70. *Scipio qui Ti. Gracchum* perculit. Mil. 21. *Mars communis, qui saepe spoliantem iam et exsultantem evertit et* perculit *ab abiecto.* Marcell. 6. *quos amisimus cives, eos Martis vis* perculit, *non ira victoriae.* 2. Affligere. Cael. 32. *ne adolescentiam plenam spei maximae non modo non aluisse vos sed etiam* perculisse *atque afflixisse videamini.* Sext. 67. *ceteri aut repentina vi* perculsi *ac tempestate populari, per populum tamen ipsum recreati sunt, atque revocati* (ab exsilio). 3. De animo, commovere. Verr. III. 57. *Haec te vox non* perculit? *non perturbavit?* Mil. 24. *quid? quae postea sunt* (scil. falso) in eum (Milonem) *congesta, quae quemvis etiam in mediocrium delictorum conscientia* perculissent, *ut sustinuit! dii immortalis! sustinuit? immo vero contempsit ac pro nihilo putavit.* Nempe paullo ante dixerat: *Magna vis est conscientiae, et magna in utramque partem; ut neque timeant, qui nihil commiserint, et poenam semper ante oculos versari putent, qui peccarint.* Vid. *Perculsus.*

PERCENSERE. 1. *Exponere*, p. Red. in Sen. 1. percensere *numerando.* 2. *Percurrere.* Partit. 36. *quo in genere* (defensor) percensere *poterit plerosque inveniendi locos*, scil. ut iis utatur, e. c. similibus, contra-

riis, consequentibus. 3. *Recitando percurrere.* Rull II. 18. quum decemviri in lege agraria ostendissent, se vectigalia P. R. vendituros, Cicero praeconem quo lectore utebatur, ita compellat: *Quin tu mihi ex ordine recita de legis scripta populi Romani auctionem.* Deinde quum lector ea legisset, quae ad Italiam pertinebant: subiungit: *Italiam* percensuisti, (i. e. legendo percurristi ea quae ad Italiam pertinent) *perge in Siciliam.*

PERCEPTIO. 1. Collectio ad usum (die Gewinnung). Off. II. 3. *neque frugum neque fructuum reliquorum* perceptio *et conservatio sine hominum opera ulla esse potuisset.* 2. Animi comprehensio. Ac. pr. II. 7. *Ars quae potest esse, nisi quae non ex una aut duabus, sed ex multis animi* perceptionibus *constat?* Ac. post I. 12. Arcesilas ceterique Academiae novae philosophi negabant *quidquam esse turpius, quam cognitioni et* perceptioni *assertionem approbationemque praecurrere.* Her. II, 31. *tute nostram diligentiam laudabis tuaque* perceptione *laetabere;* i. e. scientia et cognitione.

PERCEPTUM Fat. 6. *Si est divinatio, qualibusnam a* perceptis *artis proficiscitur?* Percepta *appello, quae dicuntur Graece θεωρήματα. Non enim credo nullo* percepto *aut ceteros artifices versari in suo munere, aut eos qui divinatione utantur futura praedicere. Sunt igitur astrologorum* percepta *huiusmodi: Si quis verbi causa, oriente Canicula natus est, is in mari non morietur.*

PERCIPERE. 1. *Colligere* Sen. 24. *Possum nominare ex agro Sabino rusticos Romanos — quibus absentibus numquam fere ulla in agro maiora opera fiunt, non serendis, non* percipiendis, *non condendis fructibus.* Off. I. 18. *vicinum citius adiuveris in fructibus* percipiendis *quam aut fratrem aut familiarem.* Lael. 19. *reliqua tempora* demetendis *fructibus et* percipiendis *accommodata sunt.* N. D. II. 59 *per arteriam vox a mente principium ducens* percipitur *ac funditur* Haec lectio quam Ernestius defendit, Davisio et Bohenio displicuit, quorum alter *proiicitur*, alter *praecipitatur* legendum esse conficiebat 2. *Capere.* Fam. XIV. 1. *Tulliamque nostram, ex quo patre tantas voluptates capiebat, ex eo tantos* percipere *luctus.* Fin. II 30. *memoria corpore* perceptarum *voluptatum.* 3. *Animo et*

memoria comprehendere. Off. I. 18. *nec oratores, quamvis artis praecepta* perceperint, *quidquam — sine usu et exercitatione consequi possunt.* Orat. I. 28. Satis est ceteris artificiis percipiendis tantummodo similem esse hominis (*nur gemeinen Menschenverstand zu haben*) *et id quod tradatur vel etiam inculcetur, si quis forte sit tardior, posse* percipere *animo et memoria custodire.* Sen. 7. *Themistocles omnium civium nomina* perceperat. N. D. I. 5. *Nam si singulas disciplinas* percipere *magnum est, quanto maius omnes.* Orat. 2. *quod neque oculis, neque auribus, neque ullo sensu* percipi *potest, cogitatione tantum et mente complectimur.*

PERCITUS. Mil. 23. *sive illud animo irato ac* percito *fecisset, ut incensus odio trucidaret inimicum.*

PERCOMMODE, valde opportune. Verr. Act. I 2. *verum hoc adhuc* percommode *cadit, quod cum incredibili eius audacia singularis stultitia coniuncta est.* Tusc. IV. 30. *sive casu accidit, sive consilio* percommode *factum est.*

PERCOMIS. Brut. 58. Q. Scaevola augur, *qui peritissimus iuris; idemque* percomis *habitus est.*

PERCONTARI. Fin. II. 1. *Socrates* percontando *et interrogando elicere solebat eorum opiniones quibuscum disserebat.* Brut. 46. *ego iam non miror illud Theophrasto accidisse, quod dicitur quum* percontaretur *ex anicula quadam, quanti aliquid venderet, et respondisset illa atque addidisset:* Hospes non pote minoris, *tulisse eum moleste se non effugere hospitis speciem, quum aetatem ageret Athenis, optimeque loqueretur.* Div. II. 36. *solebat ex me Deiotarus* percontari *nostri augurii disciplinam, ego ex illo sui.* Att. VI. 7. percontando *de nominibus Milonis, aliquid proficies.* Partit. 13. *est illa varietas in argumentando et non iniucunda distinctio; ut quum interrogamus nosmet ipsos aut* percontamur.

PERCONTATIO. 1. Univ. 1. *primum quidem tempus salutationibus, reliquum* percontatione *consumpsimus.* Cluent. 64. aliquid adiungere *dictum de veneno, quod non* percontatione *quaesitum sed dolore* (scil. tormentorum, servi in quaestionem dati) *expressum videretur.* Brut. 60. *sermo ductus e* percontatione *filii, quid in senatu esset actum.* 2. Inter figuras sententiarum rhetoricas commemoratur. Orat. III. 53. *rogatio atque huic finitima quasi* percontatio. Eodem modo

Graeci rhetores distinguunt ἐρώτησιν et πεῦσιν. Quintilian. IX. 2. *Quid tam commune, quam interrogare, vel* percontari. *Nam utroque utimur indifferenter, quum alterum noscendi, alterum arguendi gratia videatur.* Interrogatio vero a percontatione hactenus differt, quod illa brevior est et apertior; haec ambagibus et circumlocutione utitur.

PERCOQUERE, fr. Oecon. ap. Non. v. *Interfici: Nullo modo facilius arbitror posse, neque herbas arescere et interfici; neque terram ab sole* percoqui. Graece apud Xenophontem Oecon. c. 16. οἶδα — ὅτι οὐδαμῶς ἂν μᾶλλον ἡ μὲν ὕλη ἐπιπολάζοι καὶ αὐαίνοιτο ὑπὸ τοῦ καύματος, ἡ δὲ γῆ ὀπτῷτο ὑπὸ τοῦ ἡλίου — —

PERCREBRESCERE. Verr. II. 23. *res* percrebruit *in ore atque sermone omnium coepit esse.* Verr. IV. 30. *quum haec fama de nostrorum hominum avaritia et cupiditate* percrebruerit. Caecil. 4. *ita* percrebruit, *Siculos, — actorem — quaesisse.*

PERCREPARE. Verr. V. 13. *non offendebantur homines — lucum illum litoris* percrepare *totum mulierum vocibus, cantuque symphoniae.*

PERCULSUS. Catil. II. 1. *Catilina se* perculsum *et abiectum esse sentit.* Fam. IV. 4. perculsa *et prostrata iacent omnia.* Flacc. 7. *Graecia quae iamdiu suis consiliis* perculsa *et afflicta est.*

PERCUPIDUS, valde benivolus. Fam. I. 7. *Cognovi Hortensium* percupidum *tui.*

PERCURIOSUS Cluent. 62. *Nicostratus quidam fidelis Oppianici servulus,* percuriosus, *et minime mendax, multa dicitur renuntiare domino solitus esse.*

PERCURRERE. 1. Celeriter ad aliquem proficisci. Att. X. 9. *prius quam ad urbem accederem ubicumque tu esses, ad te* percurrissem. 2. Cogitatione aut oratione celeriter, aut breviter perlustrare. Orat. I. 50. *Est boni oratoris, multa auribus accepisse, multa vidisse, multa animo et cogitatione, multa etiam legendo* percurrisse. Orat. II. 41. *haec properans* percurro. Ibid. I. 47. *ea quae breviter a te de ipsa arte* percursa *sunt.* Ibid. II. 32. *causae si ad generum universas quaestiones referuntur, ita modicae et paucae sunt, ut omnes eas diligentes et memores et sobrii oratores* percursas *et prope dicam decantatas habere debeant.* Fragm. inc. ap. Sen. epist. *si mihi vitae spatium duplicetur, vel iis*

tantummodo poetis percurrendis, qui λυρικοὶ *a Graecis vocantur, non esset suffecturum.*

PERCURSATIO. Att. II. 42. *Italiae* percursatio.

PERCURSIO. Tusc. IV. 13. *Celeritas ingenii etiam laus habetur propter animi multarum rerum brevi tempore* percursionem.

PERCUSSIO. 1. Sensu proprio. Tusc. III. 26. *ut pectoris, femoris capitis* percussiones in luctu 2. Ictus in musicis et metris (*der Tact*) sic dictus quia tibicines pedibus terram feriunt, aut percutiunt, ad rhythmum et intervalla notanda. Orat. III 48. *Distinctio et aequalium et saepe variorum intervallorum* percussio *numerum conficit.* Ibid. 47. *sunt insignes* percussiones *eorum numerorum* (ut iambici) *et minuti pedes.* Orat. 48. *non sunt in oratione* (scil. prosaica) *tanquam tibicini* percussionum *modi.* 3. Off. III 19. *si dares hanc vim M. Crasso ut* digitorum percussione (*durch ein Schnippchen*) *posset heres scriptus esse.*

PERCUSSOR, interfector. Rosc. Am. 33. *eos qu s qui leviore nomine appellant,* percussores *vocant.* Gravius nomen scil. est *sicarius.* Phil. II. 29. *his ipsis temporibus domi Caesaris* percussor *ab isto missus deprehensus dicebatur cum sica.*

PERCUTERE 1. Sensu proprio de ictu. Orat. II. 47. *M. Aemilium lapide* percussum *esse constabat.* Ibid. 69. *Cato* percussus *ab eo qui arcam ferebat.* N D. III. 35 *Hunc Iupiter fulmine non* percussit. 2. Vulnerare. Milon. 24 *gladio* percussus *est ab uno de illis* — 3. Interficere. Rosc. Am. 34. *quoniam, cuius consilio occisus sit, invenio, cuius manu* percussus *sit non laboro.* 4. De animo, afficere, commovere. Tusc. V. 11. *quodcunque nostros animos probabilitate* percussit, id dicimus. Fam. IX. 25 percussus *atrocissimis literis.* Milon. 29. *Fingite cogitatione imaginem huius conditionis meae, si possim efficere ut Milonem absolvatis, sed ita si Clodius revixerit? quid vultu extimuistis? Quonam modo ille vos vivus afficeret, qui mortuus inani cogitatione* percussit?

PERDIFFICILIS. Partit. 24. *quae* perdifficilia sunt, *perinde habenda saepe sunt ac si effici non possint.*

PERDIFFICILITER. Ac. pr. II. 15. *cur illa non possit, quae* perdifficiliter (scil. quidem a vero internoscantur) *internoscantur tamen.*

PERDO. 1. Amitto. Fam. I. 16. *minus miseri, qui his temporibus liberos amiserunt, quam si eosdem bona aut denique aliqua re publica* perdidissent. 2. Depono. Fam. I. 9. *ut mihi stomachum facerent, quem ego funditus* perdidi. 3. Frustra consumo. Her. IV. 41. de eo qui pro patria mortuus est: amisit *vitam; at non* perdidit. *Re enim vilissima et perparva maximam redemit;* dedit *vitam, accepit patriam; amisit animam, potitus est gloria.* Fam. V. 5. *Reliqua multo maius meum studium — et laborem desiderant. Quae ego si non profundere ac* perdere *videbor, omnibus meis viribus sustinebo.* Parad. V. 1. perdere *operam.* Fam. VII. 1. *in gladiatoribus ipse Pompeius confitetur se et operam et oleum* perdidisse. 3. *Perdere* est etiam *ad perniciem dare,* Att. VI. 1. *civitates funditus* perdidissem. Catil. II. 1. perdidimus *hominem, magnifice vicimus.* Rosc. Am. 12. *Mors Q. Scaevolae tantum potuit ut omnes cives suos* perdiderit *et afflixerit.*

PERDOCERE. Sext. 45. *Rem quaeris praeclaram iuventuti ad discendum, nec mihi difficilem ad* perdocendum. Balb. 27. Cicero se ipsum dicit *rerum varietate atque usu ipso iam* perdoctum.

PERDUCERE. 1. Sensu proprio. Planc. 41. *Thessalonicam me in quaestoriumque* perduxit. 2. Metaphorice, de sententiis, consiliis, conditionibus ad quas aliquis permovetur aut adigitur, vel de honoribus aut fortunis, emolumentis quae consequitur. Quint. 6. *si imbiberit huiusmodi rationibus illum ad suas conditionibus* perducere. Att. XVI. 8. *Octavius veteranos* perduxit *ad suam sententiam.* Tusc. IV. 23. *Aiacem ira ad furorem mortemque* perduxit. Rull. I. 9. *habeat me ipsum documento — quae vitae via facillime viros bonos ad honorem dignitatemque* perducat. 3. De temporis termino. Sen. 17. *Agri colendi studia Valerium Corvum accepimus ad centesimum annum* perduxisse. Fam. X. 1. *Resp. si ad tuum tempus* (ad Planci consulatum) perducitur *facilis gubernatio est. Ut* perducatur *autem magnae quum diligentiae est, tum etiam fortunae.* Fam. IX. 20. *usque ad assum vitulinum opera* perducitur. 4. Meretrices dicuntur perduci. Verr. V. 12. *Huc Tertia illa* perducta *est.*

PERDUCTOR, qui feminam stupri causa perducit. Verr. I. 12. *lenones, aleatores,* perductores.

dem adhuc Romae peregrinari *videbatur.* Brut. 13. *ut semel e Piraeeo eloquentia evecta est omnes peragravit insulas, atque ita tota* peregrinata *Asia est, ut se externis oblineret moribus.* 3. Usurpatur de animi intentione in varias scientiae partes. Tusc. V. 39. *Democritus, luminibus amissis, — quum alii saepe quod ante pedes esset, non viderent, ipse infinitatem omnem* peregrinabatur, *ut nulla in extremitate consisteret.* 4. Etiam de eo qui res praesentes et ante oculos positas ignorat. Mil. 12. *An vero vos soli ignoratis, vos hospites in hac urbe versamini, vestrae* peregrinantur *aures, neque in hoc pervagato civitatis sermone versantur?*

PEREGRINATIO. 1. De animalibus. Fin. II. 33. bestiae — partim cursu et peregrinatione laetantur. 2. De hominibus. Lael 27 peregrinationes *rusticationesque.* Att. VI. 2. *in hac* peregrinatione *militiave nostra saepe incensum ira vidi, saepe placatum.* Tusc. V. 37. *exsilium si rerum naturam, non ignominiam nominis quaerimus, quantum demum a perpetua* peregrinatione *differt?* Att. IX. 12. *haec fuga quam tu* peregrinationem *ὑποκορίζων appellas.*

PEREGRINUS. 1. Proprie. Off. I. 34. peregrini *et incolae officium est nihil praeter negotium suum agere.* Rull. II. 34. *nos hinc Roma qui veneramus,* (Capuam) *iam non hospites, sed* peregrini *atque advenae nominabamur.* 2. Qui in aliqua re rudis et ignarus, vel exigua notitia instructus est. Orat. I. 50. *Orator nulla in re tiro ac rudis, nec* peregrinus *atque hospes.* Att VI. 3 *Est quiddam advenientem non esse* peregrinum *atque hospitem*, h. e. non prorsus carere notitia earum rerum, quae absente te gestae sunt.

PERELEGANS. Planc. 24. *tua fuit* perelegans *ac persubtilis oratio, digna equitis Romani vel studio vel pudore.* Orat. II. 67. *ironiae s. dissimulationis genus est* perelegans *et cum gravitate salsum.*

PERELEGANTER. Brut. 52. *ornate et* pereleganter *dicere.*

PERELOQUENS. Brut. 70. *Lentulus Marcellinus nec unquam indisertus et in consulatu* pereloquens *visus est.*

PEREMNIS s. PERENNIS. N. D. II. 21. *stellarum* peremnes *cursus atque perpetui.* Verr. IV. 48. *Enna — est loco praecelso atque* edito, *quo in summo est aequata agri planities et aquae* peremnes. Brut. 97. *con-*

tine te in tuis peremnibus *studiis.* 2. N. D. II. 3. de auspiciis suo tempore neglectis: *maximae reip. partes — nullis auspiciis administrantur; nulla* peremnia *servantur.* Festus in v. *Peremne.* Peremne *dicitur auspicari, qui amnem aut aquam, quae ex sacro oritur auspicato transit.* Idem v. *Petronia* Petronia *amnis est in Tiberim profluens, quam magistratus auspicato transeunt quum in Campo quid agere volunt. Quod genus auspicii* peremne *vocatur.* De eadem re Cic. Div. II. 36. *quam multi anni sunt, quum bella a proconsulibus et propraetoribus administrantur? qui auspicia non habent. Itaque nec amnes transeunt* auspicato, *nec tripudio auspicantur.*

PEREMNITAS. N. D. II. 36. adde huc fontium gelidas peremnitates.

PERENDIE. Att. XIII. 43. *scies cras, aut summum* perendie.

PERENDINUS. Muren. 12. *illud mihi quidem mirum videri solet tot homines, tam ingeniosos* (ICtos) per *tot annos etiam nunc statuere non potuisse, utrum diem tertium an* perendinum — *dici oporteret.* Malitia cavillandi iocatur Cicero in ICtorum formulam: *in diem tertium sive perendinum.*

PERERUDITUS. Att. IV. 14.

PEREXIGUE. Att. XVI. 1. Cicero filius questus erat Xenocratem sibi *pecuniam* perexigue *praebere minutatimque.*

PEREXIGUUS. N. D. II. 32. *censent — seminis vim esse tantam, ut quamquam sit* perexiguum *tamen — fingat et efficiat in suo quidque genere.* Verr. Act. I. 2. *dies* perexigua (*sehr kurze Frist*). Tusc. II. 13. *omnia quae bona corporis et fortunae putantur* perexigua *et minuta videantur.*

PEREXPEDITUS. Fin. III. 11. *perfacilis et* perexpedita *defensio.*

PERFACETE. Verr. I. 46. de Siculorum iocis in Verrem: *Alii etiam frigidiores erant, sed quia stomachabantur, ridiculi* (*spaßhaft*) videbantur esse, *quum* Sacerdotem (praetorem cui Verres successerat, *exsecrabantur qui Verrem tam nequam reliquisset. Quae ego non commemorarem neque enim* perfacete *dicta* etc.

PERFACETUS. Planc. 14. de iocis suis: *quia dico aliquid aliquando — et quia — exit aliquando aliquid, si non* perfacetum, *attamen fortasse non ru-*

sticum, quod quisque dixit, me id dixisse dicunt. Qua de re plura Fam. VII. 32.

PERFACILIS. 1. *Sehr leicht.* Orat. 35. *ipsae res in* perfacili *cognitione versantur.* 2. *Sehr nachgiebig.* Orat. I. 30. *Charmadas dicere solebat me sibi* perfacilem *in audiendo, te perpugnacem in disputando esse visum.*

PERFAMILIARIS. Brut. 45. Fam. XIII. 51.

PERFECTE. Fin. IV. 7. *his initiis — omnis honestas* perfecte *absoluta est.* Brut. 81. *quum institutus optime, tum etiam* perfecte *planeque eruditus.* Brut. 26. *C. Fannii historia non ineleganter scripta, — quae neque nimis est infans, neque* perfecte *diserta.* Orat. I. 28. *Videtisne quam nihil ab eo* (Roscio) *nisi* perfecte, *nihil nisi cum summa venustate fiat?* Div. I. 14. *Sic se profecto res habet, ut numquam* perfecte *veritatem casus imitetur.*

PERFECTIO. Brut. 36. *In omnibus rebus difficilis optimi* perfectio *atque* absolutio. Fin. III. 9. *quae proficiscantur a virtute, susceptione prima, non* perfectione, *recta sunt iudicanda.* Orat. 29. *nulla est laus oratoris, cuius in nostris orationibus non sit aliqua, si non* perfectio *at conatus tamen atque adumbratio.*

PERFECTOR. Orat. I. 60. *Stilus — quem tu vere dixisti* perfectorem *dicendi esse et magistrum.* Att. VIII. 11. *huius operis maximi inter homines atque optimi illum esse* perfectorem *volo.*

PERFECTUS. Lael. 21. *Omnia praeclara rara, nec quidquam difficilius est, quam reperire quod sit omni ex parte in suo genere* perfectum. Off. III. 3. *illud officium, quod rectum iidem appellant,* perfectum *atque absolutum est, et ut iidem dicunt, omnes numeros habet.* N. D. II. 14. *neque est quidquam aliud praeter mundum cui nihil absit, quodque undique aptum atque* perfectum *expletumque sit omnibus numeris et partibus.* Opt. gen. or. c. *Unum genus est* perfecti, *a quo qui absunt non genere differunt — sed in eodem non sunt pares.* Div. II. 72. *philosophi qui prope iam absoluti et* perfecti *putantur.* Fin. I. 6. *Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito et in geometria* perfecto. Sext. 40. perfecta *cumulataque virtus.*

PERFERRE. 1. Ueberbringen. Fam. IX. 29. *Atticus ad me sermonem tuum* pertulit. Fam. II. 5. *quum has ad te quamprimam literas* perferri *magnopere velle-*

mus. Ibid. *In his eum locis, quo et propter longinquitatem et propter latrocinia tardissime omnia* perferuntur 2. *Ertragen.* Catil II. 10. *quo pacto illi Apenninum atque illas pruinas ac nives* perferent? *Nisi iccirco se facilius hiemem* toleraturos *putant, quod nudi in conviviis saltare didicerunt.* Orat. II. 19. *mihi quidem non ita molesti sunt; facile omnes perpetior ac* perfero. 3. Leges dicuntur ferri quum proponuntur, perferri quum sciscuntur. Cornel 1. est *ubique ius vetandi, quum ea lex* feratur (*vorgeschlagen wird*) *quamdiu non* perfertur (so lange es noch nicht durchgegangen ist).

PERFICERE. 1. *Ausführen, begehn.* Sull. 27 *eos ad* perficiendum *scelus furiae quaedam incitarunt.* Verr. Act. I 13. *quae ab isto per triennium* perfecta *sunt,* 2. *Vollenden* Arch. 11. *quas res — nos gessimus attigit hic versibus, et* inchoavit: *quibus auditis eum ad* perficiendum *sum hortatus.* Q. Fr. III. 8. *institutum poema* perficere. N. D. II. 13. *Ut pictura et fabrica ceteraeque artes habent quendam* absoluti operis *effectum, sic in omni natura ac multo etiam magis necesse est absolvi aliquid et* perfici. 3 *Etwas erreichen, so weit bringen.* Div. II. 54. *Callide qui illa composuit,* perfecit, *ut quodcunque accidisset praedictum videretur.*

PERFIDELIS. Att. II. 19. *si* perfidelem (tabellarium) *habebo cui dem, scribam plane omnia.*

PERFIDIA. Phil. XI. 2. *dextrae quae fidei testes esse solebant,* perfidia *sunt et scelere violatae.* Rosc. Am. 38. *istius fide ac potius* perfidia *decepti* Orat. II. 24. *nonnulli dum operam suam multam existimari volunt — causas dicunt* incognitas.

PERFIDIOSE. Her. 1. 5. *in odium rapiemus, si quod eorum —* perfidiose *— flagitiose factum proferemus.*

PERFIDIOSUS. Fam. III. 10. perfidiosus, *insidiosus, fallax.* N. D. III. 32. *omnium* perfidiosissimus *Marius* Quint. 6 *Si veritate amicitia, fide societas, pietate propinquitas colitur, necesse est iste, qui amicum, socium, affinem fama ac fortunis spoliare conatus est vanum se, et* perfidiosum *et impium esse fateatur.*

PERFIDUS. Off. III. 14. *omnes aliud agentes aliud simulantes* perfidi, *improbi, malitiosi sunt.*

PERFLABILIS. Div. II. 17. *deos induxit Epicurus* perlucidos *et perflabiles.*

PERFLAGITIOSUS. Cael. 20. *si qua mulier sit vita institutoque meretricio, cum hac aliquid hominem adolescentem habuisse rationis, num tibi perturpe aut* perflagitiosum *esse videatur?*

PERFLUENS. Fin. II, 35. *perpetuis voluptatibus* perfluens. Sic est in multis Mss. probante Davisio. At Gruterus e Pal. quatuor reposuit *perfruens.*

PERFODERE. Vatin. 5. *Licet — parietes in adolescentia* perfoderis.

PERFRICARE. 1. Sensu proprio. Verr. III, 25. *quum in terra Apronius caput atque os suum unguento* perfricaret. 2. „Tusc. III. 18. *nec fatemur eam nos dicere voluptatem quam tu idem* quum os perfricuisti, *soles dicere*, h. e. quum impudens factus es, pudorem deposuisti. 3. Sed Pis. 25. ubi Piso inducitur de fraudibus suis in rationibus relatis loquens: *quas rationes si cognoris, intelliges nemini plus, quam mihi literas, profuisse. Ita enim sunt perscriptae scite et literate, ut scriba, ad aerarium qui eas retulit, secum ipse,* caput *sinistra manu* perfricans, *commurmuratus sit:* „Ratio quidem hercle apparet, argentum οἴχεται (versus e Plauti Trinummo II. 6. 17.) Hoc igitur loco *caput sinistra manu perfricare*, Victorio Var. L. VIII 6. et aliis videtur esse signum haesitantis, qui quid dicendum faciendumve sit nescit. Mihi vero etiam, h. l. de impudentia accipiendum videtur, de homine, qui nihil vereatur nihil timeat. Nam Piso ita inducitur, ut dicat, rationes se ad aerarium retulisse perscriptas scite et literate, h. e. callide, et ad tegendas fraudes et furta accommodatissime; ita ut ipse scriba hanc calliditatem perspexerit, et tacite dixerit: *Ratio quidem hercle apparet, argentum οἴχεται.* Non hic profecto haesitatio et sollicitudo locum habet.“ Hactenus Ernestius; et recte quidem ille, nullum hic esse sollicitudini locum. Non magis autem hic est impudentiae vestigium. Scriba enim calliditatis et audaciae Pisonis in rationibus reddendis bene gnarus, quum eas ad aerarium deportabat; versiculo illo Plautino usus caput sinistra manu perfricabat, qui gestus est aliquid cum risu admirantis.

PERFRIGIDUS. Verr. IV. 40. *tempestas* perfrigida.

PERFRINGERE. 1. Sensu proprio. Div. II. 41. *Suffucium — monumenta declarant — — somniis crebris — quum iuberetur certo in loco silicem caedere, —*

id agere coepisse, itaque perfracto *saxo, sortes erupisse.* 2. Metaphorice, pro *dissolvere.* Catil. IV. 10. *conspirationem bonorum omnium* perfringere *et labefactare.* Catil. I. 7. *evertere et* perfringere *leges.* Catil. I. 7. perfringere *quaestiones.* Caecin. 26. *quod est ius civile? quod neque inflecti gratia, neque* perfringi *potentia neque adulterari pecunia possit.* Verr. Act. I. 1. *sin istius ingentes divitiae iudicum religionem veritatemque* perfregerint.

PERFRUI. Brut. 2. *ii mihi videntur* fortunate *beateque vixisse — quibus quum auctoritate rerumque gestarum gloria, tum etiam sapientia* laude perfrui *licuit.* Leg. I. 21. *vita modica est apta virtute* (i. e. *virtuti accommodata*) perfrui. Pis. 20. *hisce ego rebus pascor, his delector, his* perfruor. Hortens. fr. *amoenitate summa* perfructus est.

PERFUGA. Rosc. Am. 40. *iste qui initio proditor fuit, deinde* perfuga.

PERFUGERE. Balb. 9. *ad imperatores.*

PERFUGIUM. 1. De loco. Catil. IV. 1. *domus commune* perfugium. Cluent. 3. *magna me spes tenet, — hunc locum consessumque vestrum —* eius (Cluentii) *fortunae miserae multumque iactatae portum ac* perfugium *futurum.* 2. De certo hominis statu aut tempore. Div. II. 72. Perfugium *videtur omnium laborum et sollicitudinem esse somnus.* Tusc. I. 49. *portum potius paratum nobis et* perfugium *putemus,* scil. mortem. 3. De hominibus ad quos confugimus. Off. I. 17. *proximi, liberi, totaque domus, quae spectat in nos solos, neque aliud ullum potest habere* perfugium. 4. De studiis, aut virtutibus. Arch. 7. *haec studia rebus adversis* perfugium *ac solatium praebent.* Sull. 28. *Munite communem arcem bonorum,* (ante actae vitae conscientiam) *obstruite* perfugia *improborum;* i. e. calumnias, falsa testimonia. Orat. I. 45. *senectuti celebrandae et ornandae, quod honestius potest esse* perfugium, *quam iuris interpretatio?* 5. De excusatione; vel defensione. Verr. II. 41. *postremo illo desperatissimo* perfugio *uti posset, se imprudentem fecisse.* Cluent. 19. *sic ad omnia confugi, quantum ego assequi potui remedia ac* perfugia *causarum.*

PERFUNCTIO. Orat. III, 3. *honorum.* Fin. I. 25. *laborum.*

PERFUNDERE. 1. Sensu proprio. Verr. I. 26. *aqua ferventi a Rubrio Philodamus* perfunditur. Her. IV. 10. *coepit postquam* perfusus *est, defricari.* 2. Metaphorice, de animo. Tusc. IV. 9. *Delectatio, voluptas suavitate auditus animum* delemens. *Et qualis haec est aurium, tales sunt oculorum et tactionum et saporum, quae sunt omnes ad* perfundendum *animum tanquam illiquefactae voluptates.* Brut. 50. *delectatur audiens multitudo, et ducitur oratione, et quasi voluptate quadam* perfunditur. Ibid. *Demetrius Phalereus — suavis sicut fuit videri maluit, quam gravis, sed suavitate ea, qua* perfunderet *animos, non qua perstringeret.* Fin. II. 34. *quum omnes sensus dulcedine omni quasi* perfusi *moverentur.* Att. VIII. 6. *Dii immortales qui me horror* perfudit! 3. Rosc. Am. 29. *Videris una mercede duas res assequi velle; nos iudicio* perfundere, *accusare autem eos ipsos a quibus mercedem accepisti.* Recte Graevius illud *iudicio perfundere* sic interpretatur, ut sit i. q. iudicio obscuro, in quo nihil clare liquideque probetur obruere.

PERFUNGI. 1 De labore quo fungimur et occupamur. Sen. 21. *Nos dum sumus in his inclusi compagibus corporis munere quodam necessitatis et gravi opere* perfungimur. 2. De cursu honorum et munerum absoluto. Orat. I. 45. *honoribus et reip. muneribus* perfunctus *senex.* Phil. II. 46. mihi iam etiam *optanda mors est*, perfuncto *rebus iis, quas adeptus sum, quasque gessi.* Fam. I. 8. quum et honoribus amplissimis et laboribus maximis perfuncti essemus. 3. De bonis rebus, quibus aliquis perfunctus est. Fam. IV. 5. reminiscere illam (Tulliam filiam tuam) *omnibus prope bonis* perfunctam *esse.* 4 De malis exantlatis (*überstehn*). Marcell. 10. perfuncta *resp. est hoc misero fatalique bello.* Fam. V. 12. *ceteris* perfunctis *nulla propria molestia.* Sext. 4. *memoria* perfuncti *periculi.*

PERGAUDERE. Q. Fr. III. 1. *Trebonium meum a te amari* — pergaudeo.

PERGĔRE. 1. Sensu proprio, proficisci, iter facere. Fin. V. 32. *in oppidum ad Pomponium* perreximus *omnes* Att. IX. 18. *Brundisium* pergere *cogito.* 2. Cum infinitivo, iter continuare. Ac. post. I. 1 *confestim ad eum ire* perreximus. Div. I. 13. *conclave illud ubi erat mansurus, si ire* perrexisset *proxima nocte corruit.* Orat. II. 71. *conficere iter reliquum* pergas. 3. Actio-

Lael.

Lael. 17. *quo utamur quasi equis temperatis, sic amicitiis, aliqua ex parte* periclitatis *moribus amicorum.* 3. Periculo exponere. Catil. I. 5. *non est saepius in uno homine salus summa* periclitanda *rei publicae.* 4. Discrimen subire. Inv. II. 50. *orator negabit oportere quidquam nisi quod scriptum sit considerare;* periclitari *omnia iura, si similitudines accipiantur.*

PERICLITATIO, experimentum. N. D. II. 64. *herbarum utilitates longinqui temporis usu et* periclitatione *percipimus.*

PERICULOSE. Fam. XVI. 11. periculose *hieme navigatur.* Att. VIII. 2. *homo quotannis* periculose aegrotans. Phil. VII. 7. periculose *dico, quemadmodum accepturi sitis horreo.* Mil. 4. *pudicitiam quum eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Marii — interfectus ab eo est, cui vim afferebat. Facere enim probus adolescens* periculose, *quam perpeti turpiter maluit.*

PERICULOSUS. 1. De rebus. Fam. I. 7. periculosa *offensio.* Off. I. 24. *medici leviter aegrotantes leniter curant; gravioribus autem morbis* periculosas *curationes et ancipites adhibere coguntur.* Ibid. periculosae *rerum actiones.* Ac. pr. II. 21. *consuetudo assentiendi* periculosa *esse videtur et lubrica.* 2. De personis. Att. XIII. 27. *aliter fuissemus et in hos inofficiosi, et in nosmetipsos — paene* periculosi.

PERICULUM. 1. Experimentum s. specimen. Caecil. 9. *qua in re non modo* specimen *ceteris aliquod dedisti, sed tute tui* periculum *fecisti?* Prov. Cons. 14. *Si* (Caesar) *fortunae muneribus amplissimis ornatus, saepius eiusdem* periculum *facere* (*auf die Probe stellen*) *nollet.* Phil. V. 14. *qui quotidie* periculum *fortunae faciat.* Leg. I. 1. de Mario, poemate Ciceronis. *Faciunt imperite qui in isto* periculo (*Probestück, Versuch*) *non ut a poeta, sed ut a teste veritatem exigant;* haec lectio *periculo* post alios nuper a Goerenzio V. C. recte est vindicata. 2. Discrimen. Balb. 10. *ne quis se pro nostro imperio in* periculum *capitis atque in vitae* discrimen *inferret.* Muren. 2. *natura affert, ut eis faveamus, qui eadem* pericula, *quibus nos perfuncti sumus, ingrediantur.* Inv. II. 8 *summae* (est) *amentiae, dubia spe impulsum certum in* periculum *se committere.* Her. III. 5. *ne deos quidem esse auxilio iis, qui se inconsulto in* periculum *mittant.* Lael. 7. *si quando aliquod officium exstitit amici in* periculis *aut adeun-*

dis, aut communicandis, quis est qui id non maximis laudibus efferat. Fam. XIII. 68. *quid sentiam non saepe scribam propter* periculum *eiusmodi literarum.* 5. Iudicium quod periculum capitis affert. Vid. *Caput.* Arch. pericula *amicorum*, i. e. causae capitales. Manil. 1. pericula *privatorum.* Arch 2. *persona, quae propter otium ac studium minime in iudiciis* periculisque *tractata est.* Rosc. Am. 30. *hunc quaesitorem ac iudicem fugiebant atque horrebant ii, quibus* periculum *creabatur.* 4. Verr. III. 79 *Honestus est ordo scribarum, quod eorum hominum fidei tabulae publicae*, periculaque *magistratuum committuntur.* Hotomannus Obss. III. 20. intellexerat *discrimina magistratuum.* Sed Graevius ad h. l. Quae Hotomannus, inquit, ibi tradit, quasi *pericula* hic sint discrimina in notione vulgari, alienissima sunt ab hoc loco. Nam quamvis ex tabulis scribarum periculum possit nasci magistratibus, non minus tamen propterea dicerentur scribis committi pericula magistratuum, ac si iis diceretur committi laus et decus illorum, quia ex tabulis scribarum apparet eos sancte ac secundum leges administrasse provinciam. Nec illi sunt audiendi, qui *paricula* hic legendum putant, inter quos est doctissimus Sirmondus in Antithetico secundo. Sed hanc sententiam reiecit erudite Salmasius de modo usurarum c. 15. qui ostendit *paricula* esse ἴσα, ἰσότυπα, exempla, quae hic locum nullum habeant; *pericula* vero esse libellos, tabellas magistratuum, et *periculum* in hac significatione oriri ab obsoleto *perior*, et notare documentum, argumentum, experimentum, probationem rei cuiuscumque vel causae, et inde libellum, tabellam, titulum, columnam, cui tale documentum inscriptum sit. Cornelius Nepos in vita Epaminondae: *Neque recusavit quo minus legis poenam subiret, sed unum ab iis petivit ut in* periculo *suo scriberent:* Epaminondas a Thebanis morte multatus est, quod eos coëgit apud Leuctra superare Lacedaemonios. *In periculo suo* est *in titulo in inscriptione* sepulchrali. Apud Ciceronem quoque Leg. I. 1. veteres libros habere *periculum* pro *opusculo ac libello.* Titulus in codice *de sententiis iudicium ex* periculo *recitandis*, h. e. ex tabella. Hactenus Graevius; cui in ceteris assentior; at in loco Cornelii Nepotis, verba *ut in periculo suo scriberent;* non de inscriptione sepulchrali, sed cum S. A. Bosio, (quem sequitur Gesnerus in Th. L. L.)

de tabella, quae historiam damnationis illius contineret, ad memoriam reponenda in tabulario (Germanice scil. *sie möchten in ihrem Protocoll niederschreiben*). Verr. II. 45. ubi postquam Cicero narraverat Verrem, qui Sthenii absentis rei facti nomen receperat, postea in codice suo illud mutasse, et litura facta scripsisse Sthenium coram delatum esse, eique cognitorem adscripsisse C. Claudium, quo nemo erat Sthenio inimicior; extremo cap. 45. adduntur ista: *utrum potius pro Sthenio inimicum cognitorem esse factum, an te in Sthenii periculo inimici eius nomine abusum esse credemus?* Hic Ernestius putabat *periculo* dictum esse pro *elogio*. Mihi autem videtur planius, *in Sthenii periculo* dictum esse pro *in Sthenii causa capitali*.

PERILLUSTRIS. Att. V. 20. *Laodiceam venimus. Ibi morati biduum* perillustres *fuimus honorificisque verbis omnes iniurias revellimus superiores*, h. e. magnas laudes adepti Appii antecessoris iniurias sanavimus, ita tamen ut de eo honorifice loqueremur.

PERIMBECILLUS. Att. X. 20. *quod quidem est natum*, perimbecillum *est.*

PERIMERE. 1. Ad interitum dare (*vernichten*). Univ. 11. *nec vos ulla unquam mortis fata periment.* Tusc. I. 49 *si supremus ille dies non exstinctionem sed commutationem affert loci, quid optabilius? Sin autem* perimit *ac delet omnino, quid melius, quam in mediis vitae laboribus obdormiscere?* 2. Interimere, tollere, perdere. Planc. 42. *sin vitam mihi fors ademisset, aut vis aliqua maior reditum* peremisset Sext. 22. *Videbam si causam publicam mea mors* peremisset; *neminem unquam fore, qui auderet suscipere contra improbos cives reip. salutem*

PERINCOMMODE. Att. I. 14. *accidit* perincommode, *quod eum nusquam vidisti.*

PERINDE. Cluen. 25 Perinde ut *opinio est de cuiusque moribus, ita quid ab eo factum et non factum sit existimari potest* Off. III. 33. *habes a patre munus mea, quidem sententia, magnum, sed* perinde *erit ut acceperis*; i. e. tanti erit quanti tu illud facias. Tusc. I. 36. *Metelli sperat sibi quisque fortunam*, perinde quasi *aut plures fortunati sint quam felices — aut sperare sit prudentius quam timere.* Att. VI. 13 quoniam *— tu nihil ad me scribis*, perinde *habebo ac si scripsisses nihil esse.* Rosc. Com. 5. perinde *ac si in hanc*

frustra impenditur. Att. II. 17. *ne opera et oleum philologiae nostrae perierit.*

PERISTROMA, vestis stragula. Phil. II. 27. *conchyliatis Cn. Pompeii* peristromatis *servorum in cellis lectos stratos videres.*

PERISTYLIUM. Dom. 44. *Porticus cum conclavibus pavimentata tercentum pedum, amplissimum* peristylium. Est autem peristylium locus, qui a columnis undique ambientibus nomen habet. Vid. Intt. ad Sueton. Aug. 82. *Ern.*

PERITE. 1. Orat. II. 20. *haec sunt concinne distributa sed tamen id quod necesse fuit hominibus expertibus veritatis* (die nicht mit wirklichen Rechtshändeln zu thun gehabt) *non* perite (*nicht der Erfahrung gemäss*). 2. Gescheid. Orat. II. 2. *scienter et* perite, *et ornate dicere.* Verr. II. 54 (Timarchides) *istius* (Verris) *omnia decreta, imperia, literas* peritissime *et callidissime venditabat.*

PERITUS. 1. Usu et experientia doctus. Orat. I. 23. *quae observata sunt in usu ac ratione dicendi, haec ab hominibus callidis ac* peritis *animadversa ac notata — sunt.* Font. 15. *scietis fuisse tum M. Cornutum, L. Cinnam, L. Sullam praetorios homines belli gerendi* peritissimos, *praeterea C. Marium — P. Crassum non literis homines ad rei militaris scientiam sed rebus gestis ac victoriis eruditos.* Ibid. *ad labores belli impigrum — ad usum ac disciplinam* peritum — *retinere — maletis.* Acad. III. fr. ap. Augustin. contra Acad. 7. *Epicurus suum potius peritissimum voluptatum aucupem sapientem esse contendet.* 2. Omnino rerum sciens et bene gnarus. Brut. 21. *Ser. Fabius Pictor et iuris, et literarum, et antiquitatis bene* peritus. Ibid. 55. *L. Aelius antiquitatis nostrae et — scriptorumque veterum literate* peritus. Orat. I. 48. *qui legum et consuetudinis eius, qua privati in civitate uterentur et ad respondendum et ad scribendum, et cavendum* peritus *esset.*

PERIUCUNDUS. Orat. I. 47. *nobis ista sunt pergrata* perque iucunda.

PERIUCUNDE. Cael. 11. *qui in reliqua vita mitis esset et in hac suavitate humanitatis — versari* periucunde *solebat, fuit, in hac causa pertristis quidam patruus, censor, magister.*

PERLONGUS. Rull. II. 1. *me* perlongo *intervallo prope memoriae temporumque nostrorum, primum, hominem novum, consulem fecistis.*

PERLUBENS. Q. Fr. II. 6. *hoc incommodum consolantur quotidianae damnationes inimicorum, in quibus me* perlubente *Servius allisus est, ceteri conciduntur.*

PERLUCENS. N. D. II. 21. *tenuis ac* perlucens *et aequabili calore suffusus aether non satis aptus ad stellas continendas videtur.*

PERLUCERE. Off. II. 9. *honestum — animos omnium — commovet, maximeque quasi* perlucet *ex eis, quas commemoravi, virtutibus.*

PERLUCIDUS. Div. I. 57. *illustris et* perlucida *stella.* N. D. II. 57. *oculos* (natura) *membranis tenuissimis vestivit et sepsit, quas primum* perlucidas *fecit, ut per eas cerni posset.* — Div. II. 17. *deos induxit Epicurus* perlucidos *et perflabiles.*

PERLUCTUOSUS. Q. Fr. III. 8. *Serrani filii funus* perluctuosum *fuit.*

PERLUSTRARE. Partit. 11. *huius materiae ad argumentum subiectae* perlustrandae *animo partes erunt omnes.*

PERMAGNUS. Partit. 24. *quod* permagni *interest pro necessario saepe habetur.* Verr. III. 39. permagno *decumas — vendidisti.* Ibid IV. 7. *Quid? tu ista* permagno *aestimas?* Fin. I. 17. *fieri* permagna *accessio potest.*

PERMANARE. 1. Sensu proprio, de fluidis. Cluent. 62. *venenum celerius potuit comestum quam epotum in venas atque in omnes partes corporis* permanare. 2. Metaphorice, de iis quae ad sensus et ad mentem animumque penetrant. Dom. 46. *effluunt multa ex vestra disciplina* (iure pontificio), *quae etiam ad nostras aures saepe* permanant. Balb. 25. *ut aliqui sermones hominum alienis bonis maerentium etiam ad vestras aures* permanarent, *et in iudicio ipso redundarent.* Tusc. II. 18. *Stoici — contortulis quibusdam ac minutis conclusiunculis nec ad sensus* permanantibus (*die keinen Eindruck auf die Sinne machen*) *effici volunt, non esse malum dolorem.* Rosc. Am. 24. *magnam possidet religionem paternus maternusque sanguis, ex quo si qua macula concepta est, non modo elui non potest, verum usque eo* permanat *ad animum, ut summus furor atque amentia consequatur.* Orat. II. 77. *et*

PERMISTE. Inv. I. 22. *genera ipsa rerum ponuntur, neque* permiste *eum partibus implicantur.*

PERMISTIO s. PERMIXTIO. Univ. 52. *superioris* permixtionis *reliquias fundens aequabat.*

PERMISTUS s. PERMIXTUS. Orat. 57. *sentio omnes in oratione esse quasi* permistos *et confusos pedes.* Ibid. *sit oratio* permista *et temperata numeris.* Orat. II. 52. *perficiendum est* (ad sedandam invidiam) *ut — illa excellens opinione fortuna cum laboribus et miseriis* permista *esse videatur.* Planc. 58. resp. *ipsa — ageret mecum, ut quoniam — fructus ex sese, non ut oportuisset laetos et uberes, sed magna acerbitate* permixtas *tulissem, ut iam mihi servirem.* Phil. XII. 11. *cuius* (Antonii) *acerbitas morum immanitasque naturae ne vino quidem* permista *temperari solet.*

PERMITTERE. 1. *Erlauben.* Inv. II. 6. *lex aut iubet, aut vetat, aut* permittit. 2. *Ueberlassen.* Q. Fr. II. 8. *totum ei negotium* permisi. Verr. V. 9 *ipsis iudicibus sine mea argumentatione coniecturam facere* permittam. 3. *Nachlassen.* Sull. 16. permitto *aliquid iracundiae tuae, do adolescentiae.* 4. *Erlassen, aufopfern.* Sext. 33. (Q. Metellus Nepos cos.) *quum inimicitias sibi mecum ex reip. dissensione susceptas esse dixisset eas se patribus conscriptis dixit et temporibus reip.* permissurum. „5. Verr. I. 32. permittere *dolori suo incommoda,* h. e. ipsum ulcisci iniurias sibi illatas. 6. Tradere in potestatem. Catil. I. 2. permissa *est resp. consulibus.* Id fiebat SCto: *videant consules ne quid resp. detrimenti capiat;* quo liberam potestatem accipiebant rei publ. etiam non consulto senatu, quibus videretur rationibus defendendae." *Ern.*

PERMODESTUS. Att. IV. 8. *homo* permodestus, *bonae frugi.* Catil. II. 6. homo *videlicet timidus et* permodestus *vocem consulis ferre non potuit.*

PERMOLESTE. Verr. IV. 58. *eum quum audisset interfectum,* permoleste tulisse.

PERMOLESTUS. Att. I. 18. *domesticarum sollicitudinum aculeos omnes et scrupulos occultabo — atque hi non sunt* permolesti, *sed tamen insident et urgent.*

PERMOTIO. 1. *Perturbatio animi.* Ac. pr. II. 44. *Academici mediocritates probabant, et in omni* permotione *naturalem volebant esse quendam modum.* 2.

et commodis. Haud scio tamen an verissimum sit, quod edidit Iac. Frid. Heusinger *mutuandisque facultatibus et commodandis.* 2. De pecunia, *Geld wechseln, verwechseln.* Fam. II. 17. *Se curasse, ut cum quaestu populi* pecunia *permutaretur.* Att XI. 22. 24. XII. 24. XV. 15.

PERMUTATIO. 1. *Umtausch,* Pis. 21. *partim eruptiones, partim* permutationes *ad hunc Tusculanum montem exstruendum.* 2. *Geldwechsel.* Att. V. 15. *Philogeni rationem* permutationis, *quam tecum feci edidi.* Fam. III. 15. *Ibi perpaucos dies, dum pecunia accipitur, quae mihi ex publica* permutatione (*Umsatz der Staatsgelder*) *debetur, commorabor;* cf. Fam. II. 17. Vid. *Permutare.*

PERNECESSARIUS. 1. Valde necessarius. Att. V. 21. *te non esse Romae meo tempore* pernecessario *submoleste fero.* 2. Intime amicus. Flacc. 6. *paternus amicus ac* pernecessarius.

PERNEGARE. *Valde et constanter negare.* Verr. I. 13. *saepe appellati* pernegaverunt.

PERNICIES. 1. Exitium. Catil. I. 41. *cum tua peste ac* pernicie *proficiscere.* Ibid. 11. *de* pernicie *reip. et exitio urbis cogitare.* Rosc. Am. 45. *quorum nihil* pernicii *causa divino consilio sed vi ipsa et magnitudine rerum factum putamus.* 2. *Poena ex condemnatione.* Orat. II. 9. *eadem facultate* (oratoris) *et fraus hominum ad* perniciem *et integritas ad salutem vocatur.*

PERNICIOSE. Leg. III. 11. *Sapientis civis fuit, causam nec* perniciosam, *et ita popularem, ut non posset obsisti,* perniciose *populari civi non relinquere,* scil. Caesari. Agitur enim de tribunicia potestate per Pompeium cos. des. restituta. Ibid. II. 5. *multa* perniciose, *multa* pestifere *sciscuntur in populis.*

PERNICIOSUS. Corn. fr. *Lex non modo inutilis sed* perniciosa reip. Q. Fr. III. 9. *exitum iudicii foedum et* perniciosum *levissime tuli.*

PERNICITAS. Tusc. V. 13. *adde si libet* pernicitatem *et velocitatem.*

PERNOBILIS. Verr. IV. 57. *epigramma* pernobile.

PERNOCTARE. 1. Tusc. II. 17. Pernoctant *venatores in nive.* Verr. IV. 11. *Senator* — pernoctavit *in publico.* Ibid. V. 45. *matres miserae* pernoctabant *ad ostium carceris.* Dom. 30. propter inopiam tecti in

sunt, et quam diu affutura sint certum sciri nullo modo potest.

PERPAUCULUS. Leg. I. 21. *deduxit* (me) *in Academiam* perpauculis *passibus.*

PERPAUCUS. Off. III. 15. perpaucae *res sunt, in quibus dolus iste malus non versetur.* Ac. pr. II. 43. *Antiochus erat, si* perpauca *mutavisset, germanissimus Stoicus.*

PERPAULLULUM. Orat. II. 35. *inter ingenium quidem et diligentiam* perpaullulum *loci reliquum est arti.*

PERPAULLUM. Fin. I. 6. (Epicurus) *declinare dixit atomum* perpaullum.

PERPAUPER. Att. VI. 3. de Ariobarzane: *erat enim rex* perpauper.

PERPENDICULUM. 1. Linea perpendicularis. Fat. 10. *non atomus ab atomo pulsa declinat. Nam qui potest pelli alia ab alia, si gravitate ferrentur ad* perpendiculum *corpora individua rectis lineis.* 2. Proprie est instrumentum quo exiguntur lineae perpendiculares, *das Bleyloth, Richtbley.* Q. Fr. III. 1. *columnas neque rectas neque e regione Diphilus collocarat; aliquando* perpendiculo *et linea discet uti.* Verr. I. 51. *ad* perpendiculum *columnas exigere.* Ibid. *dicunt ei fere nullam esse columnam, quae ad* perpendiculum *esse possit.*

PERPENDERE. Mur. 36. *haec omnia ad rationem civitatis si dirigas recta sunt. Sin* perpendere *ad disciplinae* (Stoicae) *praecepta velis pravissima sunt.* Ibid. 2. *primum M. Catoni vitam ad certam rationis normam dirigenti, et diligentissime* perpendenti *momenta officiorum omnium — respondebo.* Orat. III. 57. *hoc non arte aliqua* (*nach Kunstregeln*) perpenditur, *sed quodam quasi naturali sensu iudicatur.* Lael. 26. *Amicitia — tota veritate* perpenditur.

PERPERAM. Quint. 8. *homines nobiles — seu recte seu* perperam *facere coeperunt — in utroque excellunt.* Her. II. 3. *qui illud fecerit tam nequiter, eundem hoc tam* perperam *fecisse non esse mirandum.*

PERPESSIO. Fin. I. 25. *neque laborum perfunctio, neque* perpessio *dolorum per se ipsa allicit.* Inv. II. 54. *fortitudo est considerata periculorum susceptio et laborum* perpessio. Rab. Perd. 5. *harum omnium rerum* (ut crucis) *non solum eventus atque* perpessio, *sed*

ac sempiternus. N. D. I. 15. *legis* perpetuae *et aeternae vis.* 2. Perennis, constans, assiduus. Rabir. 1. *meae vitae* perpetua *consuetudo.* Inv. II. 54. *in ratione bene considerata stabilis et* perpetua *permansio*, p. Red. in Sen. 12 *constans et* perpetua *defensio salutis meae.* 3. Continuus. Verr. IV. 53. urbis *partes una lata via* perpetua *multisque transversis divisae.* Pis. 22 a Brundisio usque Romam agmen perpetuum totius Italiae 4. *Perpetua historia* est ea quae non singula bella tractat, sed universe res certo tempore gestas. Fam V. 12. *qui omnes a* perpetuis *suis* historiis, *ea, quae dixi, bella separaverunt.* 5. *Oratio* vel *disputatio perpetua* opponitur colloquiis s. dialecticae disputationi. Fin. II. 6. *quasi* perpetua *oratio rhetorum solum, non etiam philosophorum sit.* Orat. II. 4. *cupidus te in illa longiore ac* perpetua *disputatione audiendi* 6 Alio sensu opponitur *oratio perpetua*, singulis s. brevioribus partibus. Top. 26. *Non solum* perpetuae *actiones, sed etiam partes orationis iisdem locis adiuvantur, partim propriis partim communibus.* Orat. II. 54. *genus* perpetuae *festivitatis* est quod est in tota oratione fusum, s. in perpetuitate sermonis, non in celeritate atque dicto. 7. Orat. II. 32. perpetui *iuris et universi generis quaestio non hominum nomina sed rationem dicendi, et argumentorum fontes desiderat*, nempe hic non ad nomina personarum, sed ad ius perpetuum et commune respiciendum est; ut: *si natus filius non sit, videaturne is qui filio mortuo institutus heres sit, heres esse?* Orat 36. *quicquid est illud, in quo quasi certamen est controversiae — id ita dici placet ut traducatur ad* perpetuam quaestionem *atque de universo genere dicatur.* 8. *Quaestiones perpetuae.* Brut 27. quaestiones perpetuae hoc (Carbone) *adolescente constitutae sunt.* Vid. *Quaestio.* 9 Att. V 21. *ut centesimae* perpetuo *foenore ducerentur*, i. e. ut centesimae usurae in singulus annos ducerentur, non etiam centesimarum, quae non essent ad diem solutae, usurae adderentur; sive ut usurae solverentur sine renovatione singulorum annorum, sine anatocismo.

PERPLACERE. Att. III. 23. vide legem — ea mihi perplaceret

PERPOLIRE Univ. 13. perpolire *et absolvere aliquid.* Orat. I 8. *sapientibus sententiis gravibusque verbis ornata oratio et* perpolita. Orat. II. 13. *Caelius*

fragen) ubi sit congressus *cum servis Lucceii Caelius.* 4. *Untersuchen.* Fin. V. 8. *videmusne ut pueri ne verberibus quidem a contemplandis rebus* perquirendisque *deterreantur.*

PERQUISITE. Inv. I. 41. *quae pertinere ad dicendum putamus, ea nos* — perquisitius (*nach genauer Untersuchung*) *et diligentius conscripsisse pollicemur.*

PERRARO. Her. IV. 22. *haec genera exornationum — perraro sumenda sunt, quum in veritate* (i. e. in veris causis) *dicemus.* Fin. II. 16. istorum *verborum amore quae* perraro *appellantur ab Epicuro, sapientiae, fortitudinis — praestantissimis ingeniis homines se ad philosophiae studium contulerunt.*

PERRECONDITUS. Orat. I. 30. exponam vobis *quandam non aut* perreconditam *aut valde difficilem — rationis consuetudinis meae.*

PERRIDICULE. Orat. II. 59. *si quid* perridicule *possis, vitandum est oratori utrumque ne aut scurrilis iocus sit, aut mimicus.* Verr. II 7. *ex nomine istius,* (Verris) *quid in provincia facturus esset* perridicule (*sehr spashaft*) homines augurabantur; scil. *Verrem venisse ad everrendam* provinciam.

PERRIDICULUS, deridendus. Orat. II. 19. *doctrina* perridicula.

PERRUMPERE. 1. Vi quadam pervadere. Tusc. I. 19. *accedit ut eo facilius animus evadat ex* hoc aere — *eumque* perrumpat, *quod nihil est animo velocius.* Ibid. 18. *necesse est animi* (si ex inflammata anima constent) — *ferantur ad caelum et ab his* perumpatur *et dividatur crassus hic et concretus aer* 2. Simpliciter pertransire, s. pervadere. Phil. XII. 11 *sed effugi insidias,* perrupi *Apenninum,* h. e. sed summus me insidias in Apennini tramitibus metuendas effugisse, totumque illum pervasisse. 3. *Violare.* Off. III 8. *poenam legum quas saepe* perruperat — *non videat.*

PERSAEPE. Leg. I. 14. *poenas luunt* (homines) *non tam iudiciis, quae quondam nusquam erant, hodie multifariam nulla sunt, ut sint tamen,* persaepe *falsa sunt.*

PERSALSE. Q Fr. II. 15. persalse *et humaniter etiam gratias mihi agit.*

PERSALSUS, de ioco (*sehr witzig*). Orat. II. 69.

Phil. V. 4. *Antonius sestertium septies millies falsis* perscriptionibus *donationibusque avertit.*

PERSCRIPTUS. Pis. 25. *Rationes* perscriptae *ita scite et literate.* Rull. II. 32. *hoc* perscriptum *in monumentis veteribus repertetis.* Fam. 1. 2. *senatus auctoritas* perscripta.

PERSCRUTARI. 1. *Durchsuchen.* Off. II. 7. Dionysius antequam ad Theben uxorem suam in cubiculum veniret — *praemittebat de stipatoribus suis qui* perscrutarentur (al. *scrutarentur*) *arculas muliebres*, cf. Tusc. V. 20. Verr. IV. 21. *Cibyratici canes, qui investigabant et* perscrutabantur *omnia.* 2. *Untersuchen.* Flacc. 8. perscrutamini *penitus naturam rationemque criminum.* 3. *Erforschen* Inv. II. 44 *multo propius accedere ad scriptoris voluntatem, eum, qui ex ipsius eam literis interpretetur, quum illum qui sententiam scriptoris — domesticis suspicionibus* perscrutetur.

PERSECARE 1. Dividere, *zerghedern* Ac. pr. II. 39. *eodem modo rerum naturas* persecare, *aperire, dividere possumus* 2. Rem plane conficere. Att. XIII. 23. *da te in sermonem, et* perseca, *et confice.*

PERSECUTIO, actio in aliquem civilis. Orat. 41. *in iuris scientia* persecutionum *cautionumque praeceptio.* Vid. *Actio, Scribere, Cavere.* Ern.

PERSEQUENS. Her. II. 19. persequentissimus *iniuriarum.*

PERSEQUI. 1. Sequi, *folgen.* Brut 90. *possis videre, quemadmodum simus in spatio Q. Hortensium ipsius vestigiis* persecuti Orat I. 23. cuius vestigia persequi cupiunt, eius sententiam sciscitantur 2. *Verfolgen.* Fam. V. 1. *quum de iis, qui hostes iudicati sunt, bello* persequendis *sententiae dicerentur* 3 *Der Reihe nach betreten, oder begehn.* Fam. V. 13. *omnes vias* persequar, *quibus putabo ad id quod volumus pervenire posse.* 4. *Aufsuchen,* Pis 23. *quos tum Maeandros, dum omnes solitudines* persequeris, *quot diverticula flexionesque quaesisti?* 5. *Einholen, nachkommen.* Fam. III. 6. *eo discessisti, quo ego ne* persequi *possem triginta diebus.* Div. II. 72. *superstitionis stirpes omnes eiiciendae. Instat enim et urget, et quo tecunque verteris* persequitur. 6. *Einer Secte anhängen, zu einer Schule sich bekennen.* Ac. post. I. 2. *si Academiam veterem* persequamur. Verr. V. 71. *sectam et instituta alicuius* persequi. 7. *Imitari,* Fam. IX. 3. *ego negle-*

cta barbarorum inscitia te persequar. 8. Exsequi, *ausführen, befolgen.* Prov. Cons. 8. *extrema si idem* persequitur, *qui inchoavit, iam omnia perfecta videbimus.* Att. VI. 1. *mandatorum mihi libellum dedit, — omnia sum diligentissime* persecutus. Ibid. VIII. 1. in ep. Cic. ad Pompeium: *ut quodcumque tu consilium praecepisses id nobis* persequendum *putaremus.* 9. *Einziehen, beytreiben.* Leg. III. 8. *qui legatione* (scil. libera) *hereditates aut syngraphas suas* persequuntur. 10. *Eine Rechtssache verfolgen.* Caecin. 3. *iudex timidior videatur — aut cupidior — si mihi praescribat, quemadmodum ius meum* persequar. Verr. III. 13. *bona sua repetere ac* persequi *lite atque iudicio.* 11. *Einen verklagen, oder etwas einklagen.* Rab. Post. 4. persequi *ab aliquo pecuniam.* Caecin. 11. *hanc puto me habere actionem, ut per interdictum, ius meum teneam atque iniuriam tuam* persequar. Verr. IV. 47. persequi *aliquem legibus et iudiciali iure.* 12. Persequi poenas dicitur qui ulciscendi causa poenas ab aliquo sumit. Eodem modo dicitur iniurias persequi pro ulcisci. Fam. I. 9. *poenas — a seditioso cive* persequi. Att. IX. 17. Caecin. 11. *poenas alicuius* persequi. Verr. II. 3. *iniurias suas per vos ulcisci et* persequi *statuerunt.* Phil. XIII. 18. *potius Trebonii mortem quam Caesaris* persequamur; h. e. ulciscamur. Fam. VI. 7. *armati stilum* persequitur (Caesar), i. e. ulciscitur. 13. Persequi oratione vel scripto est aliquid pertractare. Planc. 23. *neque necesse est me id* persequi *voce, quod vos mente videatis.* Rosc. Am. 30. *non* persequar *longius.* Fin. I. 11. *qui studiose antiqua* persequeris. Fam. X. 7. *publicis literis omnia sum* persecutus. Off. II. 24. *has res commodissime Xenophon* persecutus *est in eo libro, qui Oeconomicus inscribitur.* Div. I. 24 *is diligentissime res Hannibalis* persecutus *est.* Sen. 6. *illa quae versibus* persecutus *est Ennius.* Acad. post. I. 3. *Brutus philosophiam Latinis literis* persequitur. Div. II. 6 *qui siderum cursus motusque numeris* persequuntur; h. e. eos ita tractant, ut ad certos numeros revocent. 14. De iis, qui orationem dum habetur celerrime literis consignant (*nachschreiben*). Sull. 14 *constitui senatores, qui omnia indicum dicta — perscriberent. At quos viros? — quos sciebam memoria, scientia, consuetudine, et celeritate scribendi facillime quae dicerentur* persequi *posse.* 15. Singillatim aliquid dicendo

percurrere. Fam. V. 13. *nullum reperies* (membrum reip.) *quod non fractum debilitatumve sit: quae* persequerer, *si aut melius ea viderem, quam tu vides, aut commemorare possem sine dolore.* 16. Traducere. Phil. XII. 7. *vitam inopem et vagam* persequamur.

PERSEVERANTIA. Inv. II. 54. Perseverantia *est in ratione bene considerata stabilis et perpetua permansio.* Planc. 36. *ille quum* perseverantiam *sententiae suae, non salutem reip. retinuisset.* Lig. 13. perseverantia *in causa.*

PERSEVERARE. 1. Persistere, permanere. Phil. IX. 3. *in hac constantia* perseveravit. N. D. III. 34. perseverare *in eadem sententia.* Phil. XII. 2. *cuiusvis hominis est errare, nullius nisi insipientis in errore* perseverare. 2 Asseverare. Lael. 7. *quum Pylades Orestem se esse diceret, Orestes autem se esse* perseveraret. 3. Constanter pergere. Quint. 8. *Dolabella iniuriam facere fortissime* perseverat. Fam. VII. 29. perseverem *nos constanter defendere.* 4. Rei alicui firmiter sic insistere, ut transigi possit. Verr. IV. 39. *quod quum illis qui aderant indignum — videretur, non est ab isto, primo adventu,* perseveratum. Quint. 24. *confiteare, neque te ipsum, quod turpissime suscepisses,* perseverare *et transigere potuisse.*

PERSIMILIS. Pis. 38. *statuam istius* persimilem *deturbant.*

PERSISTERE. Fin. II. 35. *pertinacissimus fueris, si in eo* perstiteris *ad corpus ea, quae dixi, referre.*

PERSOLVERE. 1. *Auflösen.* Att. VII. 3. si mihi hoc ζήτημα persolveris *magna me molestia liberabis.* 2. *Erfüllen.* Fam. III. 9. persolvere *promissa,* Att. VII. 3. *rationem officii sui.* 3. *Erwiedern.* Att. XIV. 20. persolvi *primae epistolae; venio ad secundam.* Fam. XI. 11. *tantum me tibi debere existimo quantum* persolvere *difficile est.* 4. Persolvere *ab aliquo, durch Anweisung auf jemanden zahlen.* Flacc. 20. *quum iste sese pecuniam, quam huius fide sumpserat, a discipulis suis diceret* — persoluturum. 5. *Abtragen.* Phil. XIV. 13. persolvere *gloriae munus optimis et fortissimis viris monumenti honore.* 6 De poenis, i. q. pati. Verr. V. 69. persolvere poenas *legibus et iudicio.* 7. Alio sensu poenas persolvere est infligere. Orat. 63. *ab omnibus ei poenas esse* persolutas.

praetori biennio ante hoc eodem in loco personam *hanc imposuistis, ut quibuscunque rebus possem illius* (Pompeii) *absentis dignitatem vobiscum una tuerer.* Pis. 11. *Magnum nomen est — magna maiestas consulis: non infirmitas ingenii sustinet, non insolentia rerum secundarum tantam personam tam gravem, tam severam.* 5. Ipsi homines certa quadam conditione, natura, moribus praediti dicuntur *personae.* Arch. c. 2. *in eiusmodi* persona, (Archia poeta) *quae propter otium ac studium minime in periculis iudiciisque tractata est;* h. e. raro usu venit ut orator in iudicio poetam defendere eiusque causam tractare debeat, cuiusmodi persona propter otium ac studium fere nihil habet cum foro commercii. Cluent. 29. *huius Staleni* persona *ab nulla turpi suspicione abhorrebat.*

PERSONARE. 1. De locis, qui sono implentur. Pis. 10. *quum collegae tuae domus cantu et cymbalis* personaret. Rosc. Am. 46. *animi et aurium causa tot homines habet, ut quotidiano cantu vocum et nervorum et tibiarum nocturnisque conviciis tota vicinitas* personet. Phil. II. 41. (In villa Varronis) *te inquilino, non enim domino* personabant *omnia vocibus ebriorum.* 2. De auribus. Fam. VI. 18. *iam* personare *aures eius huiusmodi vocibus non est inutile.* 3. Valde aliquid clamare. Cael. 20. *illae vero non loquuntur solum, verum etiam* personant, *huc unius mulieris libidinem esse prolapsam.* Planc. 35. *furialis illa vox* (Clodii) — *secum et illos et consules facere acerbissime* personabat.

PERSONATUS. 1. Persona s. larva indutus in scena. Orat. III. 59. *in ore dominatus est omnis oculorum, quo melius nostri illi senes, qui* personatum *ne Roscium quidem magnopere laudabant.* Ex quo loco colligitur personarum usum in scena apud Romanos Crassi aetate demum invaluisse, et Roscium nonnumquam haud personatum egisse, ita ut omnes oris vultus conspicerentur. 2. Metaphorice, de simulatione vel dissimulatione. Att. XV. 1. *quid est autem cur ego* personatus *ambulem; nonne satis foeda est* persona *ipsius senectutis,* h. e. cur ego si istam amarem, hunc amorem dissimularem? cur senectutis personae aliam personam superinducerem?

PERSPECTUS. Orat. I. 23. *si ars definitur — ex rebus penitus* perspectis, *planeque cognitis, atque ab opinionis arbitrio seiunctis scientiaque comprehensis,*

non mihi videtur ars oratoris esse ulla. Att. XI. 1. *tua erga me mihi* perspectissima *benivolentia.* Balb. 6. *cuius audita virtus dubitationi locum non daret, huius praesens experta atque* perspecta *obtrectatorum voce laedetur?*

PERSPERGERE. Orat. I. 34. *facetiarum lepos, quo tanquam sale* perspergatur *omnis oratio.*

PERSPICACITAS. Att. I. 15. *ex iis, quae scripsimus, tanta es* perspicacitate, *etiam a me non scripta perspicis.*

PERSPICAX. Off. I. 28. *sequemur id quod ductum et* perspicax *natura est*, h. e. ut I. 5. versabimur *in perspicientia veri et solertia.* Ibid. III. 26. *Palamedis* perspicax *prudentia*

PERSPICIENTIA. Off. I. 5. omne quod est honestum id quatuor partium oritur ex aliqua. Aut enim in perspicientia veri, sollertiaque versatur quae est *prudentia*, cui respondent *iustitia, fortitudo, temperantia.*

PERSPICERE. 1. Proprie, *besichtigen.* Mil. 20. perspicere *villam.* Q. Fr. III. 1. perspicere *viam.* Fam. IX. 11. *domum cum fabris* perspicere. Orat. contra C. Anton. fr. *gladiatores quos ipse* perspexit, *legit et emit.* 2. *Anschauen, betrachten.* Orat. I. 35. *in Crassi oratione divitias atque ornamenta eius, per quaedam involucra atque integumenta* perspexi. 3. *Erkennen.* Leg. I. 22. *homo quum se ipse* perspexerit *totumque tentavit, intelliget quemadmodum a natura subornatus in vitam venerit.* Att. XIV. 14. *ex fronte, ut aiunt, meum in te amorem* perspicere *potuisti.* Lael. 17. *quidam saepe in parva pecunia* perspiciuntur *quam sint leves.* 4. *Prüfen, untersuchen.* Sull. 27. perspicite *etiam atque etiam — penitus* introspicite *Catilinae — ceterorumque mentes.* Inv. II. 5. *amor — vinolentia*, et *omnino omnia, in quibus animus ita videtur affectus fuisse, ut rem* perspicere *cum consilio et cura non potuerit.* Phil. IX. 2. *missus e senatu ad animos regum* perspiciendos (*ihn Gesinnung zu erforschen*).

PERSPICUE. 1 *Offenbar.* Inv. I. 48. (argumentum) *falsum est, in quo* perspicue *mendacium est.* Cael. 11. *non me haec movent quae* perspicue *falsa sunt.* 2. *Deutlich.* Fin. III. 5. *omne quod de re bona* dilucide *dicitur, mihi praeclare dici videtur. Istius modi autem res ornate dicere velle puerile est,* plane

autem et perspicue *expedire posse docti et intelligentis viri.*

PERSPICUITAS. Ac. pr. II. 6. *nihil clarius* ἐνάργεια, *ut Graeci;* perspicuitatem *nos aut evidentiam, si placet, nominemus.* N. D. III. 4. perspicuitas *argumentatione* elevautur; h. e. res minime dubia argumentando dubia fit.

PERSPICUUS, evidens, manifestus. Inv. I. 36. *haec propositio indiget approbatione, non enim* perspicua *est.* N. D. III. 4. *quasi hoc* perspicuum *sit, constetque inter omnes deos esse.* Rosc. Am. 7. *id quod adhuc est suspiciosum, nisi* perspicuum *res ipsa effecerit, hunc affinem culpae iudicatote.*

PERSTARE. Rosc. Com. 18. perstare *in sententia.* Ibid. 9. *in impudentia.* Ac. pr. II. 8. *in pravitate.*

PERSTRINGERE. 1. Leviter proscindere. Rull. II. 26. *quod solum tam exile et macrum est, ut* aratro perstringi *non possit.* Phil. II. 40. *aratrum cuius quidem vomere portam Capuae paene* perstrinxisti. 2. Leviter carpere aut pungere. Sext. 6. *ut eos quorum scelere essem violatus, vocis libertate* perstringerem. Planc. 14. *cui M. Antonii voluntatem asperioribus facetiis saepe* perstrinxit *impune.* Sull. 16. *nemo umquam me tenuissima suspicione* perstrinxit, *quem non praeverterim.* Brut. 94. *consulatus meus primo eum leviter* perstrinxerat; i. e. offenderat. 3. Oratione breviter percurrere. Verr. IV. 47. *Rei magnitudo me breviter* perstringere *atrocitatem criminis non sinit.* Rosc. Am. 32. *in animo est leviter transire ac tantummodo* perstringere *unamquamque rem.* Phil. II. 19. *nunc reliquum cursum vitae videte; quem quidem celeriter* perstringam.

PERSTUDIOSE. Brut. 57. perstudiose *audire aliquem.*

PERSTUDIOSUS. Att. V. 20 perstudiosus *tui.*

PERSUADERE. N. D. I. 22. *Esse deos,* persuaderi, *mihi non opinione solum, sed ad veritatem plane velim.* Att. XVI. 5. *hoc mihi non solum confirmavit, sed etiam* persuasit. Fam. XI 5. *hoc velim tibi penitus* persuadeas. Tusc. III. 29. *opinio mali, quo viso et* persuaso *aegritudo insequitur necessario.* Verr. V. 25. *omnes sic habent* persuasum *istum clam a piratis pecuniam accepisse.* Fam. XI. 9. persuasissimum *mihi est.* Tusc. IV. 27. *ne si forte de paupertate non* persuaseris *sit aegritudini concedendum.*

PERTIMESCERE. Pis. 10 *ne tum quidem fortunae rotam* pertimescebat. Quint. 1. *Gratia Naevii ne Quintio noceat id vero non mediocriter* pertimesco. Orat. II. 32. pertimescenda *est multitudo causarum; est enim infinita, si in personis ponitur*

PERTINACIA. Inv. II. 54. *unicuique virtuti finitimum vitium reperitur ut* — pertinacia *quae perseverantiae finitima est.* Planc. 39. *libertatem, quam in me requiris, quam ego neque dimisi unquam neque dimittam, non in* pertinacia, *sed in quadam moderatione positam putabo* Tusc. II. 2. *refellere sine* pertinacia *et refelli sine iracundia parati sumus.* Off. I. 19. *in magnitudine animi facillime* pertinacia — *innascitur.* Acad. pr. II. 20. *in minimis rebus* pertinacia *reprehenditur.*

PERTINACITER. Fam. X. 23. *nimis* pertinaciter Lepido *infensus.*

PERTINAX. Off. I. 37. *Sermo lenis, minimeque* pertinax. Fin. I. 8. *concertationes in disputando* pertinaces.

PERTINERE. 1. Pertingere, attingere, penetrare (*sich erstrecken*). N. D. II 55. *implicatio nervorum toto corpore* pertinens. Ibid. 55. *venae in omnes partes corporis* pertinentes. Ibid. 54. *aspera arteria ad* pulmones *usque pertinet.* Ibid. *venae quae* pertinent *ad iecur eique adhaerent.* Ibid. *Vis vitalis per omnem mundum* pertinens. N. D. I. 14. *ratio* pertinens *per omnem rerum naturam.* Div. II 44. *quae potest contagio ex infinito paene intervallo* pertinere *ad lunam vel potius ad terram?* 2. Attingere aliquid, *Einfluſs haben, angehn.* Div. II. 44. *aliquid vim caelestem ad eos, qui in terra gignuntur* pertinere. Tusc. I. 38. *nihil* pertinuit *ad nos ante ortum.* Ibid. 45. *nihil ad mortuos* pertinet. Fin. V. 9. *quum animal processit paullum, et quatenus quidquid se attingat ad seque* pertineat, *perspicere coepit.* Arch. 11. pertinebit *ad aliquam animi mei partem.* 3. Ad aliquam rem valere, Quint. 29. *ad rem* pertinent *testimonia.* Off. II. 10. *quae ad gloriam* pertinent. 4. Ad aliquid referri. Orat. III. 31. *dum illa ad hanc civilem scientiam, quo* pertinent — *transferamus.*

PERTRACTARE. 1. Proprie digitis contingere. Parad. VI. 2. *Videat aliquem — barbatulos mullos exceptantem de piscina et* pertractantem. 2. Meditari,

tur, quod sit consequens iis, quae sumentur ad quamque rem confirmandam.

PERTURBATIO. 1. De caelo turbido. Div. II. 45. *haec tum serenitas tum* perturbatio *caeli*. 2. Tumultus in rep. et conversio rerum (*bürgerliche Unruhen, oder Umwalzungen*). Phil. VIII. 1. *quid est enim tumultus, nisi* perturbatio *tanta, ut maior timor oriatur?* Flacc. 37. *videtis quo in motu temporum, quanta in conversione rerum ac* perturbatione *versemur.* Mur. 17. *quantas* perturbationes *habet ratio comitiorum.* Fat. 1. *quum omnes post Caesaris mortem novarum* perturbationem *causae quaeri viderentur.* 3. Aliarum rerum in peius mutatio. Fam. IX. 15. perturbatio *valitudinis.* N. D. I. 2. perturbatio *vitae et magna confusio.* Parad. III. 2. *quicquid peccatur*, perturbatione *peccatur rationis atque ordinis.* 4. Animi affectus vehementiores sive iucundi, sive molesti. Tusc. IV. 5. *quae Graeci πάθη*, nobis perturbationes *appellari magis placet, quam morbos.* Ibid *Zeno ita definit, ut* perturbatio *sit a versa a ratione contra naturam animi commotio, vel brevius, ut* perturbatio *sit appetitus vehementior, vehementior autem intelligatur qui procul absit a naturae constantia.* Ibid. 15. perturbationes *sunt — turbidi animorum concitatique motus, aversi a ratione et inimicissimi mentis, vitaeque tranquillae* Off. I. 38. perturbationes *fugiamus, id est motus animi nimios, rationi non obtemperantes.* Tusc. III. 11. *quum omnis* perturbatio *sit animi motus vel rationis expers, vel rationem aspernans, vel rationi non obediens, isque motus aut boni aut mali opinione citetur, bifariam quatuor* perturbationes, *aequaliter distributae sunt. Nam duae sunt ex opinione boni, quarum altera voluptas gestiens, id est praeter modum elata laetitia, opinione praesentis magni alicuius boni; altera cupiditas, quae recte vel libido dici potest, quae est immoderata appetitio opinati magni boni rationi non obtemperans. Ergo haec duo genera — bonorum opinione turbantur, ut duo reliqua metus et aegritudo malorum. Nam et metus opinio magni mali impendentis et aegritudo est opinio magni mali praesentis.*

PERTURBATRIX Leg. I. 13. perturbatricem *harum omnium rerum Academiam — recentem, exoremus ut sileat. Nam si invaserit in haec quae satis*

scite nobis instructa et composita videntur, nimias edet ruinas.

PERTURBATUS. Div. I. 29. *onusti cibo et vino* perturbata *et confusa cernimus* Rull. I. 8. *civitas* perturbata *seditionibus*. Orat. III. 13. *non praeposteris temporibus, non confusis personis, non* perturbato *ordine*. Att. VIII. 11. *magno animi motu* perturbatus.

PERTURPIS Cael. 20. Perturpe *aut flagitiosum*.

PERVADERE. 1. Introire. N. D. II. 58. *nares contractiores habent introitus, ne quid in eas, quod noceat, possit* pervadere. 2. Permanare, praesertim de rebus aut personis infestis. Verr. I. 17. *quacunque iter fecit, eiusmodi fuit — ut quaedam calamitas* pervadere *videretur*. Sull. 19. *quas oras maxime quasi morbus quidam illius furoris* pervaserat. Verr. III. 26. *cernitis quod et quantum incendium decumanorum impetu, non solum per agros, sed etiam per reliquas fortunas aratorum, neque solum per bona, sed etiam per iura libertatis et civitatis isto praetore* pervaserit. Ibid. 89. *Locus intra Oceanum iam nullus est, — quo non — nostrorum hominum libido iniquitasque* pervaserit. Manil. 9. *erat etiam alia gravis atque vehemens opinio quae per animos gentium barbararum* pervaserat.

PERVAGARI. 1. Sensu proprio. Verr. V. 37. *hic praedonum naviculae* pervagatae *sunt*. 2. Metaphorice, de animo, varie afficere. Leg. I. 11. *molestiae, laetitiae, cupiditates, timores similiter omnium mentes* pervagantur. 3. *Divulgari*. Inv. II. 39. *deinde ne is honos nimium* pervagetur; i. q. pervulgetur; quod ipsum fuit qui hic reponendum censeret.

PERVAGATUS. 1. Planc 40. *nihil ex meis est temporibus, quod minus* pervagatum, *quodque minus aut mea commemoratione celebratum sit, aut hominibus auditum aut notum* Orat. II 52. *maxime est commune hoc vitium et* pervagatum. Planc. 19. *desinamus aliquando vulgari et* pervagata *declamatione contendere*. Orat. 53. pervagatissimus *ille versus, qui vetat artem pudere proloqui quam factites*. 2. Inv II. 14 *pars* (argumentorum) *est* pervagatior (h. e *latius patet*) *et aut in omnes eiusdem generis, aut in plerasque causas accommodata*

PERVARIE. Orat II. 80 *reliqua* pervarie *iucundeque narrantur* (in prima Andriae Terentianae scena).

PERVEHI. Att. XIV. 19. *Nos autem alium portum propiorem huic aetati (i. e. mortem) videbamus in quem mallem equidem* pervehi *florente Bruto nostro constitutaque rep.* Tusc. I. 49. *portum — paratum nobis perfugium putemus, quo utinam velis passis* pervehi *liceat.*

PERVELLERE. 1. Leviter laedere. Tusc. III. 17. *cur succumbis cedisque fortunae? quae pervellere te forsitam potuerit et pungere, non potuit certe vires frangere.* Ibid. II. 20. *si te dolor* pervellerit *aliquis.* 2. Cavillatione perstringere. Orat. I. 62. *neque tam mihi molestus fuit* (Antonius) *quod ius nostrum civile* pervellit, *quum iucundus, quod se id nescire confessus est.*

PERVENIRE. 1. Sensu proprio. Muren. 10. (imperator vigilat de norte) *ut eo quo intendit mature cum exercitu* perveniat. 2. Aliquid assequi. Sull. 4. *nondum ad propositum mihi finem honoris* perveneram. Brut. 74. *Cotta alia quadam quasi inculta et silvestri via ad eandem laudem* pervenerat. Scaur. fr. *posse virtutem sine praesidio fortunae, quo contendisset, labore et constantia* pervenire. 3. Pervenire ad aliquem dicitur, quod eum attingit, vel movet. Parad. IV. 1. *iactam a te nefariam in me iniuriam semper* duxi, *tamen* pervenisse *ad me nunquam putavi.* Her. IV. 8. *in aliis maleficiis ad singulos, aut ad paucos ex alieno peccato iniuria* pervenit. 5. Inde de rumore qui refertur ad aliquem. Verr. IV. 28. pervenit *res ad istius aures.* Verr. III. 57. *ne illud quidem tibi reliquum fecisti, ut hoc possis dicere, nihil eorum te audisse, nihil ad tuas aures de infamia tua* pervenisse. 6. De literis aut libris qui vulgantur. Att. VIII. 5. *ne epistola in eius manus* perveniret. Orat. I. 21. *libellus qui me imprudente et invito excidit, et* pervenit *in manus hominum.* 7. De pecunia, aut alicuius rei potestate, quam quis adipiscitur. Top. 6 *Hereditas est pecunia quae morte alicuius ad quempiam* pervenit *iure.* Rab. Post. 4. *est enim haec causa* QUO EA PECUNIA PERVENERIT, *quasi quaedam appendicula causae iudicatae* Rull. II. 29. *si posset ager ad vos* pervenire. Ibid. 19. *Sine ad alios potestatem, ad te gratiam beneficii tui* pervenire. 8. De fine temporis, aut exitu rei. Att. V. 21. *Lucceius queritur summum esse periculum ne culpa senatus res ad tabulas novas* perveniat; h. e. hunc exitum habeat,

tum est sive artis sive animadversionis, sive consuetudinis, posse regiones intra quas venere et pervestiges *quod quaeras.*

PERVESTIGATIO. Orat. I. 3. *qui non una in re separatim elaborarint, sed omnia quaecunque possent, vel scientia et* pervestigatione, *vel disserendi ratione comprehenderint.*

PERVETUSTUS. Orat. III. 52. *in singulis verbis illa tria tenere, ut translatis utamur frequenter, interdumque factis, raro autem etiam* pervetustis.

PERVETUS. Fam. XIII. 17. pervetus *amicitia.* Q. Fr. III. .. epistola. Verr. IV. 4. *signum* pervetus *ligneum*

PERVICACIA. Tusc. IV. 11. est obstinata sive malarum rerum sive bonarum perseverantia

PERVIDERE. 1. Sensu proprio. Att. XV. 4 *ibi te quam primum* pervidere *velim.* Att. IV 11. *videbo te et* pervidebo. 2. *Intelligere.* Fam. X. 9. *meritorum meorum fieri accessiones* pervidere *te spero.* Att. XII. 38. *oportere iam* pervideri *animi infirmitatem.*

PERVIGILARE. Rosc. Am. 35. *non orat, ut eam noctem* pervigilet?

PERVIGILATIO. Leg. II. 15. *Novos deos et in his colendis nocturnas* pervigilationes *Aristophanes — vexat.*

PERVINCERE, etwas durchsetzen. Att. II. 1. *vestitit et* pervicit *Cato.*

PERVIUS. N. D II. 27. *transitiones* perviae (*Durchgänge*) *Iani — nominantur.*

PERUNGERE. Tusc. I. 47. *iuvenes veste posita corpora oleo* perunxerunt.

PERVOLARE, de itinere celerrimo. Rosc. Am. 7. *decem horis nocturnis* (scil. aestivis ideoque brevioribus) *LVI millia passuum cisiis* pervolavit.

PERVOLVERE. Orat. II. 35 *ut in iis locis —* pervolvatur *animus,* h. e. diligenter meditando versetur.

PERVOLUTARE. Orat. I. 34. *omnium bonarum artium scriptores atque doctores et legendi et* pervolutandi. Att. V. 12 *quoniam meos* pervolutas *libros*

PERURBANUS. Orat. I. 16. *C. Lucilius — doctus et* perurbanus. Brut. 68. *elegans in dicendo — toto genere* perurbanus.

PERVULGARE. Sull. 15. *tabulas describi — dividi passim et* pervulgari *— imperavi.* Inv. II. 39. *prae-*

mia virtutis cum improbis communicari, *et cum mediocribus hominibus* pervulgari *non oportet*. Att. XII. 45. *tu vero* pervulga *Hirtium*, i. e. librum s. epistolam Hirtii in quo collegerat vitia Catonis, cf. ibid. XII. 40. — 2. Cael. 16. *si esset aliqua mulier — quae se omnibus* pervulgaret, i. e. pudicitiam prostitueret.

PERVULGATUS. Cael. 3. *maledicta* pervulgata *in omnes*. Fam. V. 16. *consolatio* pervulgata.

PERUSTUS. Fam. XIII. 15. *et iam hominem* perustum *inani gloria* (h. e. cui iam olim gloriae cupiditas nocuit) *volunt incendere*.

PERUTILIS. Att. IX. 17. *in hac fortuna* perutilis *eius* (*Tironis*) *et opera et fidelitas esset*.

PES. 1. Sensu proprio. Orat. I. 7. *quod ille durissimis* pedibus *fecit*, *ut se abiiceret in herba — id meis* pedibus *certe concedi est aequius*. Att. X. 4. *alter qui nos sibi quondam ad* pedes suos *stratos ne sublevabat quidem*. Q. Fr. II. 5. *Furnius praesens ad* pedes *unius cuiusque iacens*. Sext. 69. *frater volutatus est* ad pedes *inimicorum*. Orat. I. 53. pedem *nemo in illo iudicio* supplosit, *credo*, *ne Stoicis renuntiaretur*. 2. Cluent. 13. *hominem ante* pedes, Q. Manilii *qui tum erat triumvir constituunt*, *i. e.* coram tribunali quaesitoris. 3. Div. II. 13. *quod* ante pedes *est*, i. e. proxime praesentia, *nemo*, *spectat coeli scrutantur plagas*. Orat. III. 40. *ingenii specimen est quoddam*, *transilire ante* pedes posita *et alia longe repetita sumere*. 4. p. Red. in Sen. 4. *ne* pedibus *iret*, scil. in sententiam; de senatoribus pedariis. Vid. *Pedarius* et *Discessio*. 5. Servi dicuntur esse ad pedes, circum pedes, iidem qui pedissequi. Verr. I. 36. *homines circum* pedes *habebat*: Deiot. 1. *servum a legatorum* pedibus *abduxit*. 6. Metaphorice, dicuntur *pedibus trahi* res vel personae, quae pessime tractantur, ita ut proxime absint ab interitu. Fam. VII. 31. *de iudiciis non laboro; trahantur per me* pedibus *omnes rei*. Att. IV. 16. *per me ista* pedibus *trahantur* (*Meinetwegen mag darin alles drunter und drüber gehn*). Similis locutio est: Fam. VII. 31. *res ita contractae*, *ut nec caput*, *nec* pedes, *scil.* appareant; i. e. ita turbatae sunt ut nescias ubi incipias, ubi finias. 7. *Pes* est pro mensura pedis quadrati. Att. VII. 22. pedem *in Italia video nullum esse* (*keinen Fuſs breit Land*) *qui non in istius potestate sit*. Att. II. 1. de Clodio: quum candidatum deduceremus, quaerit ex

me nunc consuessem Siculis (honoris caussa) locum gladiatoribus (i. e. in gladiatoribus spectandis) dare? Negavi. At ego, inquit, novus patronus (scil Siculorum) instituam. *Sed soror* (Q Metelli Celeris, eo anno consulis, uxor) *quae tantum habeat consularis loci, unum mihi solum* pedem *dat*, (i e. unum pedem quadratum, ubi unus homo consistere posset) *Noli*, inquam, *de uno* pede *sororis queri; licet etiam alterum tollas.* Hic obscenius ludebat Cicero, Clodiumque figebat, quod incestuosa cum sororibus consuetudine infamis erat. 8. In navibus *pedes* sunt funes ad angulos velorum, quibus ea vertebantur; et interdum pro ipsis velis dicuntur. Att. XVI 6. *ego istluc magis commode quam strenue navigavi — illud satis opportune: duo sinus fuerunt quos transmitti oporteret Paestanus et Vibonensis, utrumque* pedibus aequis *transmisimus;* h e velis aequaliter tensis, quod fiebat quum venti secundi aequaliter vela implebant. Olim h. l. absurde scriptum legebatur *equis pedibus.* Lectionem *aequis pedibus* quam *reddidit* etiam Macrobio Sat. lib. VI. 4. pluribus illustravit Salmasius Plin. Exerc. p. 400. 9. *Pedibus iter facere.* Varin 5. est terra iter facere, opponitur *navigare.* 10. *Pedes* in metris; vel duarum, vel trium, vel quatuor syllabarum. Orat 64 Paeon, *quod plures habet syllabas quam tres, numerus a quibusdam non* pes *habetur.* Ibid. 57. *Ephorus — syllabis metiendos* pedes *non intervallis existimat.*

PESSUNDARE. Fr. inc. *miror querorque hominem ita* pessundare *verbis alterum velle.*

PESTIFER Harusp 24. Vipera venenata et pestifera. Att. VIII. 22. pestiferum bellum Fin. III. 22. vitium. N. D. II 12. *bestiis natura sensum et motum dedit, et cum quodam appetitu accessum ad res salutares, a* pestiferis *recessum*

PESTIFERE. Leg II. 5. *multa perniciose, multa* pestifere *sciscuntur in populis.*

PESTILENS. Div I 36. *partes agrorum aliae* pestilentes, *aliae salubres.* Fam. V. 16. *hoc gravissimo et* pestilentissimo *anno.* Significatur A. U. C. 706. post pugnam Pharsalicam.

PESTILENTIA. Rull. II. 26. *genus agrorum, propter sterilitatem incultum, propter* pestilentiam *vastum atque desertum.* Ibid. I. 5. *invidiae aut* pestilentiae *possessores*, sunt ii, quibus tot agros habere

Decius — eam mortem ardentiore studio peteret, *quam Epicurus voluptatem* petendam *putat.* Fam V 15. *Sic literis utor — non ut ab his medicinam perpetuam, sed ut exiguam doloris oblivionem* petam. Inv. I. 49 (Argumentum) *remotum est quod ultra quam satis est* petitur (*zu weit hergeholt wird*). 7. Rogare. Fam. XIII. 7. *a te etiam atque etiam — maiorem in modum* peto *atque contendo.*

PETESSERE, petere. Tusc. II. 26. Div. I, 11.

PETITIO. 1. Ictus gladiatoris vel insidiatoris. Catil. I. 6. *Ego tuas* petitiones *ita coniectas ut vitari posse non viderentur, parva quadam declinatione effugi.* 2. Metaphorice, de argumentis et artificiis quibus orator in causa forensi adversarium petit. Orat. III. 54. *orationis ipsius tamquam armorum est vel ad usum comminatio et quasi* petitio (*Angriff, Ausfall*). Caecil. 14. *novi omnes hominis* petitiones *rationesque dicendi.* 3. Actio civilis in aliquem, qua ab eo pecunia vel alia possessio petitur, et a praetore postulatur, ut ius nostrum nobis concedat. Rosc. Com. 18. *tibi* petitionem *integram reliquit.* Inv. I. 8. petitioni (*der Klage*) opponitur *recusatio,* (*die Einrede gegen die Klage*) quae est eius, unde petitur. 4. Suaviter et iocose hoc transfertur ad exactionem alicuius promissi, non forensem, sed amicabilem. Brut. 5. *ego tibi non solvam, nisi prius a te cavero amplius eo nomine neminem cuius* petitio *sit* (*der das Recht zu fordern hat*) *petiturum.* 5. De honoribus qui petuntur. Att. I. 1. petitio *consulatus.* Fam. XIII. 10. *dare si* petitioni.

PETITOR, actor in causa privata s. civili, *der Kläger.* Differt ab accusatore (*dem Ankläger*). Quint. 14. *possumus ita rem nostram persequi ut hominis propinqui caput incolume esse patiamur? possumus* petitoris *personam capere,* accusatoris *deponere?* Alibi tamen accusator latius sumitur. Partit. 32. *quum est in inficiando* reus, accusatori *haec duo prima sunt,* (sed accusatorem *pro omni actore et* petitore *appello*). Caecin. 3. praetor *numquam* petitori *praestituit, qua actione illum uti velit.*

PETULANS. 1. De eo qui nimius est in appetendo, item libidinosus. Fin I. 18. *alii appetendo omnia* petulantes, *alii audaces ac protervi.* Parad. III. 1. *Lapsa est libido in muliere ignota; dolor ad pauciores pertinet, quam si* petulans *fuisset in aliqua nobili virgine.* Pis. 5.

potestatem (censoriam) *minuere, quo minus de moribus nostris quinto quoque anno iudicaretur, nemo tam effuse* petulans *conatus est.* 2. De dictis nimis liberis aut parum verecundis, etiam de conviciis. Brut. 68. C. Staienus dicitur usus esse *fervido quodam et* petulanti, *et furioso genere dicendi.* Off. I. 27. *genus iocandi illiberale*. petulans. *flagitiosum, obscenum.* Muren. 7. *sic a me Cos. des. defenditur, ut eius — nullum* petulans *dictum in vita* proferatur. Cluent. 13. petulans *et improbus scurra.* Cael. 13. *maledicta iurgii* petulantis *magis, quam publicae quaestionis.*

PETULANTER, .. Cael. 16. *si vidua libere, proterva* petulanter — *viveret.* Att. IX. 19. *quae etiam quum a bonis viris, quum iusto in bello, quum* modeste *fiunt, tamen ipsa per se molesta sunt, quam censes acerba nunc esse, quum a perditis in civili nefario bello,* petulantissime *fiunt.* 2. Cael. 3. *maledictio nihil habet propositi, praeter contumeliam, quae si* petulantius *iactatur, convicium, si facetius urbanitas nominatur.* Sext. 52 *bonum civem* petulantissime *est insectatus.*

PETULANTIA. 1. Catil. II. *Ex hac parte pudor pugnat, illinc* petulantia. Off. I. 35. *quod facere turpe non est, modo occulte id dicere obscenum est. Itaque nec aperta actio rerum illarum* petulantia *vacat, nec orationis obscenitas.* Verr. Act. I. 5. *illorum calamitatem commemorando augere nolo, quibus liberos coniugesque suas integras ab istius* petulantia *conservare non licitum est.* 2. Pis. 14 *Tune — ausus es — meum discessum illum — maledicti et contumeliae loco ponere? quo quidem tempore cepi fructum vestri in me et amoris et iudicii — qui — voce* et *clamore abiecti hominis et semivivi furorem* petulantiamque *fregistis.*

PEXUS. Catil. II. 10. *quos* pexo *capillo nitidas — videtis.*

PHALERAE; ornamenta equorum (vel equitum v. Drakenb. ad Silium XV. 255.). Verr. IV. 12. phalerae *pulcherrime factae.* Quo in loco fuerint *phalerae*, non consentire video viros doctos. Scheffer de Re Vehic. I. 16. p. 212 in fronte ponit auctore Etymologo Graeco in φάλαρα, ubi vocat προμετωπιδίους ἀσπιδίσκους, τὴν κόσμησιν τὴν κατὰ τὸ μέτωπον τῶν ἵππων. Ita videntur dici a Φάλεις, qui sunt ἀσπιδίσκοι κατὰ τὸ μέτωπον τῆς περικεφαλαίας. Vid. Schol. ad Homeri Iliad. ι. 743. Heinsius ad Ovid. Met. VIII. 33. ponit in tergo;

quod recte repudiat Burmannus ad eum locum, putatque fuisse in pectore. Quomodo ibi fuerint, utrum fixi tamquam clypeoli, an pensiles, non addit. Locus Plinii XXXVII. 12. suadet credere pensiles fuisse. Vulgo argenteas fuisse dubitari non potest. Vid. Liv. XXII. 52. aureas subinde per luxuriam factas patet e Suetôn. Aug. 55. *Ern.* Att. XV. 29. Formiani *Plancum se aiebant — vidisse demissum* sine phaleris; *servulos autem dicere eum et agripetas eiectos a Buthrotiis.*

PHARMACOPOLA. Cluent. 14. pharmacopola *circumforaneus.*

PHASELUS. Att. I. 10. XV. 17. navicula longior et simul angustior cum prora longe et obliquè supra aquam porrecta, unde mira eius velocitas. *Ern.*

PHIDITIA, convicia Lacedaemoniorum a parsimonia dicta. Athen. Deipnos. IV. 6. Tusc. V. 34 *quid? victum Lacedaemoniorum in* phiditiis *nonne videmus? ubi quum tyrannus cenavisset Dionysius; negavit se illo iure nigro, quod caput cenae erat delectatum*

PHILOLOGIA studium literarum. Fam. XVI. 21. *non est seiunctus iocus a* philologia. Att. II 16 *haec — non deflebimus, ne et opera et oleum* philologiae *nostrae perierit*; hic intelligitur philosophiae studium, quae tranquillitatem animi commendat in malis

PHILOLOGUS. Att. XIII. 15. *homines nobiles sed nullo modo* philologi. Q. Fr. II. 10. nos *ita* philologi *sumus, ut vel cum fabris habitare possimus;* scil. in villa, quae aedificabatur, ut paullo ante dicit, etiamnum aperta.

PHILOSOPHA. Q. Fr. III. 1. *ea villa tamquam* philosopha *videtur esse, quae obiurget ceterarum villarum insaniam.* Tusc. V. extr. philosophae *scriptiones.*

PHILOSOPHARI. Tusc. II. 1. *Neoptolemus apud Ennium* philosophari *sibi ait necesse esse, sed paucis, nam omnino haud placere. Ego autem necesse mihi quidem esse arbitror* philosophari *sed non paucis ut ille.* Contra Antonius Orat. II. 37. *sic decrevi* philosophari *potius, ut Neoptolemus apud Ennium, paucis, nam omnino haud placet.* Phil. XIII. 20. sed iam *se colligit,* (Antonius in epistola) *et ad extremum incipit* philosophari; cum irrisione scilicet dictum.

PHILOSOPHIA. Orat. I. 15. philosophia *in tres partes est distributa, in naturae obscuritatem in disserendi subtilitatem, in vitam atque mores,* h. e. in phy-

materies illa fuit physici, *de qua dixit, ornatus vero ipse verborum oratoris putandus est.*

PHYSIOGNOMON. Fat. 5. *Zopyrus*, physiognomon, *qui se profitebatur hominum mores naturasque, ex corpore, oculis, vultu, fronte, pernoscere.*

PHYSIOLOGIA, i. e. physica. Div. I. 41. *Divitiacus — qui naturae rationem, quam* physiologiam *Graeci appellant, notam sibi esse profitebatur.* N. D. I. 8. *hunc censes* primis *ut dicitur, labris gustasse* physiologiam, *qui quidquam quod ortum sit, putet aeternum esse posse?* Div. II. 16. *urbem philosophiae mihi crede proditis, dum castella defenditis. Nam dum haruspicinam veram esse vultis*, physiologiam *totam pervertitis.*

PIACULUM, *Sühnopfer.* Leg. II. 22. *decrevit — poreo femina* piaculum *pati;* i. e. contrahere.

PICARIAE, loca in silvis ubi propter copiam picearum pix coquitur. Brut. 22. *liberi societatis eius, quae* picarias *redemisset.* Hae picariae fuere, ut ex illo loco apparet, in silva Sila in Bruttiis. Bruttia autem pix celeberrima; ut copiose docet magnus Bochartus in Canaane l. 33. p. 596. Itaque non erat, quare Corradus ad h. l. p. 162. corrigeret *pecuarias.* Adde Burm. de Vectigal. c. 1. p. 14. *Ern.*

PICTOR. Leg. II. 18. *formae ab uno* pictore *uno absolutae die.* Ac. pr. II. 7. *quam multa vident* pictores *in umbris et in eminentia, quae nos non videmus?*

PICTURA. 1. Sensu proprio. Orat. 11. *in* picturis *alios horrida, inculta, abdita et opaca, contra alios nitida, laeta, collustrata delectat.* 2. De imaginibus poeticis. Tusc. V. 39. *Homerum tradunt caecum fuisse, ut eius* picturam *non poesin videmus;* h. e. imagines rerum visibilium ad vivum expressus. 3. De descriptione philosophica. Tusc. V. 5. *iste chorus virtutum* (ex disciplina Stoicorum) *in equuleum impositus, imagines constituit ante oculos cum amplissima dignitate, ut ad eas cursim perrectura, nec eas beata vita a se desertas passura videatur. Quum autem animum ab ista* pictura *imaginibusque* virtutum *ad rem veritatemque traduxerit, hoc nudum relinquitur, possitne quis beatus esse, quamdiu torqueatur.* 4. De veste stragula, acu picta. Verr IV. 1. pictura *in textili* (*Stickerey*).

PICTUS. 1. Sensu proprio. Brut. 75. *tamquam* tabulas pictas *collocare in bono lumine.* Fin. II. 21.

te ceteris satisfacio omnibus, mihi ipsi nunquam satis facio.

PIGER. Fam. VII. 17. *mihi interdum* piger, *interdum timidus in labore militari videbare.* Ibid. VIII. 1. *ad literas scribendas* pigerrimus 2. Metaphorice. Her. IV. 31. *frigus* pigrum (dicitur) *quia* pigros *facit.*

PIGET. Div. I. 31. *mea mater, tui me miseret, mei* piget (*über mich ärgre ich mich*). Dom 11. data merces est erroris mei magna — ut *me non solum* pigeat *stultitiae meae sed etiam* pudeat. Brut. 50. *audiens multitudo* (ab oratore) — *ad misericordiam inducitur, ad pudendum, ad pigendum.*

PIGMENTARIUS, Fam. XV. 17. pharmacopola, quia inter pharmaca etiam χρώματα s. pigmenta vendit. Vid. inprimis Salmas. ad Sol.n. p. 740. 741. *Ern.*

PIGNERARI. Phil. XIV. 12. *Mars ipse ex acie fortissimum quemque* pignerari *solet;* h. e. fortissimus quisque solet in acie cadere. Nam se maxime periculo offert. *Pignerari* est pignus capere, vel accipere, pignoris loco capere aliquid et sibi asserere. Vid. Budaeus ad Pandectas p. 249. add. Heins. ad Ovid. Met. VII. 62. *Ern.* De Rep. I. fr. ap. Non. v. Pignerari. Sed ut plurimas et maximas nostri animi, ingenii, consilii prima ipsa (fortasse legendum *consilii partes patria ipsa*) sibi ad utilitatem pigneraretur.

PIGNERATOR, qui pignus capit a possessore, securitatis causa, possessorem nihil deterius in re quam possidet dum lis est facturum. Verr. III 11. *Ern.*

PIGNUS. Phil. I. 5 *cogi* pignoribus. Orat. III. 1. pignoribus *ablatis coercere.* Fuit genus coercitionis, quo utebantur magistratus inprimis consules, in senatores, qui parere v. c. vocati in senatum nollent. *Ern.* Phil. I. 5. quum Cicero in senatum non venisset, Antonius consul ei minatus est cum fabris se domum eius venturum eamque disturbaturum; itaque Cicero *quis*, inquit, *umquam tanto damno senatorem coëgit? Aut quid est ultra* pignus, *aut multam?* 2. Eleganter pignora dicuntur omnia ea, quae fiduciam faciunt, qualem quis se praestiturus sit. Att. VIII. 9. *minus multa illi dederant reip.* pignora. Phil. XIII. 4. *magnis et multis* pignoribus *M. Lepidum resp. illigatum tenet.* Ea pignora deinde enarrantur, et sunt partim commoda multa, quae habet in rep. et a republica, propter

quae ei adversari non possit, partim documenta amoris in remp. ab eo iam edita. *Ern* Cael 32. *habet a M. Caelio resp. duas accusationes vel obsides periculi vel pignora voluntatis.* Cluent. 67. *Ceteri novis affinitatibus adducti veteres inimicitias saepe deponunt: illa* (Sassia) *sibi ad confirmandas inimicitias affinitatis coniunctionem pignori fore putavit:* scil. Oppianicum filio suo accusatorem comparavit collocatione filiae. Phil. XIII. 3. *tu ita vitam corpusque servato, ita fortunas, ita rem familiarem ut posteriora libertate ducas — nec pro his libertatem, sed pro libertate dare proiicias tamquam* pignora *iniuriae*, id est (ut recte Manut.) tamquam ea, quae si malis retinere, quam libertatem, iniuste facias. Proiice igitur ne sint causae et tamquam pignora iniuriae.

PIGRARI. Att. XIV. 1. *tu quaeso quidquid novi scribere ne pigrere, i. e.* ne gravere sine mora scribere.

PIGRITIA. Tusc. IV. 8. *Pigritiam* (definiunt Stoici) *metum consequentis laboris.*

PILA. Orat. III. 23. *Libet semper discere, ut si velim ego talis optime ludere, aut pila,* studio *tenear, etiam fortasse si assequi non possim. At alii, quia praeclare faciunt, vehementius quam causa postulat delectantur, ut Titius* pila, *Brulla talis.* Orat. I. 16. *qui ludunt, non utuntur in ipsa lusione artificio proprio palaestrae, sed indicat ipse motus didi cerintne palaestram an nesciant.*

PILOSUS. Pis. 1. pilosae *genae, dentes putridi.*

PILUM, teli genus. Mil. 24. *sparorum* pilorumque *multitudo.* Phil XI. 2. (Dolabella) *cervicibus caput abscidit* (Trebonii) *idque fixum gestari iussit in* pilo.

PILUS. Acad. pr. II. 26. *Stoicum est, nec admodum credibile, nullum esse* pilum *omnibus talem, qualis sit alius.* Rosc. Com. 7. (Fannius Chaerea) *idcirco capite et superciliis semper est rasis, ne ullum* pilum *viri boni habere dicatur.* N. D II. 57. *munitae sunt palpebrae tanquam vallo* pilorum. Q. Fr. II. 15. *ego ne* pilo *quidem minus te amabo (nicht um ein Haar weniger).*

PINGERE. 1. Sensu proprio. Orat. II. 16. *Sic statuo — in pictura qui hominis speciem* pingere *perdidicerit, posse eum cuiusvis vel formae, vel aetatis etiamsi non didicerit* pingere, *neque esse periculum qui*

leonem aut taurum pingat *egregie, ne idem in multis aliis quadrupedibus facere non possit.* 2. De imagine poetica vel oratoria. Q. Fr. II. 14. *Britannia, quam pingam coloribus tuis penicillo meo.* 3. De ornatu rhetorico. Brut. 37. *σχήματα quae vocant Graeci, ea maxime ornant oratorem, eaque non tam in verbis* pingendis *habent pondus, quam in illuminandis sententiis.* 4. De ornamentis conclavium Att. V. 1. *bibliothecam mihi tui* pinxerunt *constructione et sittybis.*

PINGUIS. 1. Sensu proprio Fat 3. Thebani pingues et valentes. 2. De aëre crassiore Div. I 57. pingue *et concretum caelum.* 3. „Pinguis de rebus philosophicis est minus subtilis et acutus sed popularis. Lael. 5. *agamus* pingui *Minerva, ut aiunt;* h e non utamur illa subtilitate Stoicorum. Acad. pr. II. 34. *quod ipsi Antiocho* pingue *videbatur et sibi contrarium.* 4. Durus, minus suavis. Arch 10. pingue quiddam sonantes poetas *atque peregrinum*" *Ern.*

PINNA. 1. Genus conchae. Vid. N. D. II. 48. 2. In piscibus *pinnae* sunt instrumenta natandi loco pedum datae, ut ait Plinius; ut in avibus sunt instrumenta volatus. Unde proverbialiter. Att. V. 2. pinnas *alicui incidere,* ubi tamen Graevius habet *pennas. Ern.*

PINNATUS. 1. Alatus. N. D. III. 23. pinnatus *Cupido.* 2. Pennis instructus. — Tusc. II. 10. pinnata (aquilae) *cauda.*

PINNIGER. Fam. VII. 33. *ut ingemiscamus, quod haec* pinnigero, *non* armigero *in corpore tela exerceantur,* utitur Cicero verbis Philoctetae apud Accium, qui dolebat se tela sua in avibus non in hostibus occidendis exercere; et significat sibi molestum esse, amisso regno forensi ad declamationes et scriptiones rhetoricas descendere.

PINNOTERES, squilla. Fin III. 19. N. D. II. 48.

PIRATA, praedo maritimus. Off. III. 29. pirata *non est perduellium numero definitus sed communis hostis omnium,* h. e pirata non continetur numero iustorum hostium ac legitimorum, adversus quos ius fetiale iuraque alia servanda sunt. Rosc. Am. 50. *quis praedo tam nefarius* pirata *tam barbarus.*

PIRATICA, p. Red. in Sen. 5. *egestate coactus* piraticam *fecisset.*

PITUITA. Tusc. IV. 10. *quum sanguis corruptus est aut* pituita *redundat* (*wenn Verschleimung entsteht*).

PITUITOSUS. Fat. 4. *videmus in aliis locis esse* pituitosos *et quasi redundantes; in aliis exsiccatos atque aridos.*

PIUS. 1. In deum. Leg. II. 7. *Sit persuasum civibus — deos —* piorum *et impiorum habere rationem.* 2. In parentes. Off. III. 23. *ipsi patriae conducit*, pios *cives habere in parentes.* Rosc. Am. 24. *Videtisne quos nobis poetae tradiderunt, patris ulciscendi causa* (ut Orestes et Alcmaeon) *supplicium de matre sumpsisse, tamen ut eos agitent furiae — quod ne* pii *quidem sine scelere esse potuerunt.* 3. In eos a quibus aliquis beneficia accepit. Sext. 2. pius *dolor* est ut statim dicit, *susceptus ex hominis de me optime meriti periculo.* 4. In propinquos. Plancus Fam X 24. *omnes gratas amicitias, etiam* pias *propinquitates in tua observantia — vincam.* 5. De pace. Balb. 16. *ut* pia (i. e. fidelis) *et aeterna pax sit.* 6 Phil. XIII. 19. Antonius scripserat *nec Lepidi societatem violare* piissimi *hominis.* Insolentem hunc superlativum exagitat Cicero, his verbis: *Tu porro ne* pios *quidem, sed* piissimos *quaeris; et quod verbum omnino nullum in lingua Latina est, id, propter tuam divinam pietatem novum inducis.*

PLACABILIS. 1. Clemens, benignus Verr. II. 38. (Sthenius) *qui Romam venisset — omniaque habuisset aequiora atque* placabiliora *quam animum iudicis et hospitis.* 2. Qui facile placari potest, ad ignoscendum promptu. Att. XIV. 13 *eo te* placabiliorem *praebens*

PLACABILITAS, *Versöhnlichkeit.* Off. I. 25 *nihil magno et praeclaro viro dignius* placabilitate *atque clementia.*

PLACARE. 1. Iratum mitigare, reconciliare. Deiot. 3. *Nemo unquam te* placavit *inimicus qui ullas resedisse in te simultatis reliquias senserit.* Catil. II. 8. quos quidem — *ego — non tam ulcisci studeo, quam sanare et ipsos* placare *reipublicae.* 2. Inprimis de ira divini numinis deprecanda. Leg. II. 9. impius ne audeto placare donis iram deorum. Dom. 55. *quum divinum numen scelere violatum precibus* placare *cogeretur.* Font. 10. *Galli humanis hostiis deos* placant. 3 „Tusc. II. 8. (in versibus e Sophoclis Trachiniis translatis) *Haec dextra Lernam, taetra mactata excetra* placavit;

PLA-

PLACIDE. Tusc. II. 24. *ad ferendum dolorem* placide *et sedate, plurimum proficit toto pectore ut dicitur, cogitare, quam id honestum sit.* Orat. 27. (Demetrii) *oratio sedate* placideque *labitur.*

PLACIDUS. Sen. 5. *Est etiam quiete et pure et eleganter actae aetatis* placida *ac lenis senectus.* Tusc. IV. 5. Pythagoras et Plato in parte animi *particeps rationis ponunt tranquillitatem, id est,* placidam, *quietamque constantiam.* Caecin. 10. Fidiculanius — *quum ita vehemens acerque venisset, ut — etiam mihi videretur irasci — eum* placidum *mollemque reddidi.* Orat. II. 43. *non semper fortis oratio quaeritur, sed saepè* placida, *summissa, lenis.*

PLAGA (prima longa). 1. Ictus verberum. Flacc. 27. *proverbium, Phrygem* plagis *fieri solere meliorem.* Verr. V. 62. *crepitus* plagarum. 2. Ictus pugilum. Tusc. II. 24. *pugiles etiam quum feriunt adversarium in iactandis cestibus ingemiscunt — quia profundenda voce omne corpus intenditur, venitque* plaga *vehementior.* 3. Vulnus gladiatorum. Tusc. II. 17. *gladiatores quas* plagas *perferunt? quomodo illi qui bene instituti sunt, accipere* plagam *malunt, quam turpiter vitare?* 4. Metaphorice, damnum alicui illatum an impedimentum obiectum. Vatin. 8. *si ad cetera vulnera quibus putasti remp. deleri hanc quoque mortiferam* plagam *inflixisses.* Sext. 19. *si mihi uni pereundum fuisset, ac non accipienda* plaga *mihi sanabilis, illis mortifera, qui eam imposuissent.* Muren. 24. illa plaga *est iniecta petitioni tuae maxima.* 5. De reprehensione gravi in disputando. N. D. I. 25. *Epicurus graviorem* plagam *accipiebat, ut leviorem repelleret;* h. e. ut leviorem reprehensionem effugeret, extulit aliquid, quod magis esset absurdum. Fat 10. *Si mihi libeat assentiri Epicuro, et negare omnem enuntiationem aut veram esse aut falsam; eam* plagam *potius accipiam, quam fato omnia fieri comprobem.* 6. De orationis vi et impressione. Orat. 68. *oratio nec* plagam *gravem facit, nisi petitio fuit apta* 7. Quaevis impulsio. Fat. 20 *atomi vim motus habebunt a Democrito impulsionis, quam* plagam *ille appellat.*

PLAGA (prima brevi) regio. Div. II. 13. *caeli scrutantur* plagas

PLAGAE (prima brevi) retia s. laquei; metaphorico sensu, de periculis aut insidiis. Verr. V. 53. *si ex*

PLANTA. 1. Sen. 15. *malleoli*, plantae, sarmenta. 2. Pars infima pedis. Arat. fr. *Orionis* sub *laeva* planta.

PLANUS. 1. *Eben.* N. D. II, 18. *duae formae praestantes sunt, ex solidis globus, ex* planis *circulus* aut orbis. Acad. I, fr. *quid tam* planum *videtur quam mare? Ex quo etiam aequor illud poetae vocant.* Rull. II, 35. *Capua* planissimo *in loco explicata.* 2 Apertus, perspicuus. Top. 26. *narrationes* planae Rosc. Am. 29. *id abiicere quod* planum *facere non possis.*

PLANUS, impostor. Cluent. 26. Hanc vocem viri docti restituerunt etiam Capitolino in Anton. Phil. c. 13. Est etiam bis ap. Plin. H. N. XXXV. 10. *Ern.*

PLATALEA. N. D. II. 49. avis, apud Plin. Hist. nat. X. 40. platea.

PLATANUS. Orat. I. 7. platanus — *patulis diffusa ramis.* Div. II. sub platano *umbrifera.*

PLAUDERE. 1. Sensu proprio. Att. XVI. 2. *populus Romanus manus suas non in defendenda libertate, sed in* plaudendo *consumit* Att. II. 19. *Curioni filio ita* plausum *est* (in theatro) *ut salva republica Pompeio* plaudi *solebat.* Att. XIII. 44. *Populum praeclarum, quod propter malum vicinum ne Victoriae quidem* plauditur. Manutius: „quum in pompa ludorum Circensium signum Victoriae, quae apud Romanos ut dea colebatur, per ora populi veheretur, populus contra consuetudinem plausum non dedit, ne Caesari dare videretur, cuius signum prope Victoriae signum gestabatur. Sed Cicero circuitione utens Victoriae malum vicinum Caesarem appellat." 2. Assentiri, approbare. Q. Fr. II, 4. *diis hominibusque* plaudentibus (*mit allgemeinem Beyfall*).

PLAUSIBILIS, plurimis placens et gratus. Caecil. 3. *Censorium nomen iam populare atque* plausibile *factum est.* Tusc. III. 21. Epicurei admonentur qui omnia ad corpus referre sapientem docent, *quoniam haec* plausibilia *non sunt, ut in sinu gaudeant, gloriose loqui desinant.* Paullo ante dixerat ab iis sententiam defendi, *pro qua non in senatu, non in concione, non apud exercitum neque apud censores dicere audeant.*

PLAUSTRUM. Div. I. 27. narratur Arcadem *quendam interfectum a caupone in* plaustrum *esse coniectum et supra stercus iniectum.*

PLAUSUS. 1. Complosio. Div. II. 26. *galli plausu premunt alas.* 2 Inprimis complosio manuum honoris et approbationis causa. Sen. 18. *quum Athenis ludis quidem in theatrum grandis natu venisset, in magno consessu locum ei a suis civibus nusquam datum, quum autem ad Lacedaemonios accessisset, qui legati quum essent, in loco certo consederant consurrexisse omnes et senem illum sessum recepisse. Quibus quum a cuncto consessu* plausus *esset multiplex datus, dixisse ex iis quendam, Athenienses scire, quae recta essent, sed facere nolle.* Att. IV. 1. plausu *maximo mihi gratulatio significata.* Div. I. 28. *SCtum frequentissimo theatro incredibili clamore et* plausu *comprobatum* 3. Dicitur etiam generatim pro approbatione et laude. Cluent. 47. *ex tota ista subscriptione rumorem quendam et* plausum *popularem esse quaesitum.* Tusc. II. 26. *hoc tibi propone amplitudinem animi — unam esse omnium rem pulcerrimam, eoque pulcriorem, si vacet populo, neque* plausum *captans se tantum ipsa delectet.*

PLEBEIUS. 1. Homo de plebe. Fr. inc. de *plebeia* faece sellulariorum. 2. De vestitu aut sermone vulgari. Sext. 8. *Vestitus asper, purpura illa* plebeia *ac paene fusca.* Fam. IX. 21. *Quid tibi ego in epistolis videor? nonne* plebeio *sermone agere tecum?* Hoc illustrant verba quae paullo post sequuntur: *Epistolas* quotidianis *verbis texere solemus.* 3. Plebeius opponitur patricio. Ibid. *Quid tibi venit in mentem negare Papirium quemquam umquam nisi* plebeium *fuisse?*

PLEBES, i q. plebs. Leg. III. 3. tribuni plebei.

PLEBICOLA, popularis Sext. 52 *qui, ut credo non libidinis causa, sed ut* plebicola *videretur, libertinam duxit uxorem.* Rull. II. 31. genus hominum optime moratum, optimorum et aratorum et militum ab hoc plebicola (h. e. qui videri vult plebi favere) funditus eiicitur.

PLEBISCITUM, quod populus iussit, sine auctoritate patrum. Fin. II. 17. *P Scaevola trib. pleb. tulit ad plebem vellentne de ea re quaeri, quo* plebis *scito decreta a Senatu est consuli quaestio Cn. Caepioni.* Orat. II. 48 *tum illa egi — neque* plebiscitis *toties consularem potestatem minui, neque provocationem — populo Rom dari sine nobilium dissensione potuisse.*

PLEBS. 1. Ordo populi Romani olim patriciis et senatui, postea etiam equitibus oppositus. Brut. 14.

2. Interdum dicitur de infima parte plebis. Sic Att. VII 3. *omnem illam* urbanam *ac perditam* plebem. *Urbana* dicitur, quoniam in tribubus urbanis censebantur libertini et reliqua faex populi. 3. Quum de aliis gentibus agitur, plebs opponitur optimatibus Tusc. I. 45. *in Hyrcania* plebs *publicos alit canes, optimates domesticos — pro sua quisque facultate parat, a quibus* (post mortem) *lanietur, eamque optimam illi esse censent sepulturam.*

PLECTERE, punire. Lael. 22. *quum multis in rebus negligentia* plectimur, *tum maxime in amicis deligendis.* Off. I. 21. *cavendum est — ne maior poena quam culpa sit, et ne iisdem de causis alii* plectantur, *alii ne appellentur quidem.* Leg. III. 20. *ut in suo vitio quisque* plectatur.

PLECTRUM, instrumentum citharoedorum, quo chordas percutiunt. N. D. II. 59. plectri *similem linguam nostri dixere, chordarum dentes.*

PLENE, *vollständig* Div. II. 1 *quae* (quaestio de natura deorum) *ut* plene *esset cumulateque perfecta, de divinatione ingressi sumus his libris scribere.* Att. III. 21. *te oro, ut, si quid erit quod perspicias quamcunque in partem, quam* plenissime *ad me perscribas.*

PLENUS. 1. *Dives.* Fam. VI. 9. *serius potius ad nos, dum* plenior. 2. *Abundans etiam in malam partem.* Prov. Cons. 8. *quis* plenior *inimicorum fuit Mario?* 3. Magnus, copiosus. Rosc. Am. 2. *in alienam pecuniam tam* plenam *atque praeclaram invaseris.* Ceterum male huc traxit Graevius *plenum convivium* e Suetonio. Vid Burmann. ad Suet. Caes. 49. 4 *Plenum* dicitur corpus carnosum et succulentum, opponiturque macilento Vid. Salmas. ad Solin. p. 203. unde transfertur ad orationem. et opponitur ieiuno, exsangui, tenui. Off. I. 6. *orationem Latinam efficies* pleniorem. Orat. III. 14. *de horridis rebus nitida, de ieiunis* plena, *de pervulgatis nova quaedam est oratio tua.* Ibid 52. *si habitum orationis, et quasi colorem aliquem requiritis, est et* plena *quaedam, sed tamen teres.* 5. In voce *plenum* est laus si adiecta est suavitas. Orat. I. 29. *neminem voce* pleniorem *aut suaviorem mihi videor audisse.* Sed etiam in vitio, quum abest *suavitas* et significat *vastum.* Orat. III. 12. *cuius tu illa lcta nonnumquam imitaris ut E* plenissimum *dicas.* 6. De verbis opponitur contractioni aut alii diminutioni. Orat.

PLUS. Att. VIII. 24. *cave putes hoc tempore* plus *me quemquam cruciari.* Ibid. VI. 2. *Pompeium* plus plusque *in dies diligo.* Att. X. 8. *Ego te* nimio plus *diligo.* N. D. I. 5. *opiniones* (de natura deorum) *quum tam variae sint tamque dissidentes, alterum fieri profecto potest, ut earum nulla, alterum certe non potest ut* plus una *vera sit.* Ac pr. II. 25. *in columba plures videri colores nec esse* plus *uno.* N. D. I. 35. *molestum est uno digito* plus *habere* (*einen Finger zu viel zu haben*). Sext. 39. *tribunum pleb.* plus *viginti vulneribus iacentem moribundumque vidistis.* Att. VI. 6. *non* plus annum *obtinere provinciam.* Ibid. V. 1. *ut hoc nostrum desiderium ne* plus *sit annuum.* Tusc. II. 16. *ferre* plus *dimidiati mensis cibaria.* Inv. I. 47. *vultis pecuniae* plus *habere.* Leg. I. 2. *alius alio* plus *habet virium.* Orat. I. 24. *ista, quae putas ad dicendum* plus *quam ipsam artem posse prodesse.* Top. 22. *si quaeratur eloquentiane* pluris *sit, an iuris civilis scientia.* Off. I. 45 *ita fit ut agere considerate* pluris *sit, quam cogitare prudenter.* Att. XII. 27. *mihi conscientia* pluris, *quam hominum sermo.* N. D. III. 10 *Sit sane arrogantis,* pluris *se putare quam mundum.* Off. III. 4. *non modo* pluris *putare, quod utile videatur, quam quod honestum, sed haec etiam inter se comparare et in his addubitare turpissimum est.*

PLUSCULUM. Orat. II. 24. *causae in quibus* plusculum *negotii est.* Fam. V. 12. *amori nostro* plusculum *etiam, quam concedit veritas, largiare.*

PLUVIA. Att. XVI. 16 *equidem etiam* pluvias *metuo, si prognostica nostra vera sunt.*

PLUVIUS. Top. 9. aqua pluvia *ultimo genere ea est, quae de caelo veniens crescit imbri. Sed propiore loco, in quo quasi ius arcendi continetur,* aqua pluvia *nocens.* Mur. 9. in comparatione iocosa imperatoris cum ICto: *ille tenet et scit, ut hostium copiae, tu ut* aquae pluviae *arceantur.*

POCULENTUS. N. D. II. 56. *in ea parte oris qua esculentis et* poculentis *iter natura patefecit.* Sic edd. vell. idque defendit Davisius. Attamen alii *potulentis.*

POCULUM. Sen. 14. *pocula minuta atque rorantia.* Phil. II. 25. *si inter cenam in ipsis tuis immanibus illis* poculis, *hoc tibi* accidisset (ut vomeres,) *quis non turpe duceret?* Cluent. 11. *exhausto illo po-*

pulo mortis, i. e. mortifero, s. venenato. Recte vero illo loco complures critici voc. *mortis* delendum censuerunt.

PODAGRA. Tusc. II. 19 *multos possum bonos viros nominare, qui complures annos doloribus* podagrae *crucientur maximis.* Fin. V. 31. *Arcesilas — quum arderet* podagrae *doloribus visitassetque hominem Corniades, et tristis exiret, Mane quaeso, inquit, Corniade noster, nihil illinc huc pervenit. Ostendit pedes et pectus.* Nempe significabat pedum dolorem nihil ad pectus pertinere, scil. ut dolorem summum malum iudicet, nec eum fortiter ferat.

POEMA. 1. Pis 29 de Philodemo, Epicureo Pisonis magistro: Poema *facit ita festivum, ita concinnum, ita elegans nihil ut fieri possit argutius.* Div. I. 51. poema *tenerum atque molle.* Ibid. II. 54 de versibus quibusdam Sibyllinis: *non esse illud carmen furentis quum ipsum* poema *declarat, est enim magis artis et diligentiae, quam incitationis et motus* (*es ist mehr ein Werk der Kunst. als der Begeisterung*). Q. Fr. III. 5. *opus est ad* poema *quadam animi alacritate.* Ac. post. I. 3 *ipse varium et elegans omni fere numero* poema *fecisti.* Orat. 20. *Video visum esse nonnullis* Platonis *et Democriti locutionem, etsi absit a versu, tamen quod incitatius feratur et clarissimis verborum luminibus utatur potius* poema *putandum, quam comicorum poetarum.* Charsius lib. I. p. 114 „Cicero, ait, pro Gallio *poematorum,* et in Oratore *poematis* (pro poematibus) dixit. 2. Tusc. II. 11. poemata *lecta,* de locis ex aliquo poëmate exceptis.

POENA. 1. Att. XI. 8 *stultitiae nostrae gravissimas* poenas *pendimus reip.* Sext. 67. *omnes fere reip.* poenas *aut praesenti morte, aut turpi exsilio* dependerunt. Tusc. II. 10. *dictus Prometheus* poenas *Iovi fato expendisse supremo.* Manil. 73. (Mithridates) *adhuc* poenam *nullam suo dignam scelere suscepit.* Prov. Cons. 6. *quam* poenam *si tum aliorum opibus non suis — evolarunt, ai aliam multo maiorem graviorem que subierunt.* Mil. 31. *vobis illae vestro in conspectu serae sed iustae tamen et debitae* poenae *solutae sunt.* Fam. VI. 7. *quum praesertim adhuc stili* poenas *dem.* Phil. XI. 12. *ut is —* poenas *diis hominibusque meritas debitasque persolvat.* Planc. 19 *noli observantiam sancire* poena. Balb. 18. *potuit* (populus Gaditanus) *certius interponere*

iudicium voluntatis suae, quam quum etiam accusatorem huius multa *et* poena *multavit.* 2. „Cluent. 43. poena *vitae* dicitur ut poena capitis et fortunarum omnium. 3. Rosc. Am. 24. poenae *parentum.* Verr. I. 5. poenae *civium.* Phil. XIII. 20 *patriae* poena. Att. IX. 24. poenas *alicuius persequi.* In his omnibus significat ultionem iniuriae alicui factae. 4. Att. XIV. 12. *odii* poena *et doloris.* 5 Verr. II. 27 *iudicium de* poenis *compromissisque.* 6. *Poena* dicitur etiam *Furia ultrix.* Pis 37. o Poena! o Furia sociorum! Dom. 9. cf. Drakenborch ad Sil. II. 551." *Ern*

POENIRE, antique pro *punire.* Tusc. I. 44. Sic habent etiam Codd. quidam. Milon. 31. item Balb. 7. Sic antiqui dicebant *Poenicus, moenera, moeri,* pro *Punicus, munera, muri.* Vid. Drakenb. l. l. l. 602. et Heins. ad Virgil. Aen XI. 382. Tusc. I. 44. *poeniantur,* pro *puniant.* *Ern*

POENITET. 1. Sensu proprio, de dolore ex facto aliquo. Fam. VI. 16. *huius me constantiae puto fore ut numquam* poeniteat. Acad. fr. *Si liceret ut iis, qui in itinere deerravissent, sic vitam deviam secutis, corrigere errorem* poenitendo, *facilior esset emendatio temeritatis* Inv. II. 13. *utrum id facinus fuerit, quod* poenitere *fuerit necesse.* Tusc. V. 28 *nihil quod* poenitere *possit facere.* 2. Inprimis *poenitere nos alicuius rei* dicitur, qua contenti non sumus, in qua nobis non satisfacimus, *non poenitere* autem quae nobis haud displicet. Tusc. V. 18 *sapientiam nunquam sui* poenitet. Fam. VI. 1. *fortunae suae maxime quemque* poenitet. Orat. III. 9. poenitet me mei (*ich bin mit mir unzufrieden*). Orat. 37. *quae qualiacumque in me sunt, me enim ipsum* poenitet *quanta sint* Off. I. 1. *tamdiu velle debebis, quoad te, quantum* proficias *non poenitebit (so lange du mit deinen Fortschritten nicht unzufrieden bist).* Phil. III. 7. *Viderint Philippus — Marcellus — quos certo scio dignitatis uxorum suarum* non poenitere.

POESIS. Orat. III. 25. *possumus iudicare* (orationem) *concinnam, distinctam — sine varietate quamvis claris sit coloribus picta vel poesis vel oratio, non posse in delectatione esse diuturna.* Tusc V. 39. *traditum est Homerum caecum fuisse. At eius picturam non* poesim *videmus.*

publicarum nomine vocabantur, e. c. Ionici, Italici. Fam. VIII. 1. *tui* politici *libri omnibus vigent.* Scil. Ciceronis de republica libri.

POLITULUS. Fam. VII. 33. *opus est hic limatulo et* politulo *iudicio tuo*

POLITUS. 1. Proprie de corporibus quae laevigantur. Q. Fr. III. 1. columnae politae. 2. Metaphorice, de hominibus. 3. Fam. XIII. 1. *vir omni liberali doctrina* politissimus. Fin. I. 7 Epicurus *non satis* politus *iis artibus, quas qui tenent eruditi appellantur.* Acad. pr. II. 47. *Nihil acutius nihil* politius *Aristotele.* Att. II. 21. *ego hunc* (Pompeium) *omnibus a me* pictum et politum *artis coloribus subito deformatum non sine magno dolore vidi.* Fam. VII. 1. *quae potest esse homini* polito *delectatio quum homo imbecillus a valentissima bestia laniatur.* Pis. 25. ut es homo facetus ad *persuadendum concinnus, perfectus* politus *e schola*, ironice dictum in Pisonem. 3. De oratione. Brut. 95. *Oratio accurata et polita.*

POLLERE. Brut. 69. *Q. Arrius exemplo debet esse, quantum in hac urbe* polleat *multorum obedire tempori, multorumque vel honori vel periculo servire.* Off. II. 9. *harum duarum* (virtutum, prudentiae scil. et iustitiae) *ad fidem faciendam iustitia plus* pollet. Brut. 51 Hortensius *quum partiretur tecum causas perorandi locum ubi plurimum* pollet *oratio semper tibi relinquebat.*

POLLEX. Off. III. 11. *durius Athenienses, qui sciverunt, ut Aeginetis, qui classe valebant,* pollices *praeciderentur*, cf. Valer. IX. 2. extern. 8. — Att. XIII. 46. Pollex *quidem mihi Lanuvii praesto fuit; sed plane* pollex *non index.* Lepidus iocus ex ambiguitate nominis, quo significat sibi illum nihil *indicare* potuisse eorum, quae ex eo se cogniturum speraverat.

POLLICERI. Planc. 42. *nihil tibi ego tum de meis opibus* pollicebar, *sed horum erga me benivolentiam promittebam.* Fam. VII. 5. *neque minus ei prolixe de tua voluntate* promisi, *quam eram solitus de meis* polliceri. Leg. II. 5. *intelligi par est, eos qui perniciosa iniusta populis iussa descripserint, quum contra fecerint, quam* polliciti *professique sint, quidvis potius tulisse quam leges.* Phil. VIII. 2. *pecunias in remp.* polliceri.

POLLICITATIO. Fam. X. 32. *legiones non destitit literis atque infinitis* pollicitationibus *incitare*.

POLLUERE. Rosc Am. 23. *nemo* putabat *quemquam esse, qui quum omnia divina atque humana iura scelere nefario* (parricidio) polluisset, *somnum statim capere potuisset* Phil. XI. 12. *qui omnia deorum hominumque iura inexpiabili scelere* polluit. Verr. V. 72. *sacra* polluta *et violata*

POLUS. N. D. II. 41. *extremus duplici de cardine vertex dicitur esse* polus.

POLYPUS, piscis. Fam. IX. 16.

POMARIUM. Sen. 15. *nec vero segetibus solum — res rusticae laetae sunt, sed etiam hortis et* pomariis.

POMERIDIANUS. „Orat. 47. pomeridianas *quadrigas, quam* postmeridianas *libentius dixerim*. Apud veteres saepe fit mentio *matutinorum* et *meridianorum*, qui sunt gladiatores dicti a tempore, quo edebantur. Illi dicuntur etiam *bestiarii* ap. Sueton. Claud. 34. ad quem locum vid. Torrent. et Lips Saturn. II. 15. qui de utroque genere erudite agunt. Dabantur autem *meridiani*, ut quemadmodum Seneca ep. 7. ait, oculi a crudeli spectaculo *matutinorum* reficerentur; atque eandem ob causam post gladiatores tempore pomeridiano dabantur interdum Circenses ludi, quorum sunt quadrigae. Itaque Augustinus Confess. l. VIII. Circenses diserte appellat *spectaculum pomeridianum*. Hinc Ciceronis quadrigas pomeridianas intelige." *Ern.* Orat. III. 30 *non est paucorum libellorum hoc munus neque — huius ambulationis antemeridianae, aut nostrae* pomeridianae *sessionis*. Att. XII. 53. *hodie tuas literas exspectabamus matutinas, erunt fortasse alterae* pomeridianae.

POMOERIUM. N D II 4. Ti. Gracchus quum comitia consularia habuisset quibus P. Scipio et C. Figulus consules crearentur, haruspicesque dixissent, non fuisse iustum comitiorum rogatorem, Gracchus incensus ira: *Itane vero*, inquit, *ego non iustus, qui et consul rogavi, et augur, et auspicato? Post autem ex provincia literas ad collegium misit, se quum legeret libros recordatum esse vitio sibi tabernaculum captum esse — quod quum* pomoerium *postea intrasset, habendi senatus causa in redeundo quum idem* pomoerium *transiret, auspicari esset oblitus; itaque vitio creatos*

consules esse. De pomoerio Livius I. 44. Pomoerium, *verbi vim solam intuentes* postmoerium *interpretantur esse. Est autem magnus circa murum locus, quem in condendis urbibus, quondam Etrusci, qua murum ducturi erant, certis circa terminis inaugurato consecrabant; ut neque interiore parte aedificia moenibus continuarentur, quae nunc vulgo etiam coniungunt, et extrinsecus puri aliquid ab humano cultu pateret soli. Hoc spatium, quod neque habitari neque arari fas erat, non magis quod post murum esset, quam quod murus post id,* pomoerium *Romani appellarunt. Et in urbis incremento semper, quantum moenia processura erant tantum termini hi consecrati proferebantur*, cf. Gellium N. A. XIII. 14. et Tacitum Annal. XII 24.

POMPA. 1. Sensu proprio, solennis incessus, *eine Procession, ein feyerlicher Aufzug.* Off. I. 36. *ne tarditatibus utamur in ingressu mollioribus, ut* pomparum *ferculis similes esse videamur.* Tusc. V. 32. *Socrates in* pompa, *quum magna vis auri argentique ferretur, quam multa non desidero, inquit.* Att XIII. 28. *quid tu hunc de* pompa, *Quirini contubernalem, his nostris moderatis epistolis laetaturum putas?* Caesarem notat, cuius simulacrum in pompa Circensi inter deorum simulacra gestatum erat, eiusque statua in Quirini templo posita, et quidem si Dioni credimus lib. 43. cum inscriptione DEO INVICTO. 2. De comitatu ad honorem et magnificentiam spectante Fam. II 6. *molesta* pompa *lictorum meorum* Mil. 13. *Cadaver P Clodii spoliatum imaginibus, exsequiis,* pompa, *laudatione.* 3. De splendore negotii. Pet cons. 10 *postremo tota* petitio *cura ut* pompae *plena sit. ut illustris, ut splendida, ut habeat summam speciem ac dignitatem.* 4 De eloquentia epidictica, s ad ostentationem composita, non in veris causis forensibus versante. Orat. 13 *dulce orationis genus — est in illo epidictico genere,* pompae *quam pugnae aptius* Ibid. Verum *haec ludorum atque* pompae, *nos autem iam in aciem dimicationemque* (i. e. ad eloquentiam forensem) *veniamus.* Orat. II 23. eorum (oratorum qui ex Isocratis schola exierunt) *partim in* pompa, (i. e in genere epidictico) *partim in acie* (i. e in eloquentia forensi) *illustres esse voluerunt.* Orat. II. 72 *adhibere quandam in dicendo* (*fortasse* leg. cedendo) *speciem atque* pompam *et pugnae similem fugam.*

nante verborum omnium pondera *reprehendit Aeschines quaedam.*

PONE, i. e. post, sed loco tantum non et tempori apponitur. Serv. ad Virgil. II. 725. Univ. 10 pone *quos aut ante labantur.* Ibid. c. 15. *et* ante *et* pone, *ad laevam et ad dextram.*

PONERE. 1. De loco, aliquid in eo collocare. Flacc. 9. Ne corrumpi tabulae facile possent, idcirco lex *obsignatus in publico* poni *voluit.* Off. I. 35. *corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem, quae formam nostram reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam* posuit *in promptu* 2. De tempore, transigere, consumere. Orat. II. 5 *Cotta dicebat, omne illud tempus meridianum Crassum in acerrima atque attentissima cogitatione* posuisse. Att. VI. 2. *Nonis Maii in Ciliciam cogitabam? ibi quum Iunium mensem* consumpsissem *Quintilem in reditu* ponere. Fam. V. 21. *diem tecum libentius* posuerim, *quam omne tempus cum plerisque eorum, quibus cum viro necessario.* Att. XI. 22. *ille* (Caesar) *huc veniet — tarde quidem. Itinera enim ita facit ut multos dies in oppidum* ponat, *scil.* ut recte I. F. Gronovius explicat, conventibus agendis et audiendis legationibus. 3. De cura aut studio, quod certis rebus aut negotiis tribuitur. Q. Fr. I. 1, 33. *animum, curam, cogitationemque tuam* pone *in omnium laude undique colligenda.* Muren. 22. *accedit eodem ut etiam ipse candidatus totum animum, atque omnem curam, operam diligentiamque suam in petitione* non possit ponere. Tusc. I. 19. *totos nos in contemplandis rebus perspiciendisque* ponemus. 4. Poni dicitur pecunia, quum fenori datur. Verr. III. 70. *quum* posita *esset pecunia apud eas societates, unde erat attributa, binis centesimis feneratus est.* 5. Inde transfertur ad officia et beneficia quae bene collocantur. Fam. XIII. 54. *peto, quum apud gratos homines beneficium* ponis, *ut eo libentius his commodes.* Ibid. 56. *apud gratissimum hominem atque optimum virum, quam bene* positurus *sis studium tuum atque officium dubitare te non existimo.* 6. Ponere in aliquo, est in numerum referre, Fin. III. 8. ponere *mortem in malis.* Fam. IV. 9. ponere *aliquid in minimis.* Fam XV. 4. *a me autem haec sunt* (in te) *profecta, quae ego in beneficii loco non* pono, *sed in veri testimonii atque iudicii.* Catil. II. 9. *quos ego utrosque in eodem genere praedato-*

rum direptorumque pono. 7. *Multum* in aliqua re *ponere*, est magni aestimare s. multum ei tribuere. Ac. pr. II. 29. *quoniam tantum in ea arte (dialectica)* ponitis, *videte ne contra vos tota nata sit* Att. II. 25. *credibile non est quantum in prudentia tua et fide* ponam. Orat. II. 20. *tantum ego in excellente oratore, et eodem viro bono,* pono *esse ornamenti universae civitati* Fam. X. 25. *maiorem fructum ponere in perpetuitate laudis quam in celeritate praeturae.* 8. Existimare. Cluent. 21. *ut quaecunque dicendi potestas esset data in honore atque beneficio ponerent*, i. e. in ea sibi honorem haberi et beneficium dari existimarent. 9. *Apponere, subornare.* Fam. VIII. 12. ponere *alicui accusatorem.* Sull. 28. *iudicem* ponere. 10. In disputationibus *ponere quaestionem* dicitur, qui iubet de aliqua re dicere. Orat. I. 22. *quid mihi nunc vos — quaestiunculam de qua meo arbitratu loquar* ponitis. Orat. II. 1. *intelleximus — (Crassum) doctoribus nostris ea* ponere *in percontando, eaque ipsum in omni sermone tractare, ut nihil esse ei novum, nihil inauditum videretur.* Tusc. I. 4. ponere *iubebam de quo quis audire vellet, ad id aut sedens aut ambulans disputabam.* 11. De eo quod in oratione affertur et pronuntiatur. Leg. II. 3. Recte igitur Magnus ille noster (Pompeius) posuit (i. e. dixit) *in iudicio — remp. nostram iustissimas huic municipio gratias agere posse.* Fin. V. 27. *Animadverti te isto modo paullo ante* ponere, *et scio ab Antiocho nostro dici sic solere.* Verr. II. 58. *Erat eiusmodi causa ut ille ne sine adversario quidem — reperire posset quid* diceret. Itaque *tantum verbo* posuit — *Sthenium literas publicas corrupisse* 12. Item de eo, quod in literis in tabulis publicis perscribitur. Fam. IX. 15. *et quidem quum in mentem* (Caesari) *venit*, ponor *ad scribendum;* i. e. ut I. F. Gronovius explicat: ubi lubuit, praescribitur *SCto meum nomen, quasi* scribendo affuerim, etiamsi haudquaquam praesto fuerim. Manutius coniiciebat ita legendum esse: *ponor* ADF. SCRIB., h. e. ponor adfuisse scribendo scil. SCto. 13. *Ponere* est etiam aliquid tamquam concessum sumere; *voraussetzen.* Div. I. 52. hoc posito *atque concesso.* Caecin. 11. *est haec res* posita, *quae ab adversario non negatur.* Fat. 6. *certum in Fabio* ponitur *ortum esse eum Canicula Oriente.* 14. *Pedem ponere* tum proprie tum metaphorice dicitur. Att. I. 13. pedem *ubi* ponat *in suo non habet.*

Phil.

Phil. III. 11. *hodierno die primum longo intervallo in possessionem libertatis* pedem ponimus. Fin. IV. 25. *sapientia ubi* pedem poneret *non habebat, sublatis officiis omnibus.* 15. Ponere pro depone e. Tusc. V. 20. *tunicam* ponere. Orat. III. 12. ponere *vitia.* Tusc. III. 28. *quid est quod plus faciat ad* ponendum *dolorem, quam quum est intellectum nihil profici et frustra esse susceptum.* Fam. VIII. 6. *candide* ponere *inimicitias.*

PONS. 1. Sensu proprio. Verr. IV. 52. *pars oppidi* (Syracusarum) *quae appellatur Insula, mari disiuncta angusto* ponte *rursum adiungitur et continetur.* Fam. X. 35. *omnes copias Isaram traieci,* pontesque, *quos feceram interrupi.* 2. Inprimis pontes dicuntur, per quos in comitiis transibant ii, qui suffragia ferebant. In iis nimirum positae erant cistae, in quas tabellae signis A (antiquo) vel U. R (uti rogas) notatae, coniiciebantur Her. I. 13. Caepio — pontes *disturbat, cistas deiicit, impedimento est quo secius feratur lex* (L. Saturnini). Leg. III. 17. *lex de suffragiis hanc sententiam continet, ut omnes leges tolleret, quae postea latae sunt, quae tegunt omni ratione suffragium, ne quis inspiciat tabellam, ne roget, ne appellet.* Pontes *etiam lex Maria fecit angustos.* Rosc. Am. 35. *Habeo etiam dicere, quem contra morem maiorum, minorem annis LX de* ponte *in Tiberim deiecerit.* Ad h. l. optime sic Heusingerus: „Mos Romanorum erat, maiores sexaginta annis in comitiis a suffragiis ferendis excludere, quod de *ponte deiicere* dicebant. Nam e pontibus ligneis suffragiorum tabellae in cistas deferebantur a quibus prohibebantur, qui ius suffragii non habebant. Cicero vero magis propria significatione Capitonem aliquem de ponte deiecisse ait, id est de ponte Tiberino in flumen praecipitasse ac submersisse.“ *Illud contra morem maiorum* Heusingerus interpretatur, nefarie, contra fas et iura. Cicero autem respicit morem, quo sexagenarii de ponte in comitiis deiiciebantur; ideoque dicit, *minorem annis LX* quum deiecerit, id fecisse contra morem maiorum. Att. I 13. operae *Clodianae* pontes *occuparant; tabellae ministrabantur, ita ut nulla daretur* UTI ROGAS, scil. quia Clodiani volebant rogationem de pollutis a Clodii sacris antiquari, tabellas tantum dabant, in quibus esset *A* inscriptum, h. e. ANTIQUO.

PONTICULUS. Q. Fr. III. 1. ponticulus *qui est ad Furinae*, (vel ut Ursinus malebat *Forinae*) scil. templum. Tusc. V. 20. (Dionysius) *fossae transitum* ponticulo *ligneo coniunxit.*

PONTIFEX. „Pontifices sunt communes sacerdotes omnium deorum. Vid. Leg. II. 8. *divisque aliis sacerdotes, omnibus* Pontifices, *singulos flamines sunto.* Inter pontifices autem princeps fuit *Pontifex Maximus.* Reliqui distinguuntur in *maiores*, et *minores. Maiores* patricios, *minores*, quorum mentio Harusp. resp. 6. fit, plebeios statuit Guther. Iur. Pontif. I. 17. 22. Livius contra XXII. 57. scribas Pontificum suis temporibus *Pontifices minores* dictos ait, quem sequi debemus. Sed Gutherii, Panvinii, et Ruperti errores de pontificibus minoribus refellit Norisius ad Cenotaph. Pis. Diss. I. c. 5. ubi totum Ciceronis (Harusp. R. 6.) de Collegio pontificum locum difficilem, planissime explicat. Dukerus autem ad Livium l. c. consentiens Norisio in eo, quod Pontifices minores putat non pertinuisse ad Collegium Pontificum, quod proprie dicitur, credit, olim unum tantum talem scribam fuisse, nixus loco eodem Livii, post auctum numerum. Van Dalen autem plane repudiandus est, qui Diss. ad Marm. ant. p. 198. Pontificem minorem putat Regem sacrorum fuisse, quum et ap. Ciceronem l. c. et Macrob. Saturnal. I. 15. clare distinguantur." *Ern.* Sen. 9 *L. Metellus* Pontifex *maximus viginti et duos annos ei sacerdotio praefuit.* Orat. III. 19. Pontifices *veteres, propter sacrificiorum multitudinem tres viros epulones esse voluerunt, quum essent ipsi a Numa, ut etiam illud ludorum epulare sacrificium facerent instituti.* Orat. II. 12. *ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mucium* potificem maximum *res omnes singulorum annorum mandabat literis* pontifex maximus, *efferebatque in album, et proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi, ii qui etiam nunc annales maximi nominantur.* Orat. I. 43. *plurima est — in* pontificum *libris — antiquitatis effigies.*

PONTIFICALIS. Leg. II. 21. *si vos tantummodo pontifices essetis,* pontificalis *maneret auctoritas, sed quod iidem iuris civilis estis peritissimi hac scientia illa eluditur.* Ibid. 22. *iuris compositio* pontificalis.

PONTIFICATUS. Harusp. 9. *maiores nostri — statas solemnesque caerimonias* pontificatu — *contineri putarunt.*

PONTIFICIUS. Leg. II. 21. *quaero a vobis pontifices — quid sit quod ad* ius pontificium *civile appetatis. Civilis enim iuris scientia* pontificium *quodammodo tollitis.* N. D. I. 30. *nominum* (deorum) *non magnus numerus ne in* pontificiis *quidem nostris*, scil. *libris*, *deorum autem innumerabilis.*

POPA, caupo. Mil. 24.

POPINA. 1. Vulgaris et sordida luxuriae officina. Phil. II. 28. *huius* (Pompeii) *in sedibus* (ab Antonio occupatis) *pro cubiculis stabula, pro tricliniis* popinae *sunt.* Pis. 8. *tu ex tenebricosa* popina *consul extractus.* 2. De odore malo, qualis esse solet in popinis. Pis. 6. *quum isto ore foetido teterrimam nobis* popinam *inhalasses — paulisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore ac fumo.*

POPLES. N. D. I. 35. tuus deus non digito uno redundat, sed — poplitibus, manibus, pedibus, feminibus, cruribus.

POPULARIS. 1. *Qui est ex eodem populo,* δημότης. Leg. I. 23. *non* popularis *alicuius definiti loci, sed civis totius mundi.* Att. X. 1. *Solon* popularis *tuus.* 2. *A populo tributus, ortus.* Dom 18. *honor* popularis. Phil. XI. 7. *imperium* populare *semper ventosum est.* Leg. II. 4. *lex* popularis. 3. *Populo usitatus, ad eius captum accommodatus.* Off. II. 10. popularibus *verbis utendum et usitatis.* Orat. II. 38. popularis *trutina.* 4. *Popularis* porro est idem, qui civilis bono sensu dicitur. Fin. V. 23. *homo habet innatum quiddam civile et* populare, *quod Graeci* πολιτικὸν *vocant.* 5. *Studiosus populi eiusque gratiam captans, etiam cum detrimento rei publ. et contra honestatem;* de quo est locus classicus: Sext. 45. Off. I. 25. *alii* populares, *alii* studiosi *optimi cuiusque* (i. e. optimates). Sed paullo honestius Rull. II. 1. popularem consulem se faturum pollicetur, nempe vere, non *ficte et fallaciter popularem*, ut est Dom. 29. 6. Hinc *ratio popularis.* Fam. I 2. Sext. 53. Pet. cons. 11. de partibus popularium, quas aliquis amplexus est, s. studio gratiae populi captandae. 7. *Populo gratus, probabilis.* Caecil. 3. *nomen censorium iam* populare *et plausibile factum est.* Att. X, 4. *quod putaret* popularem *esse clementiam.*

PORCUS. Sen. 16. *Villa abundat* porco, *haedo agno.* Leg. II. 22. porco femina *piaculum pati*, h. e. expiationis causa porcam immolare debére.

PORRECTIO. N. D. II. 60. *digitorum contractio facilis, facilisque* porrectio. Her. III. 15. *si contentio fiat per distributionem, ceteri* porrectione *brachii — uti oportebit.*

PORRECTUS. Fin. I. 11. *Statua Chrysippi sedentis* porrecta *manu.* 2. Att. V. 18. *ne quid inter caesa et* porrecta, *ut aiunt oneris mihi addatur aut temporis.* Proprie est tempus interiectum inter victimae inactationem, et extorum in aram impositionem, quo tempore fari licet. *Exta porrecta* sunt *exta data deo* ut ait Ovidius Fast. I. 51. *Inter caesa et porrecta* autem, per proverbium, nobis aliquid dicitur accidere, quum accidit dum aliis rebus intenti sumus, aut absumus, neque nobis ab eo possumus cavere. *Ern.*

PORRIGERE. Div. I. 53. *animal membra quocumque vult flectit, contorquet,* porrigit, *contrahit.* Tusc. V. 21. *nec manum* (Damocles) porrigebat *in mensam.* Fin. III. 17. *de bona fama — Chrysippus et Diogenes detracta utilitate, ne digitum quidem eius causa* porrigendum *esse dicebant.* 2 Inprimis de manibus suffragiorum causa sublatis. Flacc 6. *Sic sunt expressa illa praeclara, quae recitantur, psephismata, non sententiis neque auctoritatibus declarata — sed* porrigenda *manu profundendoque clamore multitudinis concitatae.* 3 Metaphorice, pro offerre, concedere. Orat. I. 40. *vagari magna cum caterva toto foro, praesidium clientibus atque opem amicis, et prope cunctis civibus lucem ingenii et consilii sui* porrigentem *atque tendentem.* Mil. 4. *quis est, qui quoquomodo quis interfectus sit, puniendum putet, quum videat aliquando gladium nobis ad occidendum hominem ab ipsis* porrigi *legibus?* Verr. V. 58. *cui civi supplici non illa dextera invicta et fidem* porrexit *et spem salutis ostendit.*

PORRO. 1. Notat consecutionem. Quint. 8. clamabat porro Quintius. 2. i q. vicissim. Sen. 13. *Saepe a maioribus natu audivi qui se* porro (*hinwiederum*) *pueros a senibus audivisse dicerent.* 3 In transitionibus. Div. II. 51. *Sequitur* porro nihil deos ignorare 4. Singularis usus est huius particulae Fin V. 26. *quae mala illi non audent appellare — ea nos mala dicimus, sed exigua et* porro *minima.* Ernestius interpr.

atque adeo minima, cui assentitur Goerenzius putatque brevius dictum, pro *et porro*, i. e. accuratius *si spectet, minima.* In quibusdam tamen edd. legitur *et paene minima.*

PORTA. 1. Sensu proprio. Att. VII. 2. *Bibulus pedem* porta *non plus extulit quam domo sua.* Fin. IV. 9. *si Annibal ad* portas *venisset, murumque iaculo traiecisset.* 2. Metaphorice. N. D. II. 55. *succus is, quo alimur, permanat ad iecur per quasdam a medio intestino usque ad* portas iecoris (*sic enim appellant*) *ductas et directas vias.*

PORTARE. Att. XIV. 5. *rumorem afferunt magnum, Romae domum ad Antonium frumentum omne* portari. Phil. II. 42. *scutorum* lecticas *portari videmus.* Q. Fr. II. 10. *quum hominem* portarem (i. e. portari iuberem) *ad Baias octophoro.* Parad. I. 2. *Laudabo sapientem illum Biantem — cuius quum patriam Prienen cepisset hostis, ceterique ita fugerent, ut multa de suis rebus secum asportarent, quum esset admonitus a quodam ut idem ipse faceret: Ego vero, inquit, facio. Nam omnia mea* porto *mecum.*

PORTENDERE. N. D. II. 66. *quod intelligitur significationibus rerum futurarum, quae tum dormientibus, tum vigilantibus* portenduntur. Div. II. 63. *Chrysippus divinationem definit his verbis: vim cognoscentem, et videntem, et explicantem signa, quae a diis hominibus* portendantur.

PORTENTOSUS. Div. II. 28. *an illa nos terrent, si quando aliqua* portentosa *aut ex pecude, aut ex homine nata dicuntur?*

PORTENTUM. 1. Sensu proprio. Div. I. 42. quia ostendunt, portendunt, monstrant, praedicunt, ostenta, portenta, monstra, prodigia dicuntur, cf. N. D. II. 3. Div. II. 28. *nec si id factum est, quod potuit fieri* portentum *debet videri. Nulla igitur* portenta *sunt. Nam si, quod raro fit, id* portentum *putandum est, sapientem esse* portentum *est. Saepius enim mulam peperisse arbitror, quam sapientem fuisse.* 2. Metaphorice. Tusc. I. 6. *quid negotii est haec poetarum et pictorum* portenta (*Abenteuer*) convincere. Pis. 4. *P. Clodius fatale* portentum (*Ungeheuer*) *prodigiumque reip.*

PORTICULA, parva porticus. Fam. VII. 23. *in* porticula *Tusculani.*

PORTICUS. 1. Ambulatio columnis suspensa circa templa, et in aedibus privatis in atrio, impluvio item ante aedes, qua a pluviis et solis ardore defenderentur. Verr. III. 40. Q. Fr. III. 1. *summam dignitatem pavimenta* porticus *habebant*. 2 A στοὰ illa ποικίλη in qua Athenis Zeno Cittieus docebat, *porticus* nonnunquam pro Stoicorum secta ponitur. Acad. fr. apud Augustin lib. III. contra Academicos. *Clamat Zeno et tota illa* porticus *tumultuatur*.

PORTIO. Verr. V. 21. *numquam in Sicilia frumentum est emptum, quin Mamertinis pro* portione *imperaretur*.

PORTITORES, sunt operae publicanorum, qui portoria redemerant, quae in portu sedebant, merces excutiebant, et portorium exigebant. In quo quum iniquius et acerbius versarentur, omnibus hominibus invisi erant, ut etiam e sacris libris constat. Nam qui ibi memoratur τελῶναι sunt portitores, operae publicanorum, non publicani. Vid. Rull. II. 23. ubi Turnebus male publicanos interpretatur, qui error ei cum multis communis est, et ab Asconio haustus. Vid. Casaub. ad Theophrast. c. 6. Burmann. de Vectigal. p. 140. *Ern*. Off. I. 42. *Quaestus, qui in odia hominum incurrunt, ut* portitorum, *ut feneratorum*. Vat. 3. *quum te non custodem ad continendas, sed* portitorem *ad partiendas mercedes missum putares* Rep. fr. lib. IV. *nolo eundem populum imperatorem et* portitorem *esse terrarum*.

PORTORIUM, vectigal quod in portu pro mercibus solvitur (*Hafenzoll*). Font. 5. portorium *vini*. Verr. II. 75. portorii *vicesima*, h. e. vicesima mercium, quam portorii loco solvebant. Inv. I. 30. portorium *locare*, cf. Att. II. 16. Pis. 36. De *portorio* omnium optime egit Burmannus l. c. c. 5. *Ern*. 2. Att. II. 16. portorium *circumvectionis*.

PORTUOSUS. Fam. VI. 20. *navigatio* portuosa, *h. c.* in qua multi portus patent. Orat. III. 19. *mare* portuosum est portubus frequens. *Ern*.

PORTUS. 1. Sensu proprio. Manil. 12. *An ignoratis* portum *Caietae celeberrimum atque plenissimum navium — a praedonibus esse direptum?* Font. I. 9. *in navigando tempestati obsequi artis est, etiamsi* portum *tenere non queas*. Inv. II. 32. *navis invitis nautis*

vi tempestatis in portum *coniecta*. Sen. 19. *Vitam adolescentibus vis aufert, senibus maturitas; quae mihi quidem tum iucunda est, ut quo propius ad mortem accedam, quasi terram videre videar, aliquandoque in* portum *ex longa navigatione esse venturus*. Planc. 39. *An quum videam navem secundis ventis cursum tenentem suum, si non ea eum petat* portum, *quem ego aliquando probavi, sed alium non minus tutum atque tranquillum, cum tempestate pugnem periculose potius, quam illi, salute praesertim proposita obtemperem et paream?* 2. Metaphorice, pro perfugio. Off. II. 8. *Regum, populorum, nationum* portus *erat et refugium Senatus*. Caecin. 34. *Exilium non supplicium est, sed perfugium* portusque *supplicii*. Id paullo post sic explicat: *quum homines vincula, neces, ignominiasque vitant, quae sunt legibus constitutae, confugiunt, quasi ad aram, in exsilium*.

POSCERE. 1. Postulare. Verr. V. 28. *nemo erat, quin — reliquos non desideraret solum, sed etiam* posceret *et flagitaret*. Ibid. I. 3. *iste inventus est, qui e complexu parentum abreptos filios ad necem duceret, et parentes pretium pro sepultura liberum* posceret. Att. II 1. *oratiunculas et quas postulas et plures etiam mittam. — Iisdem ex libris perspicies, et quae gesserim, et quare dixerim; aut ne* poposcisses (*oder du hattest sie nicht fodern müssen*). *Ego enim tibi me non offerebam*. 2. Provocare. Verr. I. 26. poscere *maioribus populis*. Vid. Asion. ad h. l. 3. Rosc. Am. 5. *quos populus* poscit int. ad supplicium; ductum e ludis gladiatoriis, in quibus populus interdum flagitare gladiatores notos ab editore ludorum solebat. Vid. Sueton. Aug. 44. Haec gladiatorum paria *postulaticia* dicuntur a Seneca ep. 7. et opponuntur *ordinariis*. Verbum *postulare* saepe sic dicitur. — Vid. v. c. Sueton. Calig. 30. *Ern*.

POSITUS. 1. Collocatus. Att. I. 1. *Hermathena tua* posita *ita belle est, ut totum gymnasium illius ἀνάθημα esse videatur*. 2. In aliqua re situs. Q. Fr. I. 1, 25. *hoc non est* positum *in labore aliquo, sed in quadam animi inductione et voluntate*. Att. XV. 18. *omne consilium in fortuna* positum *videtur*. Phil. XIII. 11. *ornamenta in virtute et industria* posita *lucent*. 3. Coniunctus cum aliquo ita ut ab eo pendeat. Flacc 1. *a vobis petimus ut omnia reip. subsidia — omnem memo-*

riam temporum praeteritorum, salutem praesentium, spem reliquorum, in vestra potestate, in vestris sententiis, in hoc uno iudicio positam *esse et defixam putetis.* Quint. 2. *illi quorum vita in alterius manu* posita *est.* 4. *Positum* etiam dicitur, de eo quod in oratione, disputatione, vel libro propositum est. Orat. II. 53 *argumentum simul atque* positum *est arripitur.* Fin. II. 2. *hoc* positum *in Phaedro a Platone probavit Epicurus.*

POSSE. Tusc. II. 19. si est tantus dolor, quantus Philoctetae, bene plane magnus mihi quidem videtur, sed tamen non summus. Nihil enim dolet nisi pes. Possunt oculi (scil. dolere), *potest caput, latera pulmones, possunt omnia. Longe igitur abest a summo dolore.* Ernestius h. l. in Clave opinabatur posse h. l. idem esse ac bene valere. Frustra.

POSSESSIO. 1. Actus et ius possidendi. Quint. 29. *Bonorum* possessio *spectatur non in aliqua parte, sed in universis quae teneri et possideri possunt.* Orat. III. 28. *Rhetores etiam hac in instituendo divisione, sed ita ut non iure aut iudicio, ut denique recuperare amissam* possessionem, *sed ut ex iure civili surculo defringendo usurpare videantur.* Phil. III. 11. *hodierno die in* possessionem *libertatis pedem ponimus.* 2 Ipsum praedium sive urbanum sive rusticum, quod possidetur. Parad. 6. *callide rerum aestimatores prata et areas quasdam magni aestimant, quod ei generi* possessionum *minime quasi noceri potest.* Phil. V 7. *hic pecunias nostras aestimabat,* possessiones *notabat et urbanas et rusticas.* Att. VI. 1. *iter feci per eius* possessionem. 3. Aliae res quae possidentur. Orat. I. 10. *quod — quasi tuo iure sumpsisti, oratorem in omnis sermonis disputione copiosissime posse versari id — non tulissem multisque praeessem, qui — te ex iure manum consertum vocarent, quod in alienas* possessiones *tam temere irruisses.*

POSSESSIUNCULA. Att. XIII 23. *affirmo mihi maiori offensioni esse, quam delectationi* possessiunculas meas.

POSSESSOR Quint. 8 *bonorum* possessor, *expulsor, ereptor.* Phil. V. 7. *tantum quisque habebat* possessor *quantum reliquerat divisor Antonius.* Rull. I. 5 *invidiae aut pestilentiae* possessores, i. e. agrorum invidiam possessoribus afferentium vel pestilentium. Fr. inc. *omnium virtutum* possessores, *pauperes nominabimus?*

POSSIDERE. 1. De bonis alicuius. Quint. 6. Postulat a praetore Naevius, ut ex edicto bona possidere liceat. Rull. I. 4. *agri qui ab Hiempsale* possidentur. 2. De aliis rebus, i. q habere. Rosc. Com. 6. *plus fidei quam artis, plus veritatis quam disciplinae* possidet *in se.* Inv I. 45. *inverecundum animi ingenium* possidere. Rosc. Am. 24 *magnam vim, magnam necessitatem. magnam* possidet *religionem paternus maternusque sanguis.* 3. Occupare vel occupatum tenere. Her I. 11. *navim aegrotus* possidet — *petit ille cuius fuerat.* Verr III. 68 *brevi tempore totum hominem totam eius praeturam* possederat. Rull. I. 2. *iubent eos agros venire quos rex Mithridates in Paphlagonia — —* possederit. Dom. 42. *quum forum armatis catervis perditorum hominum* possideres.

POST. 1. De tempore. Fam. I. 9. *paucis* post *diebus.* Rosc. Am. 44. *aliquot* post *menses is occisus est.* Orat. II. 68. *paucis* post *diebus.* Brut. 60. *anno* post *et deinceps reliquis annis.* Cael. 8. *cur* tanto post *potius quam continuo quaeri maluit?* Fin. III. 6. *non inest in primis naturae conciliationis honesta actio; consequens enim est, et* post *sequitur.* 2. Inde ab aliquo tempore. Catil. IV. 7. *causa est* post *urbem conditam haec inventa sola.* Verr. I. 7. post *hunc statum reip.* (*seit der itzigen Verfassung*). Balb. 10. *pauci* post *genus hominum natum reperti sunt.* 3. De loco. Mil. 10. *Caedere incipiunt eius servos qui* post *erant.*

POSTEA. Inv. II. 51. postea *aliquanto.* Muren. 12. *cedo quid* postea? (*nun was weiter?*) Rosc. Am. 53. *dices, quid* postea? (*was folgt nun daraus weiter?*).

POSTEAQUAM. Fam. IV. 4. posteaquam *mihi renuntiatum est.* Ibid. V. 2. postea *vero* quam *et profectus.*

POSTERI. Q. Fr. I. 1. Posterorum *erit verius iudicium obtrectatione et malivolentia liberatum.* Fin. V. 5 horum (Aristotelis et Theophrasti) posteri *meliores illi quidem — quam reliquarum disciplinarum, sed ita degenerant ut ipsi ex se nati videantur.*

POSTERIOR. 1. Ac pr. II. 14. *ita priori* posterius, posteriori *superius non iungitur.* Phil. XII. 2. posteriores *cogitationes, ut aiunt, sapientiores solent esse.* Phil. XIII. 3. *tu ita vitam corpusque servato, ita fortunas — ut* posteriora *libertate ducas.* 2. Improbior. Pis. 27. *nihil scitote* (esto) *e se luxuriosius — nihil* po-

sterius, *nihil nequius.* Prov. cons. 4. *sic fortuna cum improbitate certavit, ut nemo posset, utrum* posterior, *an infelicior iudicare.*

POSTERITAS. 1. Tempus futurum. Catil. I. 9. *in praesens tempus — in posteritatem.* Arch. 11. *insidet quaedam in optimo quoque virtus, quae — admonet, non cum vitae tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri, sed cum omni* posteritate *adaequandam.* 2. Posteri. Fam. I. 9. *ut omnes gentes etiam, ut* posteritas *omnis intelligat.*

POSTERUS. 1. De tempore. Verr. II. 17. postero *die mane.* Ibid. 56. postero *anno.* Fam. X. 12. *Res dilata est in* posterum. Rull. II. 33. *multum in* posterum *providerunt.* 2. Sensu logico. Fin. III. 9. *in ceteris artibus, quum dicitur artificiose,* posterum *quodammodo* et consequens *putandum est.* Vid. Ind. Gr. Ἐπιγεννηματικός. Ibid. *haec non in* posteris *et in consequentibus, sed in primis continuo peccata sunt.*

POSTHABITUS, *neglectus.* Rull. II. 2. *hoc honore* (consulatus) *ex novis hominibus, primum me, multis* posthabitis (*zurückgesetzt*). Tusc. V. 1. *omnibus rebus* posthabitis.

POSTHAC. Att. VII. 3. *in hoc genere — non accusabimur* posthac, *neque hercule antea negligentes fuimus.* Phil. II. 31. *caput literarum, sibi cum illa nihil* posthac *facturum.*

POSTIS. Att. III. 15. *scripsisti ad me quoddam caput legis Clodium in curiae* poste *fixisse.* Dom. 46. postem *teneri in dedicatione oportere videor audisse templi. Ibi enim* postis *est ubi templi aditus et valvae. Ambulationis* postes *nemo unquam tenuit in dedicando.*

POSTLIMINIUM, ἐπάνοδος, *reversio, reditus.* Top. 8. *quae a nobis aliena sunt, quum ad hostem pervenerint, et ex suo tamquam limine exierint, quum redierint ad idem limen,* postliminio *dicuntur redire.* Sed totus ille locus et ibi Boëthius legendus, cf. Or. I. 40. Balb. 11. postliminio *fieri potest civitatis mutatio.* Ibid. 12. *civi Romano licet esse Gaditanum, sive exsilio, sive* postliminio; h. e. si redierit Gades, ubi ante civis fuerat, quam civis Romanus factus erat, et eius civitatis ius recipit, civitate Romana accepta amissum; ubi vid. Graev. et Salmas. ad ius Att. c 26. quem Graevius laudat. Intt. ad Caii I. I. 6. 2, Menag. Am. I. C. 39. *Ern.*

petunt. Balb. 15. "*Gaditani a senatu de foedere* postulaverunt." *Ern.* Vid. POSTULATUM.

POSTULATIO. 1. Sensu proprio. Att. VII. 6. *est illa quidem impudens* postulatio. 2. Verbum forense est, quum significat petitionem apud Praetorem, ut liceat nomen deferre alicuius. Fam. VIII. 6. *inter* postulationem *et* nominis delationem *uxor a Dolabella discessit.* Ligar. 6. *primus aditus et* postulatio *Tuberonis haec fuit velle se de Q. Ligarii scelere dicere.* Vid. *Postulare.* *Ern.*

POSTULATUM. 1. Est petitio beneficii quam socii et provinciales ad Senatum deferunt. Verr II. 4. *Siculi* postulata *consulibus, quae non* postulata *sed crimina in istum viderentur esse, ediderunt*, cf. *postulare.* 2. *Conditiones pacis.* Fam. XII. 4. *legati ab Antonio ad nos intolerabilia* postulata *retulerunt*, cf. Att. VII. 15. *Ern.*

POTARE. Tusc. V. 41. *fruatur cum aliis voluptate* potandi. Brut. 83. *num qui hoc sentiat, si is* potare *velit, de dolio sibi hauriendum putet?* Fin. II. 20. (Regulum) *quum vigiliis et fame cruciaretur, clamat virtus beatiorem fuisse quam* potantem *in rosa Thorium.* Tusc. V. 5. *Ista me non movent* (argumenta) *non solum quia pervulgata sunt, sed multo magis, quia tamquam levia quaedam vina nihil valent in aqua, sic Stoicorum ista magis gustata, quam* potata *delectant.*

POTATIO. Orat. pr. Gall. fr. *Hesterna* potatione *oscitantes.*

POTENS. 1. Opibus pollens Att. VI. 3. potentissimorum *hominum contumaciam nunquam tuli.* Inv. II. 56. *amplae atque* potentes *civitates.* 2. Gratiosus. Quint. 22. potentissimus Naevius.

POTENTIA. 1. Inv. II. 56. Potentia *est ad sua conservanda et alterius obtinenda idonearum rerum facultas.* 2. „*Potentia* dicitur ut *opes*, de gratia, auctoritate, multitudine amicorum et clientium, eloquentia et omnibus rebus, quibus multum in rep. efficitur; in quam rem est locus Quint. 1. *quae res duae in civitate plurimum* possunt *eloquentia et gratia* etc. Muren. 11. *erant in magna* potentia, *i. e.* gratia, *qui consulebantur.* Caecin. 25. potentia *quiescit.* Sull. 7. *nullam a me* potentiam *Sullam exspectare.* Quint. 2. et Fam. XIII. 29. iunguntur *potentia* et *gratia.* Mil. 5. *potentiam* suam ipse ita interpretatur: *senatum, non quod senti-*

ret, sed quod ego vellem, decernere. Cael. 9. *contra* potentias *hominum*, cf. Off. I. 21. Orat. I. 41. Quint. 9. Sed haec potentia est civilis et honesta. Contra epp. ad Brut. 10. *quandoquidem* potentia *iam in vi posita est et armis.* Fam. VI. 1. *subire* potentia *victoris.* *Ern.*

POTESTAS. 1. *Das Vermögen, etwas zu thun.* Inv. II. 7. *Si defuisse aliis causa faciendi videbitur, aut* potestas *aliis defuisse demonstranda est, aut* facultas; potestas *si aut nescisse, aut non affuisse, aut conficere aliquid non potuisse dicetur;* facultas *si ratio, adiutores, adiumenta, et cetera, quae ad rem pertinebunt defuisse alicui demonstrabuntur.* 2. Copia et facultas alicuius rei, (*Erlaubniſs und Freyheit, etwas zu thun*). Inv. II. 1. pictori quam vellet *eligendi* potestatem *dederunt.* Rull. II. 9. *si vobis ex omni populo* potestas *deligendi esset data.* Quint. 28. *istum potentia sua tum tantummodo superiorem fuisse, nunc nobis vix respirandi* potestatem *dare.* Q. Fr. I. 3. *ita mihi* potestas *detur in patria moriendi.* Rosc. Am. 27. *Sic tecum agam ut in eo loco vel respondendi vel interpellandi tibi* potestatem *faciam, vel etiam, si quid voles, interrogandi.* Att. XIII. 21. *ut fieret tuis describendi* potestas. Phil. XII. 7. *ita fiet* (si legationem ad Antonium suscepero) *ut si quid remissum, aut concessum sit, meo semper periculo peccet Antonius, quum ei peccandi* potestas *a me concessa videatur.* Caecil. 14. *quoties ille tibi* potestatem *optionemque factum sit, ut eligas utrum velis.* 4. Potentia et imperium deorum. N. D. III. 36. *improborum* prosperitates *secundaeque res redarguunt,* (ut Diogenes dicebat) *vim omnem deorum ac* potestatem. 5. In re publica *potestas* est magistratuum, iudicum, omniumque quibus aliqua pars reip. bello ut pace, domi et foris administranda commissa est. Quint. 2. Cicero Aquillium in Quintii causa iudicem sic alloquitur: *Id dum* cogitat (Quintius) *non minus saepe ei venit in mentem* potestatis, *quam aequitatis tuae; propterea, quod omnes, quorum in alterius manu vita posita est, saepius illud cogitant quid possit is, cuius in ditione ac* potestate *sunt, quam quid debeat facere.* Q. Fr. I. 1, 10. *quoniam in istis urbibus cum summo imperio et* potestate *versaris.* Leg. III. 9. *de tribunicia* potestate *taceo, nec enim reprehendere libet nec laudare possum.* Ibid. 10. *Fateor in ista* potestate *inesse quiddam mali. Sed bonum quod est quaesitum in ea sine*

isto malo non haberemus. Nimia potestas *est tribunorum plebis. Sed vis populi multo saevior.* Att. IV. 1. *Legem coss. conscripserunt qua Pompeio per quinquennium* potestas *rei frumentariae toto orbe terrarum daretur.* Rull. II. 15. *illud magis est — pertimescendum, quod* (lege agraria Rulli) *audaciae decemvirali corrumpendarum tabularum publicarum, fingendorumque SCtorum — magna* potestas *permittitur.* Manil. 24. *quidquid hoc beneficio populi Romani* (i. e. praetura) *atque hac* potestate *praetoria possum.* Rosc. Am. 9. quum (Sulla) *et pacis constituendae rationem et belli gerendi* potestatem *solus habeat.* Font. 12. *reus, versatus in honoribus petendis, in* potestatibus, *in imperiis gerendis.* Phil. I. 2. (Antonius) *dictaturam, quae vim iam regiae* potestatis *obsederat, funditus e rep. sustulit.* Harusp. 7. *Pontifices habent* potestatem *iudicum.* Phil. XI. 12. *ut Cassius proconsul — imperandi in Syria Asia — ius* potestatemque *habeat.* 6. Simili modo *potestas* tribuitur populo Romano, itemque regibus. Phil. V. 17. *quod C. Caesar C. F. — pro praetore — equites, sagittarios — in suam* populique Romani potestatem *redegerit.* Leg. III. 2. *id in rep. nostra maxime valuit, quoad ei regalis* potestas *praefuit — Quibus autem regia* potestas *non placuit, non ii nemini, sed non semper uni parere voluerunt.* 7. *Est etiam* potestas patria s. patrum in liberos. Cael. 7. *tabulas qui in patris* potestate *est nullas conficit.* Caecin. 34. *si pater vendidit eum, quem in suam* potestatem *susceperat, ex* potestate *dimittit.* Dom. 29. *credo quamquam in illa adoptione* (Clodii) *legitime factum est nihil, tamen te esse interrogatum auctorne esses, ut in te P. Fonteius vitae necisque* potestatem *haberet, ut in filio.* 8. Homines aut res, quibus accidit ut ab hostibus, praedonibus, piratis capiantur dicuntur in eorum *potestatem* venire. Att. IX. 8. *duo praefecti fabrum — in meam* potestatem *venerunt.* Manil. 12. *Mercatoribus tutum mare non fuisse dicam, quum duodecim secures in praedonum* potestatem *pervenerint?* 9. *In sua potestate* esse dicuntur civitates, quae sunt liberae et sui iuris Agr II. 31. 10. In sua potestate esse dicitur is, qui sana mente est. Phil. VI. 2. *Is in vestra* potestate *sit, qui* in sua *numquam fuerit? Quid enim ille unquam arbitrio suo fecit? semper tractus quo libido rapuit, quo levitas, quo vinolentia.* 11. Inde *exisse et potestate.* Tusc. III. 5. di-

(scil. quae essent naturales quidem, sed non necessariae) *nec ad potiendum difficile esse censet* (Epicurus) *nec vero ad carendum.* Tusc. III. 18. Epicurus *laetantem*, inquit, *mentem ita novi*, spe eorum *omnium, quae supra dixi, fore ut natura iis* potiens, *dolore* careat.

POTIS. Tusc II 16. *neque sanguis ullo* potis *est pacto profluens consistere* Brut. 46 *Hospes non* pote *minoris*, i. e. non potest minoris vendi.

POTISSIMUM. Inv. II 58 *quamquam praestat honestas incolumitati, tamen utri* potissimum *consulendum sit deliberetur.*

POTIUS. Tusc. II. 22 *Zeno Eleates perpessus est omnia* potius, *quam conscios delendae tyrannidis indicaret.* Att. VII. 7. *depugna* potius, *quam servias.* Pis. 14. *mihi in tanto omnium mortalium odio, iusto praesertim ac debito quaevis fuga* potius *quam ulla provincia esset optatior.* Ligar. 2. *an ille — Uticae* potius *quam Romae — cum alienis esse, quam cum suis maluisset?*

POTULENS. N. D. II. 50. *qua esculentis et* potulentibus *iter pateret.* Ita dedere ex optimis Mss. viri docti. Sed Davisius tamen *poculentis* legit, *quem vide. Ern.* Optimum tamen fuerit h. l. potulentis, ut apud Gellium XVI. 11. *deduci delabique in stomachum esculenta omnia et* potulenta.

POTUS. 1. Bibendo haustus. Brut. 11. *Themistoclem iste* (Clitarchus et Stratocles) *aiunt quum taurum immolavisset, excepisse sanguinem patera, et eo* poto, *mortuum* concidisse. 2. Qui se potu replevit. Mil. 21. *inscitia pransi*, poti, *oscitantis ducis.* Fam. VII. 22. *domum bene* potus *redieram.*

POTUS, subst. Div. I. 29. *pars animi, in qua feritas quaedam sit atque agrestis immanitas — immoderato obstupefacta* potu *atque pastu.*

PRAE. 1. Att. IX. 14. *non hercule* prae *lacrymis possum reliqua scribere.* Planc. 41. prae *maerore loqui non potuit.* Att. VI. 5. prae *cura iocari non poteram.* 2. Fin. IV. 26. divitiae *nec magnum bonum et* prae *rectis honestisque contemnendum.* Verr 11. prae *se alios pro nihilo putare.* Rosc. Am. 46. *hominem* prae *se neminem putare.*

PRAEBERE. 1. Tradere. N. D. III. 32. *cur Poenorum crudelitati Reguli corpus est* praebitum? 2. Exhibere. Brut. 69. *Cosconius eam verborum copiam si*

quam habebat, praebebat *populo*. Deiot. 12. *assiduitatem alicui* praebere. Q. Fr. II. 5. praebere *sponsalia genero*. 3. Impertire N. D. II. 45. *aër vitalem et salutarem spiritum* praebet *animantibus*. 4. Praebere se. Fam. V. 18. *virum*. Ibid. XV. 17. *hominem in malis*. Caecin. 10. *in re misericordem, et in testimonio religiosum*. Att. XIV. 13. *placabilem alicui*.

PRAEBITOR. Off. II. 15. *an tu id agis ut Macedones non te regem suum, sed ministrum et* praebitorem *sperent fore? Praebitor* est idem qui *Parochus*, *ein Lieferant;* qui magistratibus et legatis per provincias euntibus iusta praebenda conduxit. Vid. *Parochus*.

PRAECAVERE. Tusc. III. 22. *quum videtur* praecaveri *potuisse, si provisum esset, quasi culpa contractum malum aegritudinem acriorem facit*. Att. II. 1. *a me* praecautum *atque provisum*.

PRAECELLENS. Balb. 10. *vir et animo et virtute* praecellens. Verr. IV. 44. *P. Scipio vir omnibus rebus* praecellentissimus.

PRAECELSUS. Verr. IV. 48. *Enna est loco* praecelso *atque edito*.

PRAECENTIO. Harusp. 10. est tibicinum, qui in ludis canebant tibiis, item quum sacrificaretur.

PRAECEPS. 1. *Proclivis, abschüssig, gesenkt*, von der Höhe nach der Tiefe. Div. I. 11. praecipites *caeli partes*. Verr. IV. 40. praecipitem *deiici de porticu in forum*. 2. Metaphorice, de insigni celeritate et de iis quae subito fiunt. Att. IX. 12. *subitus discessus et* praeceps *profectio*. Verr. IV. 30. *Antiochus* praeceps *ex provincia exturbatus est*. Caecin. 21. *si saxis aliquem de fundo* praecipitem *egeris*. Orat. III. 4. praecipites *casus*. 3. De consiliis praepropere captis et inconsideratis. Phil. V. 13. *homo amentissimus atque omnibus consiliis* praeceps *et devius*. Verr. V. 46. praeceps amentia *ferebare*. 4. De re aut loco, in quo periculum est prolabendi ac peccandi. Flacc. 42. *Si Flacco — tantum in remp. studium calamitati fuerit, quem posthac tam amentem fore putatis, qui non illam viam vitae, quam ante* praecipitem et lubricam *esse ducebat huic planae et stabili praeponendam esse arbitratur?* Pis. 28. *Lubricum genus orationis adolescenti non acriter intelligenti saepe* praeceps. 5. Inclinatus ad lapsum. Harusp. 24. *ille demens et iam pridem ad poenam exitiumque* praeceps. Verr. I. 3. *agunt eum* praecipitem

poenae civium Romanorum. 6. De celeritate orationis. Flacc. 20. *homo volubilis* praecipiti *quadam celeritate dicendi.*

PRAECEPTIO. 1. Praeceptum. Off. I. 2 praeceptio *Stoicorum* etc. Orat. 41. *in iuris scientia est persecutionum cautionumque* praeceptio. N D. II. 31. *lex est recti* praeceptio *pravique depulsio.* 2. Notio et sententia antecepta. Partit. 36. *uter definiendo describendoque verbo magis ad sensum iudicis, opinionemque penetravit, et ad eam* praeceptionem, (*nach den voraus gefafsten Grundsatzen*) *quam inchoatam habebunt in animis, ii qui audient, magis et propius accesserit, is vincat necesse est.*

PRAECEPTOR. Inv. I 25. *artium liberalium magistri et vivendi* praeceptores. Orat III. 15. *vetus illa doctrina eadem videtur et recte faciendi et bene dicendi magistra neque disiuncti doctores, sed iidem erant vivendi* praeceptores *atque dicendi.*

PRAECEPTRIX. Fin. I. 13. *sapientia* praeceptrice *in tranquillitate vivi potest, omnium cupiditatum ardore restincto.*

PRAECEPTUM. Orat. I. 31. *communia et contrita* praecepta. Off. I. 1. *te abundare oportet* praeceptis *institutisque philosophiae.* Fin. V. 4. disserendi *ab iisdem* (Aristotele et Theophrasto) *non* dialectice *solum, sed etiam* oratorie praecepta *sunt tradita* Orat. I. 18. Carneades *significabat eos qui rhetores nominarentur, et qui* dicendi praecepta *traderent nihil plane tenere.* Leg. II. 5. *Neque medicorum* praecepta *dici vere possunt, si qua inscii imperitique pro salutaribus mortifera conscripserint.* Off. II. 14. praeceptum *officii.*

PRAECERPERE, *vorwegnehmen.* Verr. IV. 37. *non* praecerpo *fructum officii tui, non alienam laudem appeto.*

PRAECERTATIO, *contentio ex aemulatione.* Her. IV. 30. *Mihi tecum* praecertatio *non est, ideo, quod populus Romanus me —* (*nolo dicere, ne cui forte arrogans videar*) (suppressum scil. est honore) *te autem saepe ignominia dignum putavit.*

PRAECIDERE. 1. De corporibus quae amputantur. Tusc. V. 19. *Cinna collegae sui cos. Cn. Octavii* praecidi *caput iussit.* Inv. II. 20 *equiti Romano quidam ex armatis resistenti gladio manum* praecidit. Att. IX. 4. *naves* praecidere, h. e. rostra defringere. Verr.

V. 24. *anchoras* praecidere. Rab. Perd. 11. *Marius fistulas, quibus aqua suppeditabatur Iovis O. M templis ac sedibus* praecidi *imperarat.* Per translationem Q. Fr. II. 11. *Tenediorum libertas securi Tenedia* praecisa *est.* 2. Discindere. Div. I. 17. Tarquinius Priscus *quum in Attio Naevio tentaret scientiam auguratus, dixit ei cogitare se quiddam, id possetne fieri, consuluit Ille augurio acto posse respondit. Tarquinius autem dixit, se cogitasse cotem novacula posse* praecidi. *Tum Attium iussisse experiri. Ita cotem in comitium allatam; inspectante et rege et populo, novacula esse discissam.* 3. Metaphorice, *praecludere, impedire.* Verr. II. 62. *iam tibi maximam partem defensionis* praecideris. Pis. 22. (Gabinius) *sibi ipse reditum* praecidit. Verr. III. 1. *nisi facile cupiditates nostras teneremus nunquam ipsimetnobis* praeciderennus *istam licentiam libertatemque vivendi* 4 *Interrumpere, abrumpere.* Off. I. 33. *amicitias magis decere censent sapientem sensim dissuere, quam repente* praecidere, cf. Lael. 21. Her. IV. 54. *Significatio fit per abscissionem, si quum incipimus aliquid dicere* praecidimus. 5. *Denegare, recusare.* Att. VIII. 4. *plane sine ulla exceptione* praecidit Ibid. X. 16. *quod quia plane* praeciderat. 6. *Breviter expedire.* Sen. 16. *brevi* praecidam. Ac. pr. II. 45. praecide, *inquit, statue aliquando quidlibet.*

PRAECINGERE, Fr. Orat. in Clod. *quum Strophio accurate* praecingerere. Vid. *Strophium*

PRAECINERE. 1. Sensu proprio. Tusc. IV. 2. *et deorum pulvinaribus et epulis magistratuum fides* praecinunt. 2. Praedicere. Harusp. 10. quis est — *qui hoc tam novo tantoque motu non magnum aliquid deos populo Romano praemonstrare et* praecinere *fateatur?*

PRAECIPERE. 1. Ante capere. Phil. XIII. 20. praecipio *gaudia suppliciorum vestrorum.* Off. I. 23. *ingenii magni est* praecipere *cogitationi futura,* h. e. praenoscere. 2. *Einen worüber belehren.* Muren II. 2. *e portu solventibus, ii, qui iam in portum ex alto invehuntur* praecipere *summo studio solent et tempestatum rationem, et praedonum et locorum* 3. *Vorschreiben, Regeln geben.* Orat I. 29. *de hoc uno* (de eo quod deceat in arte dicendi) *minime est facile* praecipere. Ibid. II. 11. *num placet, quum de eloquentia* praecipias, *aliquid etiam de testimoniis dicendis, quasi in arte tradere?* Partit. 32. quae in consilio capiendo fu-

turi temporis praecipiebantur (cap. 24. sqq.) *eadem quae de facto argumentabitur colligere debebit.*

PRAECIPITARE. 1. Sensu proprio, e loco superiore vel praecipiti deiicere. Tusc. IV. 18. *qui modum vitio quaerit, similiter facit, ut si posse putet eum, qui se e Leucade* praecipitaverit, *sustinere se, quum velit.* Fin. V. 11. in parvis saepe — *si quando his ludentes minamur* praecipitaturos *alicunde, extimescunt.* 2. De fluminum lapsu. Orat. III. 48. *numerum, in cadentibus guttis, quod intervallis distinguuntur, notare possumus, in amne* praecipitante *non possumus.* Somn. 5. *ubi Nilus ad illa quae Catadupa nominantur,* praecipitat *ex altissimis montibus.* 3. Metaphorice, de iis qui ruunt ad periculum s. ad perniciem. Cluent. 26. praecipitantem *impellamus,* inquit, *et perditum prosternamus.* Sull. 31. *rei publicae* praecipitanti *subveni.* Att. III. 15. *me certe ad exitium* praecipitantem *retinuisses.* 4. De nimia celeritate vel temeritate in assentiendo aut ratiocinando. Ac. pr. II. 21. *sustinenda est omnis assensio, ne* praecipitet, *si temere processerit.* N. D. I 32. Beatos esse *deos sumpsisti. Concedimus. Beatum autem sine virtute neminem esse posse. Id quoque damus et libenter quidem. Virtutem autem sine ratione constare non posse. Conveniat id quoque necesse est. Adiungis: nec rationem esse nisi in hominis figura Quem tibi hoc daturum putas? — A beatis ad virtutem, a virtute ad rationem video te venisse gradibus. A ratione ad humanam figuram quo modo accedis?* Praecipitare *istuc quidem est, non descendere.* 5. Fam. XI. 28. *quod adolescens praestiti — id nunc aetate* praecipitata (*itzt, da es mit dem Leben bergunter geht*) *commutem?*

PRAECIPUE. 1. *Vorzüglich, vornemlich.* Orat. II. 35. *diligentia* praecipue *colenda est nobis.* 2. Vor andern voraus. Fam. IV. 14. *de tuis* (rebus) *velim — ut ne quid tibi* praecipue *timendum putes.* Sull. 29. *neque ego* praecipue (vorzugsweise) *de consularibus disputo. Nam haec et hominum ornatissimorum, qui praetores fuerunt et universi senatus,* communis *est laus.*

PRAECIPUUS. 1. Insignis. Off. I. 4. *natura ingenerat in primis* praecipuum *quendam amorem in eos, qui procreati sunt.* 2. Alicui proprius. Att. XI. 14. *me quum* communibus *tum* praecipuis *malis oppressum ne incipis quidem, ut solebas, consolari.* Prov. Cons. 1. praecipuum *illum et* proprium *sensum doloris mei a senten-*

gatur, praeco DIXISSE *pronuntiat*. Flacc. 15. *Citat* praeco. *maxima voce legatos Acmonenses*. 3 Item in *venditionibus* aedium, et praediorum Off III. 13. *quid tam absurdum, quam si domini iussu ita* praeco *praedicet* : DOMUM PESTILENTEM VENDO 4. Praesertim in bonorum hastae subiectorum venditione. Quint. 15. *cuius bona venierunt, cuius non modo illae amplissimae fortunae, sed etiam victus vestitusque necessarius sub* praecone *cum dedecore subiectus est*, 5. In ludis gymnicis. Fam. V. 12. *Sunt qui dicant verecundiores esse* (quam eos qui de se suis rebus gestis historiam scribant) praecones *ludorum gymnicorum, qui quum ceteris coronas imposuerint victoribus, eorumque nomina magna voce pronuntiarint, quum ipsi ante ludorum missionem corona donentur, alium* praeconem *adhibeant, ne sua voce ipsi se victores esse praedicent*. 6. Metaph. Orat. I. 55. *Iuris* consultus praeco *actionum*. Arch 10. *o fortunate adolescens, qui tuae virtutis Homerum* praeconem *inveneris*, dictum Alexandri de Achille.

PRAECOGNITUS. Fam. X. 15. praecognito *nostro adventu*.

PRAECONIUM. 1. *Vitae genus et ministerium praeconum*. Fam. VI. 18. *qui* praeconium *facerent*. Rab. Post. 17. *o meum miserum acerbumque praeconium*; quo scilicet finxerat, a se tanquam praecone bona Rabirii numo sestertio addici. 2. Metaphorice, pro laudatione. Att. XIII. 12. *Ligarianam* (orationem) *praeclare vendidisti. Posthac quicquid scripsero tibi* praeconium *deferam*. De eadem re epist. 13. *Ligarianam praeclare auctoritas tua commendavit. Scripsit enim ad me Balbus et Oppius mirifice se probare*. Arch. 9. *omnes mandari versibus aeternum suorum laborum* praeconium *facile patiuntur*. Fam. V. 12. *ut mihi non solum* praeconium *tributum, sed etiam grave testimonium impartitum clari hominis magnumque videatur*. 3 Fam. VII. 24. *addictus Calvi Licinii Hipponacteo praeconio*, de acerbissima invectiva, qualia fuerunt Hipponactis poemata in Anthermum et Bupalum. 4. Alia metaphora. Orat. II. 20. *Clamare contra quam deceat, et quam possit, hominis est, ut tu Catule de quodam declamatore dixisti, stultitiae suae quam plurimos testes domestico* praeconio *colligentis*. Ducta est comparatio a praeconibus, quorum in iudiciis munus erat, testes citare.

PRAEDATOR, lucris improbe partis et rapinis infamis. Catil. II. 9. *utrosque — in eodem genere* praedatorum, *direptorumque pono.*

PRAEDARI. Phil. 3. *spes rapiendi atque* praedandi *occaecat animos.* Off. III. 17. *intelligitur secundum naturam esse neminem id agere ut ex alterius* praedatur *inscientia.* Verr II. 19. praedari *in bonis alienis nomine civitatis.* Ibid. 18. praedari *ex hereditate.*

PRAEDIATOR, interprete Salmas. mod. usur. c. 16. est qui praedia publico obligata et vendenda emit, adeoque, ut Gronovius de Centes. et unciis, p. 516. interpretatur, pecuniam suam in praediis habet. Att. XII. 14. 17. Atque hanc esse eius verbi vim Gloss. Philoxeni et analogia docent. Gloss. Praediator ὠνητὴς ὑπαρχόντων Balb. 20. *Etenim si Q. Scaevola augur, quum de iure* praediatorio *consuleretur homo iuris peritissimus, consultores nonnumquam ad Furium et Casellium* praediatores *reiiciebat; si nos de aqua nostra Tusculana M. Tugionem potius, quam C. Aquilium consulebamus, quod assiduus usus uni rei deditus, et ingenium et artem saepe vincit, quis dubitet de foederibus et de toto iure pacis et belli omnibus iuris peritissimos imperatores nostros anteferre?* Ex toto hoc loco patet utrumque illum, Furium et Cascellium praediatores, non ICtos fuisse, sed tamen ex usu assiduo et consuetudine quotidiano rerum ad praedia pertinentium, multa explicare potuisse, quae ipsi ICti, et iuris etiam praediatorii periti nonnunquam minus accurate tenerent. Nemo Furium et Cascellium laudat ut ICtos. Itaque Pighius ad A. 633., h. l. quia putabat de ICtis hic agi legendum putabat *Caesellium.* Frustra. Valer. Max. VIII. 12. *suae artis unumquemque et auctorem et disputatorem optimum esse, ne dubitemus, paucis exemplis admoneamus. Q. Scaevola legum clarissimus et certissimus vates, quotiescunque de iure* praediatorio consulebatur *ad Furium et Cascellium, quia huic scientiae dediti erant, reiiciebat Quo quidem facto moderationem magis suam commendabat, quam auctoritatem minuebat, ab his id negotium aptius explicari posse confitendo, qui quotidiano eius usu callebant.* In his Valerius Ciceronis locum, in oratione pro Balbo videtur esse secutus. *Recte Ernestius:* quoniam praediatores, inquit, qui praediis publico obligatis emendis quaestum facia-

bant, operam dabant, ut hanc partem iuris de praediis publico obligatis, commodi sui causa, accurate cognoscerent, ut sunt apud nos mercatores, maiores iuris cambialis, quod vocant, plerumque non minus, quam ICti periti. Hactenus recte. Sed ex eo non sequitur, illos duo Furium et Cascellium ICtos fuisse. Praediatores fuerunt, ideoque usu longo ius praediatorium calluerunt.

PRAEDIATORIUS. Balb. 20. *quum C. Mucius de* iure praediatorio *consuleretur*, h. e. de eo, quod ad praedia publico obligata et e lege praediatoria vendenda pertinebat. Gloss. *praediatorius* περὶ χωρίων. Huius iuris quaedam sunt Fam. V. 20. Vid. Salmas. mod. usur. c. 16. Interpretes ad Sueton. Claud. 9. ubi Burmannus memorat, dissertationem de hoc iure scripsisse Graevium filium, quae etiam Lipsiae recusa est d. 1741. Sed praeter Salmasiana nihil novi habet. Plura et meliora dat Bachius V. C. in disp. eiusdem argumenti (Lips. 1752.). Loca ad ius praediatorium pertinentia sunt apud Ciceronem Verr. I. 54. et Fam. V. 20. *Ern.*

PRAEDICABILIS, cum laude praedicandus. Tusc. V. 17. *nec in misera vita quidquam est* praedicabile *aut gloriandum.*

PRAEDICARE. 1. i. e. praeconio promulgare. Quint. 15. de quo homine praeconis vox praedicat. Verr. III. 16. *Si palam praeco iussu tuo* praedicasset. 2. Saepius dicere. Catil. I. 9. *mihi inimico, ut* praedicas *tuo.* 3. *Cum laude commemorare.* Pis. 1. *mihi ista licet de me vera cum gloria* praedicare. Phil. XI. 13. *quae de illo viro Sulla — quae Lucullus, quam ornate, quam honorifice quam graviter saepe in senatu* praedicaverunt; Tusc. V. 17. *Si beata vita, glorianda, et* praedicanda *et prae se ferenda est. Nihil est enim aliud, quod* praedicandum *et prae se ferendum sit.* Arch. 9. *Themistoclem aiunt, quum ex eo quaereretur, quod acroama aut cuius vocem libentissime audiret, eius a quo sua virtus optime* praedicaretur. 4. Etiam de re non gloriosa ponitur. Planc. 21. *avus tuus P. Nasica tibi* praedicaret *repulsam.*

PRAEDICATIO, praeconis promulgatio. Rull. II. 18. *tu mihi ex ordine recita de legis scripto populi Romani auctionem, quam mehercule ego* praeconi huic *ipsi luctuosam et acerbam* praedicationem *futuram puto.* 2. Celebratio, commemeratio cum laude. Arch.

11. *Philosophi in eo ipso, in quo* praedicationem *nobilitatemque fugiunt, praedicari de se ac nominari volunt.* 3. Omnis commemoratio. Q. Fr. I. 1. *si in mediocri statu sermonis ac* praedicationis *res tuae essent, nihil abs te eximium* postularetur. Verr. III. 61. praedicatio *nefariae societatis*, de Apronio qui dictitaverat Verrem praetorem sibi in decumis esse socium. 4. Iactatio. Verr. Act. I. 1. *sua spe ac* praedicatione.

PRAEDICATOR. 1. Qui aliquid asserit. Fam. I. 9. Pompeio *plurimum te ipso* praedicatore *ac teste debebam.* 2. Laudator. Balb. 2. mos est gerendus — Pompeio, *qui sui facti, sui iudicii, sui beneficii voluit me esse et* praedicatorem *et actorem.*

PRAEDICERE. Div. I. 1. *gentem nullam video — quae non significari futura, et a quibusdam intelligi* praedicique *posse censeat.* Ibid. II. 6. *Solis defectiones itemque lunae* praedicuntur *in multos annos ab iis, qui siderum cursus, et motus numeris persequuntur.* Ibid. 61. *defectiones solis et lunae cognitae* praedictaeque *in omne posterum tempus, quae quantae, quando futurae sint.*

PRAEDICTIO. N. D. II. 3. praedictiones *et praesensiones rerum futurarum.* Div. II. 25. *omnis* praedictio *mali tum probatur, quum ad* praedictionem *cautio adiungitur.* Div. I. 43. *quis rex unquam fuit, quis populus, qui non uteretur* praedictione *divina.* Ibid. II. 42. *Eudoxus — scriptum reliquit, Chaldaeis in* praedictione, *et in notatione cuiusque vitae ex natali die minime esse credendum.* Fam. VI. 6. *quando ut augures et astrologi solent, ego quoque augur publicus ex meis superioribus* praedictis *constitui apud te auctoritatem augurii et divinationis meae, debet habere fidem nostra* praedictio.

PRAEDICTUM. Div. II. 42. *Panaetius unus e Stoicis astrologorum* praedicta *reiecit.* Ibid. *Chaldaeorum natalicia* praedicta.

PRAEDIOLUM. 1. Proprie. Att. XVI. 3. praediola *nostra belle aedificata et satis amoena.* 2 Metaphorice, de iis, quae partem faciunt rhetoricae disciplinae s. artis oratoriae. Orat. III. 27. *quoniam de nostra possessione depulsi* (oratores) *in parvo et eo litigioso* praediolo *relicti sumus.*

PRAEDISCERE. Orat. I. 32. *qui ea quae agenda sunt in foro tamquam in acie, possunt etiam nunc exercitatione quasi ludicra* praediscere *ac meditari.*

PRAEDITUS. 1. De hominum virtutibus aut aliis bonis. Manil. 17. *Vir summis ornamentis honoris, fortunae, virtutis, ingenii* praeditus. Cluent. 31. *Tene hoc dicere, Atti, tali prudentia etiam usu atque exercitatione* praeditum? Cael. 10. *adolescentes humanissimi et doctissimi rectissimis studiis, atque optimis artibus* praediti. Phil II. 18. *adolescens summa spe et animi et ingenii* praeditus. 2. De corporis bonis. Inv. I. 1. *Zeuxis quaesivit* (a Crotoniatis) *quas nam virgines formosas haberent. Illi autem statim hominem duxerunt in palaestram, atque ei pueros ostenderunt multos, magna* praeditos *dignitate.* 3. In deteriorem partem de vitiis vel malis animi aut corporis. Tusc. V. 14. *non ut parvo metu* praeditus *sit, sed ut nullo.* Caecil. 2. *homo singulari cupiditate, audacia, scelere* praeditus. Verr. II. 42. *amentia* praeditus, *atque audacia.* Flacc. 3. A testibus laeditur. *Antequam dico, a quibus — qua levitate, qua egestate, qua perfidia qua audacia* praeditis, *dicam de genere universo.* Her. II. 27. *mortuum deformatum, tumore* praeditum *decoloratum corpore fuisse constat. Ergo veneno necatus est.*

PRAEDIUM. 1. Verr. III. 86. *habet in nummis, in urbanis* praediis. *Praedia urbana* sunt apud ICtos omnia aedificia sive in urbe, sive in villa ad urbanorum modum facta. — Iustinian. Instit. II. 3. et l. 198. de Verbor signif. Adde Burmann. ad Sueton. Claud. 38. et Christium in Villatic. p. 89. *Ern.* 2. Praedia rustica. Rosc. Am. 15. de Roscii occisi filiis Erucius, quum duos, inquit, filios haberet (Roscius pater) *illum alterum, qui mortuus est, secum omni tempore volebat esse, hunc in* praedia *rustica relegarat.* Respondet Cicero: *An amandarat hunc sic, ut esset in agro, ac tantummodo aleretur ad villam, ut commodis omnibus careret? Quid? si constat hunc non modo colendis* praediis *praefuisse, sed certis fundis patre vivo; frui solitum esse? tamenne haec attenta vita et rusticana relegatio atque amandatio appellabitur?* 3. Sensu generali. Att. XV. 20. *mercedes dotalium* praediorum. Hortens. fr. Hortensius praediis *quaestuosissimis — abundavit.*

PRAEDO. 1. Sensu peculiari, *Seeräuber*. Tusc. II. 27. *si cui naviganti* praedones *insequantur* 2. Sensu generali, *Rauber*. Verr. Act. I. 5. *maximae tutissimaeque urbes piratis* praedonibusque *patefactae*. Dom. 55. *templorum omnium atque factorum totiusque urbis* praedo. Orat. III. 1. *Crassus deploravit casum — senatus cuius ordinis a consule* (Philippo) — *tanquam ab aliquo nefario* praedone *diriperetur patrimonium dignitatis*.

PRAEESSE. De muneribus publicis. Leg. III. 1. *ut magistratibus leges, ita populo* praesunt *magistratus*. Fam. I 9. praeesse *provinciae*. Verr. V. 31 *navibus s. classi*. Fam X 8. *exercitui* Ibid. XVI. 9. *legionibus*. Dom. 40. *sacerdotiis*. Harusp. 7. *sacris*. Orat. I 10 *auspiciis*. Rosc Am. 5. *quaestioni*. 2. De artibus et opificiis Orat. I. 45. *cognitio iuris civilis prodest iis, qui ei* praesunt. Verr. II. 159. praeesse *statuis faciendis*. Fin. IV. 27. *omnibus artibus volumus attributam esse eam, quae communis appellatur prudentia, quam omnes, qui cuique artificio* praesunt, *debent habere*. „Orat. I. 55. *clarissimi cives ei studio etiam hodie* praesunt, h. e. ei operam dant et in eo excellunt. Fam. I. 7. *temporibus atque laudi] meae* praefuisti, h. e. plurimum me iuvisti mihique favisti. Frequens est in epistolis *rebus non* modo interesse, sed etiam praeesse (ut Fam. I. 8. Att. IX. 4) quod nihil aliud est quam consulendo, iurando, providendo rem iuvare. ICtus dicitur *praeesse* controversiam intendenti, quem consilio iuvat cui formulas dat " *Ern.* Ultima haec significatio suaviter transfertur ad controversiam s. disputationem philosophicam. Orat. I. 10

PRAEFARI. 1. Div. I. 45. *Antiqui omnibus rebus agendis* QUOD BONUM FAUSTUMQUE ESSET praefabantur. 2. *Honorem praefari* dicitur is, qui excusat obscenitatem dicendorum ut nos dicimus, *mit Urlaub zu reden, mit Erlaubniſs zu sagen*. Fin. II. 10. cetera addit (Epicurus, nempe de voluptate Venerea) *quae si appelles honos* praefandus *sit*. Fam. IX. 22. *si dicimus ille patrem* strangulavit; *sin de Aurelia aliquid* (*leg.* aliquis) *aut Lollia, honos* praefandus *est*. Nempe obscenius diceretur *strangulavit*, pro *stupravit*.

PRAEFATIO. Verr. III. 80. praefatio *donationis* in qua eius causa exponitur.

PRAEFECTURA. 1. Civitas, quae neque suas leges, neque suos magistratus habet, sed aut a praetore Romano, aut a praefecto quem praetor dedit administratur. Rab. Perd. 8. *omnis* praefectura, *regio*, *vicinitas vestra*, cf. N. D. II. 2. Vid. de praefecturis Sigon. Ant. Iur. Ital. II. 10. sq. 2. Munus praefecti in exercitu. Att. VI. 1. praefecturas sumere *ibid. dare et deferre* praefecturam. Ibid. V. 21. *petere* praefecturam.

PRAEFECTUS. Varia fuerunt praefectorum genera. A. *In provinciis*. Horum quatuor fuerunt genera. I. *Praefecti*, qui *equestribus turmis* praeerant. De his Manutius ad Fam. II. 17. „Cum singulis legionibus, vetere Romuli instituto, terceni erant equites, qui dicebantur *alae*, quod iis pedites dextra sinistraque tamquam alis regerentur. Gellius N. A. XVI. 4. et Servius ad Virgil. Aen. IV. 121. *dum trepidant alae*. Item Livius XL. 40. Dividebantur in decem turmas; turmae singulae in tres decurias; singulis decuriis praeerant, qui *decuriones* vocabantur; sed horum unus reliquis duobus honoratior, non suae tantum decuriae, sed turmae etiam praeerat; itaque *praefectus* non *decurio* dicebatur; reliqui autem duo *decuriones*. Erant igitur in decem turmis decem praefecti, praeterea viginti decuriones; omnibus autem turmis, id est alae, unus praeerat, nec tamen is erat summus equitum dux in exercitu. Nam principem locum obtinebat is, qui non uni alae, id est decem turmis, sed utrique alae, vel etiam pluribus, quum essent plures in exercitu legiones, praeesset. Quod probabitur exemplis. De praefecto turmae. Marcell. 2. *Nihil sibi ex ista laude centurio, nihil* praefectus, *nihil cohors*, *nihil* turma *decerpit*. *Praefectum* vero *alae* novimus. Off. II. 13. *quum te Pompeius alteri* alae *praefecisset*. De his igitur et alae utriusque (nam duas legiones Cicero habuit in provincia) et turmarum quoque praefectis loquitur Cicero. Fam. II. 17. quum dicit: *omnis enim pecunia ita tractatur, ut praeda, a* praefectis De iisdem equitum praefectis Fam. III. 8. et V. 20. et Att. V. 17. mentionem Cicero facit, quo in utroque loco cum tribunis militum eos nominat. Itemque lib. III. in Verrem c. 58. *quaestores*, inquit, *legatos*, *praefectos suos*, *tribunos multi missos fecerunt*, *et de provincia decedere iusserunt*, *quod eorum culpa se minus commode audire arbitrarentur*. Cluent. 36. Non recito testimonia ho-

minum honestissimorum, quae in Stalenum sunt dicta ab iis, qui M. Aemilio clarissimo viro, legati, et praefecti, et tribuni militares fuerunt. II. *Praefecti evocatorum.* Fam. III. 6. h. e. militum emeritorum subito ex agris in militiam revocatorum. Fam. XV. 4. III. *Praefecti civitatum* in provinciis, qui a proconsule in eas civitates mitterentur, ubi ipse assidue esse non posset, ut ibi ius dicerent. Horum praefectorum mentio fit Att. V. 4. 7. 11. 21. item Att. VI. 1. 2. 3. Has praefecturas in provincia iuris dicundi causa detulit iis quos vel suo iudicio probasset, vel ab amicis commendatos, iis tamen reiectis, qui in provincia negotiarentur, ne iustitiam lucri cupiditas perturbaret. IV. *Praefecti fabrum;* de quibus Manutius l. l. sic scribit. *Praefectus fabrum* Ciceronis unus tantum appellatur Q. Lepta lib. III. ad Fam. ep. 7. nec plures uno fuisse crediderim; quamquam ut dixi, duas legiones Cicero habuerit; quod ipse ad Atticum scripsit V. 15. et Plutarchus in eius vita confirmat. Nam si quot legiones in exercitu totidem praefecti fabrum fuissent, haud valde esset honestatis a Caesare familiarissimus eius Cornelius Balbus, cui praetor et consul praefecturam fabrum detulit, ut est in Orat. pro Balbo c. 28 Nam quod ait Caesar in epis ola ad Oppium et Balbum lib IX. ad Att. ep. 28 *Duo praefecti fabrum Pompeii in meam potestatem venerunt;* Q. Vibullium Rufum Corfinii captum, et Cn. Magium in itinere deprehensum significat; quorum utrumque in binis legionibus praefectum fabrum arbitror fuisse: ut duorum consulum exercitus, qui a Pompeio regebantur duos omnino praefectos fabrum habuerint. Duas enim legiones dixi iam consularem exercitum fuisse. Sic igitur in consulari Ciceronis exercitu, id est in duabus legionibus, praefectus fabrum unus fuit Q. Lepta. Quod eo magis arbitror, quia unus etiam praefectus fabrum Ap. Claudii nominatur. Fam. III. 8. Hos praefectos omnes, exceptis iis dicentibus, opinor in proconsulis cohorte praetoria fuisse, eosque in provinciam ab urbe deductos. Quos autem in tertio genere posuimus, id est ii, qui ius dicebant, non fuisse de cohorte praetoria, sed longe a proconsule diversis civitatibus iurisdictionem habuisse. In hoc numero locum Scaptio petiit a Cicerone M. Brutus; ut lib. V. ad Att. ep. 21. et lib. VI. ep. 1. B. Erant etiam *praefecti* quia in Italia in praefecturam mittebantur.

De quibus Festus: *Praefecturae*, inquit, *appellabantur in Italia, in quibus et ius dicebatur, et nundinae agebantur, et erat quaedam earum respublica neque tamen magistratus suos habebant*, in quas legibus *praefecti mittebantur, quotannis, qui ius dicerent. Quarum genera fuere duo. Alterum in quas solebant ire praefecti quatuor sex pro populi suffragio creati in haec oppida: Capuam, Cumas, Casilinum, Vulturnum, Liternum, Puteolos, Acerras, Suessulam, Atellam, Calatiam. Alterum, in quas ibant, quos Praetor urbanus quotannis in quaeque loca miserat legibus, ut Fundos, Formias, Cere, Venafrum, Allifas, Privernum, Anagniam, Frusinonem, Reate, Saturniam, Nursiam, Arpinum aliaque complura.* Cic. Sext. 14. *nullum erat Italiae municipium, nulla colonia, nulla* praefectura, *nullum collegium — quod tum non honorificentissime decrevisset de mea salute.* Praeterea memorantur etiam *praefecti classis* ut Verr. V. 31. *Praefecti moribus* dicuntur censores, ut Cluent. 46. *tu es praefectus moribus, magister veteris disciplinae et severitatis* — ? Fam. IX. 15. *quamdiu hic erit noster hic* praefectus moribus, *parebo auctoritati tuae. Quum vero aberit, ad fungos me tuos conferam.* locatur in C Iulii Caesaris, quem senatus in triennium moribus praefecerat, legem sumptuariam. 3. Metaphorice, p. Red. in Sen. 6. *his utitur quasi* praefectis *libidinum suarum.*

PRAEFERRE. 1. Sensu proprio. Q. Fr. I. 10. *maiora* praeferant *fasces illi ac secures dignitatis insignia quam potentiae.* Verr. IV. 48. *Ceres dicitur taedas inflammasse iis ignibus, qui ex Aetnae vertice erumpunt; quas sibi quum ipsa* praeferret, *orbem omnium peragrasse terrarum.* 2. Metaphorice, *faces praeferre*, aut *lumina* dicuntur ii, qui alterius consilia regunt et iuvant, eumque sua prudentia ab erroribus tutos reddunt. Catil. I. 6. *cui adolescentulo non ad libidinem* facem praetulisti? Sull 14. *o dii immortales — vos — in tantis tenebris erroris et inscientiae clarissimum lumen* praetulistis *menti meae.* 3. Anteponere Orat. II. 84. *summa laus non extulisse se in potestate, non fuisse insolentem in pecunia, non se* praetulisse *aliis propter abundantiam fortunae.* Phil. VI. 6. *Quid non debeo vobis, Quirites, quem vos a se ortum* (hominem novum) *hominibus nobilissimis, omnibus honoribus* praetu-

tulistis? 4. Ostendere. Fam. X. 8. *quum* praeferremus *sensus aperte.* Rosc. Am. 31. praefers *avaritiam.*

PRAEFICERE. Flacc. 7. praeficere *seditiosos homines reip.*. Leg. II. 26. *procurationi certum magistratum.* Manil. 16. *imperatorem alicui bello.* Verr. II. 59. *utrum civitates solitae sint, aliquem curatorem* praeficere, *qui statuis faciendis praeesset.* Div. II. 5. *nec locus nec materia invenitur, cui divinationem* praeficere *possimus.*

PRAEFIDENS. Off. I. 26. Panaetius dixit: *homines secundis rebus effrenatos sibique* praefidentes *tamquam in gyrum rationis et doctrinae duci oportere.* Orat. III. 41. *exsultantem te et* praefidentem *tibi repriment validae legum habenae.*

PRAEFINIRE, *bestimmen, vorschreiben.* Fam. VII. 2. *vidisti multum quod* praefinisti, *quo ne pluris emerem.* Verr. V. 68. *neque de illo quidquam tibi* praefinio, *quo minus ingenio mecum atque omni dicendi facultate mecum contendas.* Leg. II. 18. *ego cetera non tam restricte* praefinio Rosc. Am. 45 *dies in lege* praefinita. Rull. I. 4. *quod superiore parte legis* praefinitum *fuit, id rursus liberum infinitumque fecerunt*

PRAEFRACTE, *uneingeschränkt.* Off. III. 22. (Cato) *nimis mihi* praefracte *videbatur aerarium vectigaliaque defendere, omnia publicanis negare, multa sociis.*

PRAEFRACTUS. 1. Hortens. fr. ap. Non. *Aristo Chius* praefractus (*hart und uneingeschränkt*) *ferreus, nihil bonum nisi quod rectum er honestum est* (scil. esse statuens. 2. in oratione opponitur *rotundo.* Orat. I. 13. *Thucydides* praefractior (Isocrati visus) *nec satis ut ita dicam, rotundus* (*zu abgebrochen in der Schreibart, und zu wenig abgerundet*).

PRAEFULCIRE. Att. V. 13. illud *praefulci* et *praemuni.* ut simus annui.

PRAEFULGERE. Her. III. 19. *ne aut obcaecentur tenebris imagines aut splendore* praefulgeant (*zu stark hervorschimmern*).

PRAEGESTIRE. Cael. 28. praegestit *animus iam* (*mich lüstert schon im voraus*) *videre.*

PRAEGNANS. Div. I 20 *quum mater* praegnans — *Dionysium alvo contineret.* Orat. I. 40. controversia de patrefamilias, *qui ex Hispania Romam venisset, quum uxorem* praegnantem *in provincia reliquisset Ro-*

maeque alteram duxisset, neque nuntium priori remisisset mortuusque esset intestato, ex utraque filius natus esset.

PRAEGNAS antique pro *praegnans* Att. I. 10.

PRAEGREDI. Phil. XIII. 2. Ora vobis ponite eorum — ante *oculos, maxime Antoniorum; latera tegentes alios, sequentes alios, alios* praegredientes *amicos.*

PRAEGRESSIO Fat. 19. *dicent, si omnia* fato *fierent eiusmodi, ut nihil fieret, nisi* praegressione *causae, confitendum esse fato fieri omnia.*

PRAEGUSTATOR Dom. 10. praegustator *libidinum.*

PRAEIUDICARE, *ein vorläufiges Urtheil fällen.* Leg. III. 20. *Apud censores, qui magistratu abierint edant et exponant, quid in magistratu gesserint, deque iis censores* praeiudicent; scil. ita, ut quod statim sequitur integra lex (s. actio ex lege) accusatori iudicioque servetur. Verr. III. 65. *miror quomodo* (Metellus) *de quo homine* praeiudicium fieri *noluerit per recuperatores, de hoc ipso non modo* praeiudicarit, *verum gravissime ac vehementissime iudicarit.*

PRAEIUDICATUS 1. in iudiciis iam olim iudicatus (*schon früherhin entschieden*) Cluent. *res semel atque iterum* praeiudicata. 2. *vorgefafst.* N. D. I. 5. *tantum opinio* praeiudicata (*das Vorurtheil, die vorgefafste Meinung*) *poterat, ut etiam sine ratione valeret auctoritas* Cluent. 2. *postulo iudices, ne quid huc* praeiudicati *afferatis.*

PRAEIUDICIUM, *ein vorläufiges Urtheil oder Gutachten.* Asconius, „*praeiudicium* dicitur, res, quae quum statuta fuerit affert iudicaturis exemplum, quod sequantur. *Iudicium* autem res, quae causam litemque determinat. Caecil. 4. de quo (Verre) non praeiudicium, *sed plane* iudicium *iam factum putatur.* Cluent. 4. *Ostendam ea de eo* praeiudicia *esse facta ab ipsis iudicibus, a quibus condemnatus est, ut non modo ab iisdem, sed ne ab aliis quidem ullis absolvi ullo modo posset.* Muren 29, *si quis hoc forte dicet Catonem descensurum ad accusandum non fuisse, nisi prius de causa iudicasset, iniquam legem et miseram conditionem instituet periculis hominum, si existimabit* iudicium *accusatoris in reum pro aliquo* praeiudicio *valere oportere.* Inv. II. 20. Quum ad vim faciendam

quidam armati venissent, armati contra praesto fuerunt, et cuidam *Equiti Romano quidam — gladio manum praecidit. Agit is cui manus praecisa est* iniuriarum *Postulat is, quicum agitur a praetore exceptionem*, extra quam in reum capitis praeiudicium fiat. *Hic is qui agit iudicium purum postulat. Ille quicum agitur, exceptionem addi ait oportere. Quaestio est: Excipiendum sit an non. Ratio: non enim oportet in recuperatorio iudicio, eius de quo inter sicarios quaeritur*, praeiudicium *fieri. Infirmatio rationis: Eiusmodi sunt iniuriae, ut de his indignum sit non primo quoque tempore iudicari. Iudicatio, atrocitas iniuriarum satis ne causae sit, quare dum de ea iudicetur, de aliquo maiore maleficio de quo iudicium comparatum sit*, praeiudicetur.

PRAELABI N. D. 43. *pisces quorum alter paullum* praelabitur *ante;* ex Arat eis

PRAELIGARE. Inv. II. 30. *os obvolutum folliculo et* praeligatum.

PRAELIARI. 1. in acie dimicare Div. I 25 *Eudemum* (narrat Aristoteles) praeliantem *ad Syracusas occidisse.* 2. de contentione in senatu aut in concionibus. Att. I. 16. *quam diu senatus auctoritas mihi defendenda fuit, sic acriter et vehementer* praeliatus sum. *ut clamor concursusque maximo cum mea laude fierent.*

PRAELIUM. 1 sensu proprio Orat. 9 *Thucydides res gestas et bella et praelia narrat.* 2 de pugna inter paucos. Mil. 31. *Clodius dicitur praelium commisisse.* 3. de contentionibus et rixis. Fam. IX. 11. *scribis, praelia te mea causa sustinere.*

PRAELOQUI. Fam. VIII. 12. *vix haec erat* praelocutus.

PRAELUCERE. Lael. 7 *amicitia — bona spe* praelucet *in posterum, nec debilitari animos, aut cadere patitur.*

PRAEMANDARE. Fam. V. 9. (de servo tuo anagnoste fugitivo) *tu mihi nihil* mandasti; *ego tamen terra marique ut conquireretur* praemandavi

PRAEMATURUS. Fam. X. 8. praematura *denuntiatio boni civis imparati quam periculosa esset ex casu collegae videbam.* Nimirum Plancus simulaverat se Antonio favere, ne si se, quum imparatus esset, bonum civem esse ostendisset, ab eo, sicut Bruto in Mutina incluso, sibi periculum pararetur.

e. eorum causa quae sequuntur, antequam ea tractemus, confirmantur) *quo facilius ius in natura positum esse intelligi possit.*

PRAEMUNITIO. Orat. III. 53. in figuris sententiarum memoratur etiam *praemunitio ad id quod aggrediare*, quum ea quae causae nostrae obsunt excusare dicendo et mitigare conamur. Quintil Inst. Or. IV. 2, 71. Graece προπαρασκευὴ, vel προδιόρθωσις, aut προθεραπεία. Orat. II. 75. *quid si in homines caros, in liciбusque iucundos sine ulla* praemunitione *orationis acerbius et contumeliosius invehare, nonne abs te iudices abalienes?*

PRAENOMEN. Fam. VII. 32. *quod sine praenomine familiariter ad me epistolam misisti, primum addubitavi num a Volumnio senatore esset.* Huic enim pronomen erat *Lucio*, alteri, qui ad Ciceronem scripserat *Publio*. Phil. XIII. 13. ubi contemptim recenset Antonii sectatores. *Est quidem alter Saserna, sed omnes tantam habent similitudinem inter se, ut in eorum* praenominibus *errem.*

PRAENOSCERE. Div. I. 38. *neque non possunt* (dii) *futura* praenoscere.

PRAENOTIO notio insita s. πρόληψις. N. D. I. 17. *Fateamur constare illud etiam, hanc nos habere sive anticipationem, ut ante dixi, sive* praenotionem *deorum. Sunt enim rebus novis nova ponenda nomina, ut Epicurus ipse πρόληψιν appellavit, quam antea nemo eo verbo nominarat.*

PRAENUNTIARE. Div. I. 6. *est vis et natura quaedam, quae quum observatis longo tempore significationibus, tum aliquo instinctu inflatuque divino futura* praenuntiat.

PRAENUNTIUS. N. D. II. 6. *Stellae quas Graeci cometas, nostri cincinnatas vocant, quae nuper bello Octaviano magnarum fuerunt calamitatum* praenuntiae. cf. Div. I. 2. Muren. 21. *non placet mihi inquisitio candidati*, praenuntia *repulsae;* scilicet quia candidatus multos offendit, quum in ipsa petitione honoris accusationem parat inquirendo, testes comparando.

PRAEOCCUPARE. Phil. X. 1. *quas mihi partes ipse sumpseram eas* praeoccupavit *Antonius.*

ultimum ita iacere talum, ut rectus assistat, qui ita talus erit iactus, ut cadat rectus, praepositum *quiddam habebit ad finem, qui aliter contra;* (nempe si talus in latus cadat); *neque tamen illa* praepositio *tali, ad eum quem dixi finem pertinebit;* scil. quia non sequitur ut qui talus ceciderit rectus, etiam rectus consistat; potest enim statim in latus recidere. 2. praepositio pars orationis. Top. II. 11. Praepositio IN *privat* verbum *ea vi quam haberet*, si IN praepositum *non fuisset.*

PRAEPOSITUM. Ex disciplina Stoicorum nihil est nisi honestum in bonorum numero ponendum. Sunt tamen quaedam quae secundum locum obtinent, aestimatione digna, quae Zeno προηγμένα appellat, Cicero Fin. III. 16. autem Latin. vel *producta* dici posse, ait, vel *promota*, vel *praeposita*, vel *praecipua.* Ibid. 17. *Haec quae* praeposita *dicimus, partim sunt per se ipsa* praeposita *partim quod aliquid efficiunt, partim utrumque. Per se ut quidam habitus oris, et vultus, ut status, ut motus; alia ob eam rem* praeposita *dicuntur, quod ex se aliquid efficiant, ut* pecunia; *alia autem ob utramque rem ut integri sensus, ut bona valitudo.* Quomodo M. Piso hanc Stoicorum appellationem irriserit narratur Fin. IV. 26. Acad. post. I. 10.

PRAEPOSTERE. Att. VII. 16. *omnes arbitror mihi tuas literas redditas esse, sed primas* praepostere, *reliquas ordine.*

PRAEPOSTERUS. Fam. XV. 17. praeposteros *habes* tabellarios, *qui quum a me discedunt flagitant literas, quum ad me veniunt nullas afferunt.* Pis. 38. praeposterus *imperator* dicitur Piso, cuius perversitas ibi graphice depingitur. Orat. III. 11. Videndum ut *verba sic et casibus, et temporibus, et* genere et *numero conservemus*, (legendum videtur *conseramus*), *ut ne quid perturbatum ac discrepans aut* praeposterum *sit.* Ibid. 13. *Ut ea quae docemus intelligantur, assequi possumus, Latine dicendo, verbis usitatis — non discerptis sententiis, non* praeposteris *temporibus, non confusis personis, non perturbato ordine.*

PRAEPOTENS. 1. de deo N. D. II. 30. non est *igitur natura deorum* praepotens, *neque excellens, siquidem ea subiecta est ei vel necessitati vel naturae, qua caelum, maria terraeque regantur. Nihil autem est praestantius deo. — Nulli igitur est naturae obe-*

illis comitiis religio est, ut adhuc semper omen valuerit praerogativum; scil. quia bonum omen quoddam in praerogativa centuria per sortitionem electa esse eaque sors divinius cecidisse credebatur. Hinc *praerogativa* omen comitiorum. Div. II. 40. et ibid. I. 45. Praerogativam *maiores omen iustorum comitiorum esse voluerunt.* ibid. II. 35. *at haruspices divini, quos quum Ti. Gracchus propter mortem repentinam eius, qui in* praerogativa *referenda* (h. e. quum praeco ad praesidem comitiorum de suffragiis praerogativae centuriae referret) *subito concidisset, non iustum* rogatorem (comitiorum) *fuisse dixerunt.* Hinc in praerogativa tribu vel centuria, ii qui cuperent consules fieri pecunia suffragia conciliare studebant. Cuius rei luculentum exemplum est Q. Fr. II. 15. *Ambitus redit immanis* — vel HS *centies constituunt* in praerogativa pronuntiare. 2. Ex hac ratione fluxerunt locutiones, in quibus praerogativa vel pro specimine assensus aut voluntatis vel pro re ponitur, quae aliam tanquam antecedens consequentem habere solet. Verr. Act. I. 9. Q. Metellus (illo anno cos. design.) quam isti (Verri) sit *amicus* attendite. *Dedit enim* praerogativam *suae voluntatis eiusmodi ut isti pro* praerogativis *eam reddidisse videatur.* Asconius: „Hoc igitur dicit Cicero, Metellum vocando ad se Siculos et eos minis deterrendo ab accusatione Verris, prope omne beneficium corruptarum a se tribuum Verris pecunia persolvisse. Vult enim, illum Verris pecunia Consulem factum intelligi." Fam XV. 5. Cato scribit ad Ciceronem: *Quod si triumphi* praerogativam *putas, supplicationem* (h. e. si ut praerogativam centuriam ceterae fere sequi solent, ita supplicationem tibi decretam quasi signum et pignus quoddam futuri triumphi existimas) *neque supplicationem sequitur semper triumphus* etc.

PRAEROGATUS. Planc. 20. *An tandem una centuria* praerogativa *tantum habet auctoritatis ut nemo unquam prior eam tulerit, quin renuntiatus sit: tu aut his ipsis comitiis consularibus aut certe in illum annum aedilem* (*Plancium*) *factum miraris, in quo* (Plancio) *non exigua pars populi, sed universus populus voluntatem suam declaravit, cuius in honore non unius tribus pars, sed comitia tota comitiis fuerint* praerogata. Recte Graevius post Gruchium lib. II. de comitiis, observavit M. Crassum Consulem novo more

habuisse comitia. Simul enim cum consularibus comitiis quae centuriata erant, reliquorum magistratuum habuit comitia, subito et praeter opinionem omnium, idque ad reprimendum ambitum. Nihilominus tamen postea habita sunt et alia comitia aedilium, quae fuerunt, ut semper aedilitia, tributa. Ex toto autem huius loci nexu perspicuum est lectionem: comitia tota comitiis fuerint *praerogativa*, quae praeter alios est in Mss. Pithoei et Erf. praeferendam esse alteri *praerogata*. Certe sensus utriusque lectionis idem est. Quod autem Graevius putabat *comitiis* delendum esse, non est eiusmodi, ut assensum extorqueat. *Comitia* refertur ad comitia illa consularia, in quibus Crassus iam de ceteris magistratibus populum in suffragia miserat. *Comitiis* autem, ad comitia aedilitia proprie sic dicta, et postea habita spectat. Itaque quoniam Plancius iam istis superioribus comitiis plurimum valuerat, recte poterat Cicero dicere illa *comitia* (consularia) *comitiis* (aedilitiis) *praerogativa* fuisse.

PRAERUPTUS. Verr. V. praerupta *saxa*.

PRAES. 1. qui aut suo aut alterius nomine praediis populo cavet. Fam. II. 17. praedes *pecuniae publicae* cf. ibid. V. 20. Rab. Post. 4. Phil. II. 29. 2. dicti tamen etiam in litibus privatis fideiussores, qui praediis cavebant. Verr. I. 45. pro praede *litis vindiciarum quum satis accepisset*. Pro praede est i. q. *praede* vel *praedibus*. Sic Verr. II. 51. *pro suffragio* est *suffragio* vel suffragiis. Vid. Gronov. Obss. IV. 1. Verr. I. 54. *Consuetudo in bonis* praedibus praedibusque *vendendis*. Ad h. l. Graevius „praedes, inquit numquam significat bona, quae obligata sunt publico pro re conducta. Sed praedes sunt homines fideiussores, qui in locatione vectigalis, aut operis publici fidem suam populo obligant, pro illo, qui opus conducit. *Praedia*, quae et *bona praedia*, sunt possessiones, fundi, quae a mancipe obligantur publico; *bona* sunt alia bona supellex et quae vulgo dicuntur mobilia. Hinc *praedibus* et *praediis* cavere populo, est et satis dationibus sive sponsoribus, et pignoribus populo cavere. Si fefellisset fidem manceps, et praedia eius populo oppignerata, quum venderentur, non sufficiebant ad satisfaciendum populo, *praedes* vendebantur; hoc est, praedium bona vendebantur. — *Bonis* autem tam pertinet ad *praedes*, quam ad *praedia*. *Bonis praedi-*

bus] et bonis *praediis* cavebatur populo." Formula *praedibus ac praediis cavere populo* est etiam ap. Liv. XXII. 60. De praedibus vid. impr. Salmas. mod. Usur. c. 16. *Ern.*

PRAESAGIRE. Div. I. 31. Sagire *sentire acute est — is igitur, qui ante* sagit, *quam oblata res est, dicitur* praesagire, *id est futura antea sagire.* Fam. VIII. 10. *exiguitas copiarum recessum, non dimicationem mihi tuum* praesagiebat.

PRAESAGITIO. Facultas praesagiendi (*Ahndungsvermögen*). Div. I. 31. *inest in animis* praesagitio *extrinsecus iniecta atque inclusa divinitus.* Div. I. 54. *scriptum est* (Socratem) *quum Critonis sui familiaris oculum alligatum vidisset, quaesivisse, quid esset: quum autem ille respondisset, in agro ambulanti ramulum adductum, ut remissus esset in oculum recidisse, tum Socrates: non enim paruisti mihi revocanti, quum uterer, qua soleo* praesagitione *divina.*

PRAESCRIBERE. 1. *ante aliud* scribere Orat. III. 2. *auctoritates* praescriptae *scil.* SCto, i. e. nomina eorum qui scribendo affuerunt SCto, quorum nomina fidei causa SCto praeponebantur. Aliud est auctoritas *perscripta;* h. e. senatus decretum cui trib. pl. intercesserat; id non appellabatur senatus consultum sed senatus auctoritas, quae tamen *perscribi* solebat, ut quid senatus statuisset, constaret. 2. *praecipere, imperare.* Tusc. V. 6. *iniquum est* praescribere *mihi te, quemadmodum a me disputari velis.* Sen. 9. *S. Aelius, Ti. Coruncanius, P. Crassus, a quibus iura civibus* praescribebantur. Fin. II. 1. *omnis in quaerendo, quae via quadam et ratione habetur, oratio* praescribere *primum debet,* (ut quibusdam in *formulis* quae res agatur), *ut inter quos disseritur conveniat quid sit id de quo disseratur.* Ac pr. II. 3. *hoc liberiores et solutiores sumus, quod integra nobis est iudicandi potestas, nec ut omnia, quae* praescripta *et quasi imperata sint, defendamus, necessitate ulla cogimur.* Div. II. 59. *An Aesculapius an Serapis potest nobis* praescribere *per somnium curationem valetudinis, Neptunus gubernantibus non potest?* 3. paullo durius pro praedicere. Vatin. 2. *quam causam ad patronos tuos aut quod os afferes, quibus iam* praescribis, *quanto illis probro futurum sit, si te defenderint.*

PRAESCRIPTIO. 1. *lex, praeceptum.* Ac. pr. II. 46. audi *illos, qui dicant — fontem omnium bonorum in corpore esse, hanc normam, hanc regulam, hanc* praescriptionem *esse naturae.* Tusc. IV. 9. *Intemperantia est a tota mente et a recta ratione defectio, sic aversa a* praescriptione *rationis* etc. Rab. Perd. 2. praescriptio *semihorae* (ad dicendum). 2. Rull. II. 9. praescriptio *legis* sunt nomina auctorum, latorum, quae legi praescribuntur Fam. V. 2. *SCtum ea* praescriptione *est*, quod capiendum vel de nominibus eorum, qui scribendo affuissent, quorumque nomine praeposita essent. Vid. Manut. ad h. l. vel potius de verbis iis quibus retulerat Cicero ad Senatum de Metello, in quibus scil. est causa decreti Senatus, quaeque honorifica erant. *Praescriptio* pro causa, praetextu, est ap. Caes. B. C. III. 32. 3. In lexico Fabri laudatur ex Cic. Orat. pro Rosc. Com. 2. *praescriptio* pro *pactione.* Sed ibi bonae editiones habent *perscriptio*, quae lectio vera est. Iungitur enim tabulis s. libris. Vid *Perscriptio.* Saepe autem haec duo verba confunduntur ut Orat. I. 58. ubi vid. Peaccius. *Ern.*

PRAESCRIPTUM, praeceptum, regula. Orat. II. 42. *Plura multo homines* iudicant *odio aut amore — quam veritate, aut* praescripto *aut iuris norma aliqua,* — Orat. 11. Quid est quo praescriptum aliquod (*einen ersten Grundsatz*) aut formulem exprimas. Inv. II. 45. *ex suo consilio et ex ea ratione, quae in mentem aut in libidinem venerit, non ex communi* praescripto *civitatis unumquamque rem administrare.*

PRAESENS. 1. de tempore. Div. I. 30. *quum est somno sevocatus animus a societate et contagione corporis, tum meminit praeteritorum,* praesentia *cernit, futura praevidet.* Catil. I. 9. *magna tempestas invidiae nobis si minus in* praesens, *at in posteritatem impendet.* Phil. XI. 2. *Dolabella — in Asiam irrupit — praemisso Octavio scelerato latrone — qui popularetur agros — non ad spem constituendae rei familiaris — sed ad* praesentem *pastum mendicitatis suae.* Off. I. 4. *inter hominem et beluam hoc maxime interest; quod haec tantum, quantum sensu movetur, ad id solum quod adest, quodque* praesens *est, se accommodat, paullulum admodum sentiens praeteritum aut futurum.* 2. *proxime instans.* Div. II. 59. *atqui ne si navigare quidem velim, ita gubernarem, ut somniaverim.* Praesens

enim poena sit. (*Die Strafe möchte gleich hinterdrein kommen*). 3. de hominibus quibuscum coram agimus, qui nobis praesto sunt. Fam. II. 7. praesens tecum egi. Fam. X 4. *si facultas mihi tui* praesentis *esset* (*wenn ich dich könnte zu sprechen bekommen*). Q. Fr. II. 7. *cetera* praesenti sermoni (*aufs mundliche Gespräch*) *reservetur.* Off. I. 41. *neque solum viri atque* praesentes *studiosos dicendi erudiunt atque docent, sed hoc idem etiam post mortem monumentis literarum assequuntur.* 4. *in rem praesentem venire.* Orat. I. 58. Caecin. 7. est proprie in eum locum de quo controversia est, deinde coram adesse ipsum. Off. I. 10. *si constitueris cuipiam te advocatum* in rem praesentem *esse venturum* (*dich an Ort und Stelle zu verfugen*). 5. *praesens pecunia* (baares Geld) est quae statim solvitur, non per attributionem. Att. II. 3. *pro eo libro tibi* praesentem pecuniam *solvi imperavi.* 6. *conspicuus manifestus.* Catil. III 9. *illud porro nonne ita* praesens *est, ut nutu Iovis factum esse videatur?* 7. certus, magnus. Tom. I 9 *fructus* praesentiores *tulisses.* Ibid XV. 4. praesentes *insidiae.* 8. celeriter efficax. Phil. III. *recte veneficum appellat, a quo tibi* praesentem *pestem vides comparatam* Att. XV. 6. *vires ad nocendum* praesentes. 9. de animo, alacer et rebus intentus. Off. I. 23 *fortis et constantis est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu* deiici, *sed* praesentis animi *uti consilio nec a ratione discedere.* Orat. II. 20. *animus acer et* praesens, *et acutus idem atque versutus invictos viros efficit.*

PRAESENSIO. 1 Div. I. 1. *divinatio id est* praesensio *et scientia rerum futurarum.* N. D. II. 3. praedictiones et praesensiones (*Ahndungen*) *rerum futurarum.* 2. notio insita, πρόληψις. N. D. II. 17. *quum talem esse deum certa notione animi* praesentiamus — *ad hanc* praesensionem *notionemque nostram nihil video, quod potius accommodem*

PRAESENSUS. Div. I. 53. *Mihi ad hoc probandum satis est, non modo plura, sed pauciora divina* praesensa *et praedicta reperiri.* · *Quin etiam hoc non dubitans dixerim, si unum aliquid ita sit praedictum* praesensumque, *ut quum evenerit, ita cadat, ut praedictum sit, neque in eo quidquam casu et fortuito factum esse appareat, esse certe divinationem.*

PRAESENTIA. 1. Fam. VII. 1. praesentiae *tuae*

desiderium meo labore minuam. N. D. II. 66. *deorum saepe* praesentiae — *declarant ab his et civitatibus et singulis hominibus consuli.* Fin. V. 8. *in* praesentia. 2. Praesentia animi (*Gegenwart des Geistes*). Mil. 23. *Videbunt sapientissimi homines facti rationem*, praesentiam *animi, defensionis constantiam.*

PRAESENTIRE. 1. praesagire Rab. Perd. 10. *optimi et sapientissimi cuiusque animus ita* praesentit *in posterum, ut nihil nisi sempiternum spectare videatur.* Div. I, 18 *qui — concitatione quadam animi aut soluto liberoque motu futura* praesentiunt (*voraus ahnden*). Ibid. II. 48 Peripatetici — *censent esse in mentibus hominum tamquam oraculum aliquod, ex quo futura* praesentiant, *si aut furore divino* (*göttliche Begeisterung*) *incitatus animus, aut somno relaxatus solute moveatur ac libere.* 2. notione insita intelligere. N. D. II. 17. quum *talem esse deum certa notione animi* praesentiamus (*da wir dieses nach sicher angeborner Grundvorstellung ursprünglich einsehen.*)

PRAESEPE metaphorice pro lustro aut popina. Pison. 18. *hoc quidem etiam isti tui dicunt voluptarii Graeci*, (philosophi Epicurei). *Quos utinam ita audires ut erant audiendi! — Verum audis in* praesepibus; *audis in stupris; audis in cibo et vino*

PRAESES. Sext. 65. *Senatus reip. custos,* praeses, *propugnator.* Rull. II. *tribunus pl.* praeses *custosque libertatis.* Verr. V. 72. *Mercurius* quem P. Africanus — *in gymnasio Tyndaritanorum iuventutis illorum custodem ac* praesidem *voluit esse.*

PRAESIDERE. 1. de diis. Sull 31. *Vos dei patrii, qui huic urbi atque imperio* praesidetis. 2. de magistratibus. Vatin. 7. praesidentibus *in templo duobus non consulibus sed proditoribus huius civitatis* 3. de iudicibus. Mil. 37 *vobis — huic iudicio* praesidentibus. 4. de senatu. Phil. II. 7. *adeone pudorem cum pudicitia perdidisti, ut hoc in eo templo dicere ausus sis, in quo ego senatum illum, qui quondam florens urbi terrarum* praesidebat *consulebam.* 5. de civibus optimatibus. Phil. V. 13. *Gallia quae semper* praesidet atque praesedit *huic imperio libertatique communi.* Intelliguntur municipia et coloniae in Gallia Cisalpina s. togata; quam provinciam ibid. optima de rep. meritam merentemque dicit. Haec igitur dicitur praesidere h. e. tueri imperium libertatemque.

PRAESIDIUM. 1. locus in quo armati defendendi causa collocantur. Phil. I. 8. *armati in* praesidiis *multis in locis collocabuntur.* Hinc formula in praesidiis alicuius esse, est apud eius exercitum in eius castris esse. Fam. XIII. 19. *Lyso fuerat in nostra causa* (steterat a partibus Pompeii contra Caesarem) *nostrisque* praesidiis. Ligar. 9. *tantummodo in* praesidiis *eratis, animi vero a causa abhorrebant;* (ironice dictum). Cael. 28 *praegestit animus videre — viros ab imperatrice* (sic ludibrii causa Clodiam appellat) *in insidiis atque in* praesidio *balnearum locatos.* 2. metaphorice. Sen. 26. *Vetat Pythagoras iniussu imperatoris id est dei, de* praesidio *et statione vitae decedere.* 3. *praesidia* dicuntur ipsi milites qui defendendi causa ponuntur in castris, oppidis, templis, pontibus etc. Catil. I. 1. *nocturnum* praesidium Palatii. ibid. 4. *sensistine* illam coloniam meo *iussu, meis* praesidiis, *custodiis vigiliisque esse munitam.* Rull. I. 5. Tibi nos et *istis tuis harum omnium rerum machinatoribus totam Italiam inermem tradituros existimasti, quam praesidiis* confirmaretis? Fam. II. 17. *Scribis Apameae* praesidium *deduci non oportuisse.* 4. *praesidium* dicitur ipsa custodia ac tutela. Muren. 37. hi *integrum consulem et bonum imperatorem — deiici de urbis* praesidio *et de custodia civitatis — deturbari volunt.* ibid. 10. omnes *urbanae res, omnia haec praeclara studia et haec forensis laus et industria latent in tutela ac* praesidio *bellicae virtutis.* Orat. 65. *ubi libido dominatur, innocentiae leve* praesidium *est.* Verr. V. 13. praesidia *munita pudoris et pudicitiae vi et audacia capere.* 5. *omne* auxilium, *subsidium vel adiumentum.* Tusc. II. 1. *qui mortem non timet, magnum sibi* praesidium *ad beatam vitam comparat.* Orat. I. 9. *Gracchi omnibus vel naturae, vel doctrinae* praesidiis *ad dicendum parati.*

PRAESIGNIFICARE. Div. I. 38. II. 49. *si sunt dii neque ante declarant hominibus quae futura sint aut non diligunt homines — aut non censent esse suae maiestatis* praesignificare *hominibus quae sunt futura.*

PRAESTABILIS. N. D. II. 7. *nihil omnium rerum melius est mundo, nihil* praestabilius, *nihil pulchrius.* Sen. 12. *quum homini sive natura, sive quis deus nihil mente* praestabilius *dedisset.* Lael. 27. *vos*

hortor ut ita virtutem locetis — ut ea excepta nihil amicitia praestabilius *putetis.* Orat. II. 85. res *aut magnitudine* praestabiles *aut novitate primae.* Vatin. 4. quaero utrum *tandem putes — melius et* praestabilius *fuisse me civem in hac civitate nasci ante?*

PRAESTANS. Tusc. V. 13. *ut bestiis aliud alii* praecipui *a natura datum est — sic homini multo quiddam* praestantius; *etsi* praestantia *debent ea dici, quae habent aliquam comparationem.* Tusc. I. 10 *Aristoteles longe omnibus* (*Platonem semper excipio*) praestans *et ingenio et diligentia.* Sext. 42. *qui primi virtute et consilio* praestanti *exstiterunt.* Vatin 3. *quid, homo imperitissime solidae laudis ac verae dignitatis,* praestantius *mihi potuit accidere, quid optabilius ad immortalitatem gloriae?* Orat. I. 50. *ne philosophi quidem ipsi — dicere audent, geometriam aut musicam philosophi esse, quia Platonem omnes in illis artibus* praestantissimum *fuisse fateantur.*

PRAESTARE. 1. antecellere. Fin. II. 33. *homini, qui ceteris animantibus multum* praestat, praecipui a *natura nihil datum esse censemus?* Orat. II. 67. *Socratem opinor in hac ironia dissimulantiaque longe lepore et humanitate omnibus* praestitisse. Inv. II. 1. Zeuxis quum Helenae se pingere simulacrum velle dixisset, *Crotoniatae, qui eum muliebri in corpore pingendo plurimum aliis* praestare *saepe accepissent, libenter audierunt.* Lael. 5. *hoc* praestat *amicitia propinquitati, quod ex propinquitate benevolentia tolli potest, ex amicitia non potest.* Att. VII. 13. *quae conditio non huic fugae* praestitit? Leg II. 2. *nos et eam* patriam *dicimus ubi nati, et illam qua excepti sumus. Sed necesse est caritate eam* praestare, *qua reip. nomen universae civitatis est.* Brut. 54. *qui* praestat *intelligens imperito? Magna re et difficili.* Brut. 43. *Crassus — quatuor et triginta tum habebat annos, totidemque annis mihi aetate* praestabat. 2. cum accus. *perficere, exsequi.* N. D. I. 4. *arbitramur nos et publicis et privatis in rebus ea* praestitisse, *quae ratio et doctrina praescripserit.* 3. exhibere, Fam III. 10. Pomptinius — praestat tibi *memoriam benevolentiamque quam debet.* Fam. I. 6. praesta *te eum, qui mihi a teneris unguiculis es cognitus.* Pis. 32. *senatui sententiam* praestare, h. e. praebere, et constanter dicendo explicare. 4. Planc. 1. *Nisi eius integerrimam vitam, mode-*

modestissimos mores — ostendero. *nihil de poena recusabo. Sin omnia* praestitero (i. e. in eo inesse ostendero) *quae sunt a bonis viris expetenda, petam a vobis* etc. 3. aliquem *praestare* dicuntur, qui spondent pro eo, qualis sit aut futurus sit, aut ut talis sit, qualis debet, aut qualem alii volunt, efficit (*für jemanden gut sagen, für ihn einstehen*). Q. Fr. I. 1, 3. *esse circumspiciendum diligenter, ut in hac custodia provinciae non te unum, sed omnes ministros imperii tui sociis* praestare *videare*. Ibid. 4. *hos his finibus* praestabis, *quos ante praescripsi, quos vero — horum non modo facta, sed etiam dicta* praestanda *sunt*. Att. VI. 2. *nec satis est se quemque* praestare Ibid. VI 3. *quem ego* praestare *non poteram*. Q. Fr. III. 8. *Messalam Caesari* praestabo, h. e. certo scio eum ut Caesar optat consulem fore. *Ern.* 4. Leg I. 4 ICti — hoc (ius) *civile* quod vocant, *eatenus exercuerunt, quoad populum* praestare *voluerunt* h. e. tutum in causis forensibus praestare; s. ut Goerenzius explicat, ius civile ea tantum ex parte excoluerunt, qua populi i. e. eorum, quibus causarum patrono etc. opus esset, partes causasque suscipere possent; vel tantum modo operae in iure civili posuerunt, quantum usus forensis desiderat. 6. Omnino res dicuntur praestari, quum aliquis fidem facit eas non eventuras, vel earum periculum suscipit. Q. Fr. III. 1. praestabo *sumptum nusquam melius poni posse*. Fam. I 4 *a vi* praestare *nihil possum*. Orat. I. 24. *istam culpam, quam vereris, ego* praestabo, (*will ich auf mich nehmen*). Top. 4. *Si quis in pariete communi demoliendo damni infecti promiserit, non debebit* praestare (*darf nicht dafür haften*) *quod fornix vitii fecerit*. Muren. 2. *in iis rebus repetendis, quae mancipi sunt, is periculum iudicii* praestare *debet, qui se nexu obligavit* Fam. IX. 16. *nihil est sapientis* praestare *praeter culpam* Off. III. 17. *etiam in mancipiorum venditione fraus omnis excluditur. Qui enim scire debuit de sanitate, de fuga, de furtis*, praestat (*muſs dafür haften*) *edicto aedilium*, i. e. si quis scisset servum quem vendit, corporis vitio affectum, aut fugitivum aut furem esse, idque emptorem celasset, damnum emptori resarcire cogitur. Sext. 28. *dixit eam sententiam Cato cuius invidiam capitis periculo sibi* praestandam *videbat*. 7. *factum alicuius praestare* est illud defendere ac tueri, (*vertreten*).

Sext. 11. *eas res gesseram, quarum non unus auctor, sed dux omnium voluntatis fuissem — ea conditione gesseram, ut meum factum semper omnes* praestare, *tuerique deberent.*

PRAESTANTIA. Div. II. 63. *dii immortales rerum omnium* praestantia *excellentes.* Fin. V. 12. *Videmus — animum* (hominis) *ita constitutum, ut et sensibus instructus sit, et habeat* praestantiam *mentis* (*den Vorzug der Vernunft*). Orat. II. 52. *Superioribus invidetur saepe vehementer, et eo magis, si intolerantius se iactant, et aequabilitatem communis iuris* praestantia *dignitatis, aut fortunae suae transeunt.* Off. I. 28. *Nobis personam imposuit ipsa natura magna cum excellentia* praestantiaque *animantium reliquarum*, forma insolentiore, pro *quae reliquis animantibus magnopere praestet.*

PRAESTAT melius est. Pis. 7. *Emori potius quam servire* praestat. N. D. III. 31. *si, qui audierunt, vitiosi essent discessuri, quod perverse philosophorum disputationem interpretarentur, tacere* praestaret *philosophis, quam iis, qui se audissent*, nocere. Att. XIV. 9. *mori millies* praestitit, *quam haec pati.*

PRAESTIGIAE, proprie artes praestigiatorum qui celeritate manuum, per acetabula et id genus alia perficiunt, quae incredibilia aut mirabilia videntur, (*Taschenspielerkünste*). Deinde transfertur ad quascunque fallacias subdole excogitatas. Verr. IV. 24. *non per* praestigias *sed palam totum oppidum compilavit Verres.* N. D. III. 29. *omnes meos dolos, fallacias*, praestigias *praestrinxit commoditas patris;* versus e Synephebis Pacuvii. Ibid. *quid ergo? isti doli, quid? machinae* praestigiaeque *num sine ratione esse potuerunt?* Ac. pr. II. 14. *ut maneamus in perspicuis firmius et constantius, maiore quadam opus est vel arte vel diligentia, ne ab iis, quae clara sint, ipsa per sese, quasi* praestigiis *quibusdam et captionibus depellamur*, ibid. 27. *ex iisdem verborum* praestigiis *et regna vobis nata sunt, et imperia, et divitiae*, de Stoicorum paradoxis, quibus sapientem solum regem, solum divitem esse pronuntiabant.

PRAESTITUERE, praefinire, praescribere Verr. I. 56. diem praestituit operi faciundo Kal. Decembris. Tusc. I. *natura dedit usuram vitae, tanquam pecuniae, nulla* praestituta *die* (*ohne einen bestimmten Termin*).

Quint. 9. *illud restiterat — ut nobis tempus quam diu diceremus*, praestitueres. Caecin. 5. praetor *numquam* praestituit *petitori, qua actione illum uti velit.*

PRAESTO. Inv. II. 31. *hostiae ad sacrificium* praesto *non fuerunt.* Att. IV. 12. *Dionysius nobis* praesto *fuit.* Oecon. 1. *quod alteri deest* praesto *plerumque est alteri.* Deiot. 4. (Deiotarus) *tibi victori non solum ad hospitium, sed ad periculum etiam atque ad aciem* praesto *fuit.* Fam. IV. 14. *de mea in te voluntate sic velim iudices, me opera et consilio, studio quidem certe rei, famae, saluti tuae* praesto *futurum.*

PRAESTOLARI, *auf einen warten, abwarten.* Att. II. 15. *ego in montes patrios pergam — ita tamen ut — in Formiano tibi* praestoler *usque ad III. Non. Maii.* Ibid. III. 20. *ego huic spei et exspectationi quae proponitur maxime tamen volui* praestolari *apud te in Epiro.*

PRAESTRINGERE, hebetare. Caecil. 14. *periculum est ne Hortensius gestu ipso ac motu ipso* praestringat *aciem ingenii tui.* Vatin. 20. praestringit *oculos splendor eius.* Div. I. 29. *ea parte animi quae voluptate alitur, nec inopia enecta nec satietate affluenti, quorum utrumque* praestringere *aciem mentis solet.* Ex Platonis de Republ. lib. IX. init. Phil. XII. 2. *Antonii est acta causa ab amicis eius non publica. Quod videbam equidem, sed quasi per caliginem* Praestrinxerat *aciem animi D. Bruti salus.*

PRAESUL. Div. I. 26. *Bello Latino — ludis intermissis instaurativi constituti sunt. Qui antequam fierent, quumque iam populus consedisset, servus per circum quum virgis caederetur, furcam ferens ductus est. Exin cuidam rustico Romano dormienti visus est venire, qui diceret* praesulem (*der Vortänzer*) *sibi non placuisse ludis.* Hic olim vulgabatur *praesultorem*, ut Div. II. 66. Utroque loco Gruterus e compluribus Mss. restituit *praesulem* eadem significatione.

PRAESUMPTIO. Div. II. 53. demus tibi istas duas sumptiones ea quae λήμματα appellant dialectici, *praesumptio tamen quam πρόληψιν illi vocant non dabitur.*

PRAETENDERE, *bemänteln.* Vatin. 6. *volo ut mihi respondeas tu, qui te Pythagoricum soles dicere et*

aedilitate praeteritos *consules factos esse.* Tusc. V. 19. *si quum sapiens et bonus vir — suffragiis* praeteritur, *non populus a bono consule potius, quam ille a malo populo repulsam fert.* 5. de eo qui in testamento alicuius mentionem non facit. Phil. II. 16. *te — Rubrius — fecit heredem. Et quidem vide quam te amarit is, qui albus aterve fueris ignorans fratris filium* praeteriit. 6. de re praeterita. Sen. 19. *mihi ne diuturnum quidem quidquam videtur, in quo est aliquid extremum. Quum enim id advenit, tunc illud quod* praeteriit, *effluxit.* 7. *non* praeterit me i. e. *non fugit, non ignoro.* Cluent. 6. *illud me non* praeterit Fam. I. 8. *te non* praeterit, *quam sit difficile.* Caecin. 33. *quaeri hoc solere me non* praeterit.

PRAETERLABI. Orat. II. 25. *definitio in sensum et mentem iudicis intrare non potest. Ante enim* praeterlabitur, *quam percepta est.*

PRAETERMISSIO, omissio. Top. 7. *Formae sunt hae in quas genus sine ullius* praetermissione *dividitur.* Off. II. 17. *Mamerco* praetermissio *aedilitatis, consulatus repulsam attulit.*

PRAETERMITTERE. 1. Omittere. N. D. III. 15. *Temperantia constat ex* praetermittendis *voluptatibus corporis.* 2. *negligere* Off. I. 9. praetermittendae *defensiones, deserendique officii plures solent esse causae.* Fam. I. 9. *quae* praetermitti *sine nefario scelere non possunt.* 3. dicendo aut scribendo praeterire. Orat. II. 29. *quare Crasse neque tu tua suavitate nos privabis, et si quid ab Antonio aut* praetermissum, *aut relictum sit non explices* Q. Fr. III. 3. *de aqua et via nihil* praetermisi *quadam epistola, quin ad de enucleate scriberem.*

PRAETERVECTIO, *Vorbeyfahrt.* Verr. V. 66. *monumentum sceleris audaciaeque suae voluit esse in conspectu Italiae, vestibulo Siciliae,* praetervectione *omnium qui ultro citroque navigant.*

PRAETERVEHI. 1. *vorbeyfahren.* Verr. V. 39. *Insulam totam* praetervectus *est* (pirata) *quae est urbis magna pars Syracusis.* Fin. V. 18. *Sirenes vocum suavitate revocare eos solitae qui* praetervehebantur. 2. in oratione praeterire. Phil. VII. 3. *magna spe ingredior in reliquam orationem quoniam periculosissimum locum silentio sum* praetervectus. 3. de loco orationis difficili superato. Cael. 21. *Emersisse e vadis et sco-*

pulos praetervecta *videtur oratio mea*. 4. de oratione quae attentionem auditorum praeterlabitur. Balb. 2. *oratio quae non* praetervecta *est aures vestras, sed in animis omnium penitus insedit.*

PRAETERVOLARE. 1. sensu proprio. Arat. fr. *rutila fulgens pluma* praetervolat *ales*. 2. metaphorice de iis quae parum sentiuntur. Orat. III. 59. *sententiae saepe acutae non acutorum hominum sensus* praetervolant. Orat 58 (auditores verba et sententias) *dum animis attentis admirantes excipiunt, fugit eos et* praetervolat *numerus.* Fin. V. 26. *illud a te nimium festinanter dictum videtur — nescio quomodo* praetervolavit *oratio.* 3. leviter et obiter tractare dicendo. Ar. pr. II. 13. *haec duo proposita non* praetervolant, *sed ita dilatant, ut non mediocrem curam adhibeant et diligentiam.*

PRAETEXERE. 1. praeparare. Orat. II. 78. *omnia quae fiunt, quaeque aguntur acerrime lenioribus principiis ipsa natura* praetexuit. 2. praetendere, causam aliquam simulare (*als Vorwand brauchen*). Pis. 24. *Nemo potest exercitum cupere aperteque petere ut non* praetexat *cupiditatem triumphi.* 3. Div. II. 54. ubi vulgo legitur *sententiae carmen omne* praetexitur, rectius cum Davisio legendum pertexitur. Vid. Ind. Gr. in Ακροστιχις.

PRAETEXTA toga alba cum limbo purpureo a qua nomen traxit; qua utebantur magistratus (inde ab aedilitate curuli), sacerdotes, magistri ludorum, magistri vicorum et pueri puellaeque ingenuae. 1. de magistratibus p. Red. in Sen. 5. *consul cum toga* praetexta. Verr. V. 14. inter insignia aedilitatis curulis refertur *toga praetexta.* Q. Fr. II. 12. Antiocho regi Commageno Caesar consul togae praetextae honorem concesserat, quam quomodo Cicero in senatu cavillatus sit narrat ad Q. Fr. II. 12. *Quod nos vult renovare honores eosdem, quo minus togam praetextam quotannis interpolet decernendum nihil censeo;* iocose, quasi praetextam nisi novo decreto renovaretur, novis quotannis coloribus inducere eamque usu detritam sarcire cogeretur. 2. de pueris ingenuis qui praetexta utebantur donec acciperent togam virilem. Lael. 10. de amicitiis dissolutis quum Scipio dissereret, *earum exemplum ex similitudine capiebat ineuntis aetatis, quod summi puerorum amores* (amicitiae inter pueros) *saepe*

una cum praetexta *ponerentur.* Verr. I. 58 de Iunio pupillo, qui a Verre bonis patriis spoliatus in iudicium venerat: *neque te tam commovebat, quod ille cum toga* praetexta, *quam quod sine bulla venerat. Vestitus enim neminem commovebat is, quem illi mos et ius ingenuitatis dabat.* Catil. II. 2. *Tongillum mihi eduxit quem amare in* praetexta *coeperat* scil. notatur amor pueri incestus. 3. de puellis ingenuis Verr. I. 44. *eripies igitur* pupillae togam praetextam? *detrahes ornamenta non solum fortunae, sed etiam ingenuitatis.*

PRAETEXTATUS. 1. de magistratibus. Dom. 37. *videre* praetextatos *inimicos*; (notantur consules Piso et Gabinius). Att. VI. 1. *magnus* praetextatus *illo die fui;* scil. illo die, quo consulatum deposui. Sed in illo loco videtur aliquid depravatum. Esset sane putidum si Cicero nihil aliud dicere voluisset, nisi se illo die magnum consulem fuisse. Atticus ad eum scripserat (A. U. 702.) *pridie Kal. Ianuarias*, eumque illius diei suaviter commonefecerat, quo tredecim annis ante (A. U. 690.) cum clarissimo illo iureiurando, patriam a se servatam esse, deposuerat. Iam Cicero Attico rescribit: *quod ego non eram oblitus*, et videtur haec addidisse: *insignius enim illo die* (scil. anniversario A. U. 702.) praetextatus *fui.* 2. de pueris ingenuis. Muren., 5. *sedere in equis triumphantium* praetextati *potissimum filii solent.* Phil. II. 18. *tenesne memoria te* praetextatum *decoxisse?* h. e. bonis patriis ob aes alienum cessisse. 3. de iis qui ludos faciunt. Pis. 4. *Tu quum III. Kal. Ian. Compitaliorum dies incidissent Sex. Clodium qui nunquam ante* praetextatus *fuisset, ludos facere, et* praetextatum *volitare passus es.*

PRAETOR; 1. olim nomen consulis, quia exercitus idem ducebat. Leg. III. 3. e XII. tabb. *regio imperio duo sunto iique* praeeundo, *iudicando, consulendo*, praetores, *iudices, consules appellantor.* Est enim *praetor* proprie *dux.* Vid. Perizon. diss. de Praetorio p. 8 2. Postea a Consulatu separata est iurisdictio, et nomen praetoris datum ei, qui eam acceperat; isque dictus *praetor urbanus*, qui ius dicebat inter cives, cuius saepe mentio apud Ciceronem. Vid. Lips. excurs. D. ad Tacit. Ann. 1. Additus post alter, qui ius diceret inter cives et peregrinos. et *praetor peregrinus* dictus est. De quo est erudita diss. Cl. Con-

radi in Parergis. Post alii rei militaris causa creati. Bello quidem Punico secundo quatuor praetores creati fuere, ut e Livio patet. Bello Macedonico primo, Coss. C. Cornelio Cethego et Q. Minucio Rufo primum sex creati, crescentibus iam provinciis, et latius patescente imperio. Vid. Liv. XXXII. 27. Multis annis post e lege Baebia iterum quatuor alternis annis creati; ibid. XL. 44 ubi vid. Duker. Sed ea lex statim obsolevit, et pristinum institutum mansit. Quum A. U. 604. quaestiones perpetuae constitui coepissent, iidem praetores quaestionibus praefecti sunt; et hinc *quaesitores* dicti. Vid. *Quaesitor.* Itaque eorum numerus cum numero quaestionum auctus est. Sulla sex fecit, Iulius Caesar octo; alios addidit Augustus etc. Vid. Manut. ad Q Fr. II. 1. horum quoque crebra mentio ap. Ciceronem. Vid. Pighii Annales ad A. U. 387. quo primus Praetor creatus. 3. Sed *praetores* etiam dicti non solum, qui post praeturam in urbe missi sunt in provinciam et *propraetores* quoque appellati, qualis Verres praetor Siciliae, sed etiam, qui post consulatum, et qui proprie Proconsules dicti. Sic Fam. II. 17. Bibulus Procos. Syriae appellatur *praetor*, ad quem locum vid Manut. Itaque non erat, quare Pighius ad A. U. 541. Verr. III. 54. pro *praetoribus* legi vellet *Procoss. et praetoribus* quod Levinius e Consulatu in Siciliam venerat. cf. Perizon. Id. p. 23 sq. 4. *Praetor primus* Pis. 1. est, qui primus creatus est, quod est honorificum ut signum benivolentiae populi; nec tamen statim urbanus, ut quibusdam placuit. Nam et urbanam praeturam sorte datam auctor est Livius XXX. 2. et Cicero Verr. 1. 40. Adde Duker ad Liv. XXIX. 22. 5. Div. I. 54. *quum apud Delium male pugnatum esset Lachete* praetore. Lambino Laches videtur Archon fuisse. Potuit etiam στρατηγός intelligi; quod mavult idem ad Liv. XXXI. 24. *Ern.* 6. *praetores Capuae* Rull. II. 34 qui in ceteris coloniis duumviri. Iam loca addemus de praetoribus memorabiliora. Caecin. 13. Praetor *dies totos aut vim fieri vetat, aut restitui factam iubet; de fossis, de cloacis, de minimis aquarum itinerumque controversiis interdicit.* Verr. V. 49. praetor *numquam petitori praestituit, qua actione illum uti velit.* ibid. I. 46. exemplum praetoris iis quae alter praetor iniuste decreverat intercedentis. L. Piso (praetor) *multos codices implevit earum rerum, in quibus ita*

intercessit, quod iste (Verres praetor) *aliter atque ut edixerat* (i. e. contra edictum suum) *decrevisset*. Verr. I. 60. Verri obiicitur, quod in *praetura* (h. e. quum praetor urbanus esset) *iudicium publicum exercuerit*. Non enim licebat praetori urbano, cuius munus tantum iurisdictione civili continebatur, etiam quaesitorem agere de causis publicis s. capitalibus; nisi forte, quod nonnunquam factum, est ei praeter iurisdictionem urbanam quaestio quaedam committeretur. Vid. Graevius ad Verr. I. 40. Cluent. 43. praetores *urbani*, *qui iurati debent optimum quemque in selectos iudices referre numquam sibi ad eam rem censoriam ignominiam impedimento esse oportere dixerunt*. Muren. 20. *in ipsa praetura nihil ne existimas inter tuam* (Ser. Sulpicii) *et istius* (Murenae) *sortem interfuisse? Huius sors ea fuit quam omnes tui necessarii tibi optabamus iuris* dicundi — *Quid tua sors? tristis, atrox*, quaestio peculatus.

PRAETORIUM. 1. tabernaculum praetoris in castris. Div. I. 33. *quum Sulla in agro Nolano ante* praetorium *immolaret*. Balb. 17. *imperatorum* praetoria. 2. aedes in provinciis in quibus magistratus provincialis, proconsul autem propraetor, habitabat. Verr. IV. 28. quum Verres a rege Antiocho petiisset ut candelabrum illud Capitolio dicatum, ad se mitteret, et cupere se dixisset inspicere — Antiochus imperat suis, *ut id in* praetorium *involutum quam occultissime deferrent*. Alio loco autem (Verr. IV. 53.) docet Cicero praetorium fuisse Syracusis domum quae regis Hieronis fuerat. Sed de hoc verbo eruditissime scripsit Perizonius diss. de Praetorio et eius apologiis contro Ulr. Hubertum edita Franequ. 1690. Verr. V. 12. mentio fit *praetorii* in cuius celeberrimo loco Castoris templum sit, unde Hotomannus colligebat locum in foro fuisse, quod *praetorium* diceretur. Sed illud templum in fori parte celeberrima fuit. Vid. Verr. I. 49. 50. Itaque vocabulum plane est ab hoc loco alienum. Lambinus legebat *urbis*, Perizon *praetoribus*, Graevius optime vel *populi Romani*, vel *fori Romani*. *Ern.*

PRAETORIUS. 1. Quir. p. R. 7. praetorii, qui praetores fuere. 2. Verr. I. 52. praetoria *turba*, qualis sc. confluere ad praetorem urbanum solet. *Cohors praetoria*. Vid. *Cohors* 3. *Exceptiones praetoriae* Inv.

II. 19. i. e. ex edictis praetorum institutae. Sic et *ius praetorium* dicitur. Vid. *Ius* n. 7. *Ern.*

PRAETURA. Caecil. 9. Quum Caecilius, qui Verris quaestor fuerat, se accusatorem Verris constitui oportere contenderet, quod eius inimicus esset, praeterea eius crimina optime in quaestura cognovisset, Cicero: *illi quidem* (*Siculi*) *inquit, ut est hominum genus nimis acutum et suspiciosum, non te ex Sicilia literas in Verrem deportare velle arbitrantur, sed quum iisdem literis illius* praetura *et tua* quaestura *consignata sit,* (h. e. multa quae Verres in praetura et Caecilius in quaestura improbe egerit perscripta sint) *asportare te velle ex Sicilia literas suspicantur;* (nempe ut aboleri a te possint). Flacc. 3. praeturae *iurisdictiones varia et multiplex ad suspiciones et simultates.* Muren. 26. praetura probata in iure, grata in munere, (i. e. propter ludorum elegantiam et scenae magnificentiam) ornata in provincia, scil. quod (ut c. 18. dixerat) multos in provincia ac legatione omni, et liberalitatis et virtutis suae testes habuerat.

PRAEVARICARI. Cluent. 21. ubi narratur Cepasium maiorem qui Fabricium defendebat, quaedam attulisse quae causae clientis nocerent; addit Cicero: *hoc quamquam sedulo* (h. e. bona fide) *faciebat, tamen interdum non defendere, sed* praevaricari accusationi *videbatur* (h. e. accusatorem potius iuvare quam clientem suum defendere). Att. IV. 16. de Lentulo Gabinii accusatore; *quem fremunt omnes praevaricatum.* Nimirum nihil erat illo accusatore subscriptoribusque eius infantius. Q. Fr. III. 4. Itaque videbatur multis praevaricatus esse potius, quam vere et sedulo accusasse.

PRAEVARICATIO est crimen eius, qui colludit cum reo et accusandi munere sic fungitur, ut proprias probationes dissimulet, falsas autem rei excusationes admittat. (Martian. D. ad S. C. Turpilian. l. l.) Id quoniam fieri solet accusatore ab reo pecunia corrupto hinc Partit. 36. *Si in reo pecunia absoluto rursusque absoluto* praevaricationem *accusator esse definiat omnem iudicii corruptelam ab reo, defensor autem non omnem, sed tantummodo accusatoris corruptelam ab reo.* Et paullo post: *defensor testatur consuetudinem sermonis verbique vim ex contrario reperiet, quasi ex vero* accusatore, *cui contrarium est nomen* praevaricatoris *ex nomine ipso, quod significat eum, qui in contrariis*

causis, quasi varie esse positus videatur. 2. metaphorice, de philosopho qui in disputatione adversario aliquid concedit, quod non erat concedendum. Div. II. 43. id ipsum, quod vir optimus Diogenes Chaldaeis quasi quadam praevaricatione concedit, nego posse intelligi.

PRAEVARICATOR. 1. sensu proprio. Ulpian. I. Athletas de his qui notantur infamia: *Praevaricator est quasi* varicator *qui diversam partem adiuvat prodita sua causa.* Partit. 35. Vid. *Praevaricatio.* Caecil. 18. de Caecilio, qui se Verris inimicum esse simulaverat: *Si tu cum illo postea in gratiam redisti, si domi illius aliquoties, si ille apud te postea cenavit, utrum te perfidiosum, an* praevaricatorem *existimari mavis?* Nempe si serio Verrem accusaturus erat, perfidiosus erat amicus; si simulate, praevaricator. 2. metaphorice. Phil. II. 11. quum Antonius dixisset Caesarem Ciceronis consilio interfectum: *Iam vereor, P. C. ne quod turpissimum est* praevaricatorem *mihi apposuisse videar, qui me non solum meis laudibus ornaret, sed etiam oneraret alienis.* Fam. VIII. 11. Curio (trib. pl.) *tui cupidissimus, cui omnibus rationibus dies comitiales eripiebantur* (a Paullo consule, qui de caelo servabat, ne quid ille cum populo agere posset) *negabat se ullo modo pati posse decerni supplicationes, ne si quod furore Paulli ademptum esset boni, sua culpa videretur amisisse et* praevaricator *causae publicae existimaretur;* proditor causae Caesaris, quam ille publicam appellabat.

PRAEVERTERE. 1. superare. Sull. 16. *nemo umquam me tenuissima suspicione perstrinxit, quem non* praeverterim, i. e. ut Ernestius recte interpretatur, quem non superarim, s. cui ego non multo plus reddiderim in eo genere quam ab ipso accepissem. Itaque nihil opus erat: quod Lambinus lectionem aliquot Mss. *perverterem* reciperet. 2. aliud alio prius facere. Div. I. 3. *si vacas animo, neque habes aliud quod huic sermoni* praevertendum *putes.*

PRAEVIDERE de futuris ante quam eveniant, praecognitis. Div. I. 30. *somno sevocatus animus a societate et a contagione corporis meminit praeteritorum, praesentia cernit, futura* praevidet.

PRAEVOLARE. N. D. II. 49. *Grues in tergo* praevolantium *colla et capita reponunt.*

rectis, sed etiam in pravitatibus *insignis est humani generis similitudo.*

PRAVUS. 1. de corpore eiusque partibus, Fin. V. 17. *Videsne ut si qua in membris* prava, *aut debilitata aut imminuta sint, occultent homines?* 2. de animo Ac. pr. II. 11. *interesse oportet ut inter rectum et* pravum, *sic inter verum et falsum.* Tusc. II. 55. *nec id putet esse rectum, se quum maxime excruciari luctuque confici, quo* pravius *esse nihil possit.* Brut. 74. pravissima *consuetudinis regula.* 3. de bestiis Fin. II. 11. *Bestiarum nullum iudicium esse puto. Quamvis enim* depravatae *non sint,* pravae *tamen esse possunt.*

PRECARI. Balb. 24. *Maiores nostri — quum illam* (sacerdotem) *quae Graecum illud sacrum* (Cereris) *monstraret et faceret, ex Graecia deligerent: tamen sacra pro civibus civem facere voluerunt, ut deos immortales scientia peregrina et externa, mente domestica et civili* praecaretur. N. D. III. 134. *Dionysius — Victoriolas aureas et pateras, coronasque, quae simulacrorum porrectis manibus sustinebantur sine dubitatione tollebat, eaque se accipere, non auferre dicebat. Esse enim stultitiam a quibus bona* precaremur, *ab iis porrigentibus et dantibus nolle sumere.* Pis. 14. *utrum tandem bono viro et sapienti optabilius putas, sic exire e patria, ut omnes sui cives salutem, incolumitatem, reditum* precentur, *quod mihi accidit, an quod tibi proficiscenti evenit, ut omnes exsecrarentur, male* precarentur, *unum tibi illam viam et perpetuam esse vellent.*

PRECARIO. Caecin. 32. *nisi docet ita se possedisse ut nec vi, nec clam, nec* precario *possederit.* Verr. V. 23. *etiam si* precario *essent rogandi.*

PRECATIO. Mur. 1. *solemnis comitiorum* precatio *consularibus auspiciis consecrata.* N. D. III. 20. *in augurum* precatione *Tiberinum, Spinonem — alia propinquorum fluminum nomina videmus.*

PRECE. Inv. I. 16. prece *humili.* Att. XI. 15. *Quintus non modo non cum magna* prece, *sed acerbissime scripsit.*

PRECES. 1. *Gebete.* N. D. I. 14. *Zeno alio loco aethera deum dicit esse, si intelligi potest nihil sentiens deus. qui nunquam nobis occurrit, neque in* precibus, *neque in optatis, neque in votis.* Q. Fr. I. 3. *quod* precarer *deos, nisi meas preces audire desiissent.*

PRESSE. 1. de voce; in qua *presse loqui* dicitur is, qui (ut est Orat. III. 11.) literas nec exprimit putidius, nec obscurat negligentius. Off. I. 37. *imitatio* presse *loquentium et leniter*. Orat. III. 12. *sic locutum esse eius patrem iudico, sic maiores, non aspere, ut ille quem dixi, non vaste, non rustice, non hiulce, sed* presse *et aequabiliter et leniter*. 2. in disputatione vel oratione presse dicitur pro accurate, subtiliter. Tusc. IV. 7. *eas definiunt* pressius (*bestimmter*), Fin. IV. 10. *ut propius ad ea accedam, quae a te dicta sunt*, pressius *agamus* (*tiefer eindringen*). — *Mihi vero, inquit placet agi subtilius, et ut ipse dixisti* pressius. Orat. 35. *erit facultas in eo, quem volumus esse eloquentem, ut definire rem possit neque id faciat tam* presse *et anguste, quam in illis eruditissimis disputationibus fieri solet, sed quum explanatius tum etiam uberius*. Brut. 9. *nihil subtiliter dici* (posuit) *nihil* presse, *nihil enucleate, quo fieri possit aliquid limatius*, (quam est apud Demosthenem). Ibid. 53. *oratorum bonorum duo genera sunt, unum attenuate* presseque, *alterum sublate ampleque dicentium*.

PRESSUS subst. 1. sensu proprio. *Druck*. N. D. II. 42. *pressu duplici palmarum continet anguem*. 2. metaphorice de animi molestiis. Tusc. II. 23. *ut onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt; simillime animus intentione sua depellit* pressum *omnem ponderum, remissione autem sic urgetur, ut se nequeat extollere*. 3. conformatio oris in loquendo ut vox pressior exeat. Orat. III. 11. *Ex istis quos nostis urbanis, in quibus minimum est literarum, nemo est, quin literatissimum togatorum omnium Q. Valerium Soranum lenitate locis, atque ipso oris* pressu *et sono facile vincat*.

PRESSUS. 1. de voce. a) *oppressus, obscurus* p. Red. in Sen. 6. pressa *vox et temulenta*. Tusc. I. 44. pressi *et flebiles modi*. b) bene et distincte expressus. N. D. II. 59. *lingua sonos vocis distinctos et* pressos *efficit*. 2. de oratione, ubi oratio pressa opponitur redundanti. Brut. 13. *Asiatici oratores parum* pressi *et nimis redundantes*. Ibid. 55. *cavenda* est presso oratori inopia et ieiunitas. Orat. II. 13. *Thucydides verbis aptus et* pressus. 3. in disputatione subtilis et accuratus. Hortens. fr. *quis te aut est aut fuit unquam in*

PRI-

PRIMORDIUM. Partit. 3. primordia *rerum et quasi* praecurrentia. Leg. II. 3. *a Iove et a ceteris diis immortalibus sunt nobis agendi capienda* primordia

PRIMORES. Cael. 12. qui primoribus labris (i. e. leviter) *gustassent genus hoc vitae, et extremis, ut dicitur digitis attigissent.* Orat. I. 19. *haec esse penitus in media philosophia retrusa atque abdita, quae isti rhetores ne* primoribus *quidem labris attigissent.*

PRIMUS. Verr. I 21. 1. *vir* primus, ibid. III. 71. primi *homines et honestissimi.* Vid. *Primarius.* 2. *Prima naturae.* Fin. II. 11. III. 6. Vid. *Principium.*

PRINCEPS. 1 *auctor.* Tusc. I. 22. *eius inventor et* princeps. Arch. 1. *hunc mihi* principem *et ad suscipiendam et ad ingrediendam horum studiorum rationem exstitisse.* Verr. I. 17 princeps *consilii.* Verr. V. 16 *ducem te* principemque *praebere.* Sull. 3. princeps *ad salutem.* 2. principes *civitatis, sunt principes optimatium.* Vid. Sext 4. 48 49. 66. Sen. p. Red. 3. Sed *optimates κατ' ἐξοχὴν principes dicuntur.* Orat. I. 7. principum *causa.* Dicuntur tamen sic etiam primores potentissimi tum popularium, tum optimatium. Fam. I. 9. principes in re publica. 3. *Princeps senatus* Fr. Or. pr. Scauro, proprie est is, quem Censor senatum recensens primum legit. Sed sic etiam dicuntur consulares, praesertim potentiores, nec statim, ubi Princeps senatus occurrit intelligendus is, qui proprie dicitur. Vid. Wesselingius Obs. I 8. ubi in eo graviter erratum a Panvinio docet. 4. *Princeps iuventutis.* Vatin. 10. Fam. III. 11. cuius nomen primum recitavit censor ordinem equestrem recensens. Sed Planc. 17. et alibi *Principes ordinis equestris* sunt equites locupletissimi, gratiosissimi etc. 5. Flacc. 22. *ut* princeps principum *esset Maeandrius.* 6. *principes* genus militum qui olim gladiis pugnabant, medii inter hastatos et pilanos, et ordo eius generis. Ep. ad Brut. 8. Cretensi belle octavum principem duxit, h. e. octavum principum ordinem. *Ern.* 7. *principes in quocunque ordine,* dicuntur *primarii.* N. D. I. 7. *tres trium disciplinarum* principes *convenistis.* Brut. 91. *hi tum in Asia rhetorum* principes *numerabantur.* Div. II. 42. *Eudoxus in astrologia iudicio doctissimorum hominum facile* princeps. Leg. III. 6. *Demetrius utraque re excelluit, ut et doctrinae studiis et regenda civitate* prin-

ceps *esset.* Brut. 41. Servius Sulpicius *longe omnium non eiusdem modo aetatis, sed eorum etiam, qui fuissent, in iure civili* princeps. Verr. III. 23. *homo quum virtute et nobilitate domi suae, tum etiam pecunia* princeps. 8. Acad. post. I. 7. *qualitatum sunt aliae* principes (*Grundstoffe*) *aliae ex iis ortae.* Principes *sunt uniusmodi et simplices. Ex iis autem ortae variae sunt et quasi multiformes. Itaque aër quoque, ignis et aqua et terra prima sunt.*

PRINCIPALIS. Fat. 1. *Causarum aliae sunt perfectae et* principales, *aliae adiuvantes et proximae.* Ibid. 3. *ut et ingeniosi et tardi ita nascantur antecedentibus causis itemque valentes et imbecilli, non sequitur tamen, ut etiam sedere, et ambulare, et rem agere aliquam,* principalibus *causis definitum et constitutum sit.*

PRINCIPATUS. 1. initium Univ. 2. an mundus ab aliquo temporis principatu ortus est? 2. primus dignitatis, honoris locus. Off. II. 19. *Eloquentiae a maioribus nostris est in toga dignitatis principatus datus.* Phil. XII. 3. *Gallia huius belli administrandi* principatum *tenet.* N. D. II. 19. *sol qui astrorum obtinet* principatum. Sen. 18. *sententiae* principatus i. e. sententiae primo loco dicendae ius. 3. *vis primaria* (*Grundkraft*). N. D. II. 11. *omnem naturam necesse est, habere aliquem in se* principatum, *ut in homine mentem, in belua quiddam simile mentis, unde oriantur rerum appetitus. In arborum autem et earum rerum, quae gignuntur e terra, radicibus inesse* principatus *putatur.* Principatum *autem id dico, quod Graeci ἡγεμονικὸν vocant, quo nihil in quoque genere nec debet, nec potest esse praestantius.*

PRINCIPIUM. 1. initium. Sen. 21. Sic mihi *persuasi — quum semper agitetur animus nec* principium *motus habeat, quin se ipse moveat, ne finem quidem habiturum esse motus, quia numquam se ipse sit relicturus.* Manil. 1. *cuius orationis difficilius est exitum, quam* principium *invenire.* Orat. 59. *ad hunc exitum tamen a* principio *ferri debet verborum illa comprehensio, et tota a capite ita fluere, ut ad extremum veniens ipsa consistat.* Orat. II. 53. *in utroque genere dicendi, et illo in quo vis atque contentio quaeritur, et hoc quod ad vitam et mores accommodatur et* principia *tarda sunt, et exitus tamen spissi et producti esse de-*

bent. Fin. V. 21. *omnium rerum* principia *parva sunt, sed suis progressionibus usa augentur.* Balb. 9. (Pompeius) *qui pueritiae tempus extremum* principium *habuit bellorum atque imperiorum maximorum.* 2. *exordium orationis.* Orat. I. 26. *in me ipso saepissime experior, ut exalbescam in* principiis *dicendi.* 3. causa efficiens primaria (*Grundursache*). Tusc. I. 23. Principii *nulla est origo, nam e* principio *oriuntur omnia; ipsum autem nulla ex re alia nasci potest. Nec enim esset* principium, *quod gigneretur aliunde. Quod si numquam oritur, ne occidit quidem umquam. Nam* principium *exstinctum nec ipsum ab alio renascetur, nec a se aliud creabit, siquidem necesse sit a* principio *oriri omnia.* 4. *elementum* (Grundstoff). Ac. pr. II. 36. *de* principiis *rerum ex quibus omnia constant — est — inter magnos homines summa dissensio.* Nempe alii ignem, alii aërem, alii aquam, alii terram etc. elementa putabant. 5. Fin. II. 11. III. 5. *principia naturalia,* (quae etiam dicuntur *prima naturalia, Grundtriebe*) sunt primi naturae impetus, primi appetitus et aversationes. Off. III. 12. *quum ea lege natus sis et ea* principia *naturae habeas quibus parere et quae sequi debeas.*

PRIOR. Pis. I. 1. *me quaestorem in primis, aedilem* priorem; *praetorem primum P. R. fecit.* Ac. pr. II. 14. priori *posterius, posteriori superius adiungitur.* Quint. 2. priore *loco* (i. e. *primo*) *causam dicere.* Brut. 21. *ingenii, literarum, eloquentiae, sapientiae denique, etsi utrique* (Africano et Laelio) *primas,* priores *tamen libenter deferunt Laelio.*

PRISCE. Cael. 14. *utrum me secum severe et graviter et prisce agere malit,* (h. e. more antiquorum hominum) *an remisse ac leniter et urbane.*

PRISCUS, antiquus, vetus. 1. de hominibus. Tusc. I. 12. *Illud erat insitum* priscis *illis quos cascos Ennius appellat.* Univ. 11. *credendum est veteribus et* priscis, *ut aiunt, viris, qui se progeniem deorum esse dicebant.* 2. de moribus. Harusp. 14. prisca *severitas sacrificii.* 3. de verbis et oratione. Orat. I 43. *verborum* prisca *vetustas,* ibid. III. 11. *Cotta gaudere mihi videtur gravitate linguae sonoque vocis agresti, et illud quod loquitur* priscum (*alterthümlich*) *visum iri putat, si plane fuerit rusticanum.*

tabulae leges privis hominibus irrogari, id est enim privilegium. Leg. III. 19 *In* privos *homines leges ferri noluerunt* id est enim *privilegium*. Sext. 30 Ten. p. Rad. 11. Brut. 23. *Libone trib. pl. rogationem in Galbam* privilegii *similem ferente*. Parad IV. *Familiaris tuus de te* privilegium *tulit, ut si in opertum Bonae deae accessisses, exsulares.*

PROAVUS. Cael. 14. Pater, avus, proavus, atavus. Div III. 11. Fin. III. 2. est pro *abavo*.

PROBABILIS. 1. *wahrscheinlich*. Inv. I. 30. Probabile est id, *quod fere fieri solet, aut quod in opinione positum est, aut quod habet in se ad hoc quandam similitudinem; sive id falsum est, sive verum.* Parad. 1. *nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat* probabile. Caecin. 25. *nonnumquam honesto ac* probabili *nomine bono viro iudici error obiici solet.* 2. *beyfallswürdig, annehmlich.* Orat. II. 56. *Semper ego existimavi iucundiorem et* probabiliorem *huic populo oratorem fore, qui primum quam minimam artificii alicuius, deinde nullam Graecarum rerum significationem daret.* Brut. 18. *P. Antronius voce peracuta atque magna nec alia re ulla* probabilis. 3. *ziemlich gut.* Ibid. 76. probabilis *orator*. Orat. I. 28. *discipulus* probabilis.

PROBABILITAS. Ac. pr. II. 24. *Chrysippus certe tam multa non collegisset, quae nos fallerent* probabilitate *magna, nisi videret his resisti non facile posse.* Tusc. V. 11. *Quodcunque nostros animos* probabilitate *percussit, id dicimus.*

PROBABILITER. Orat. 35. de narratione oratoris: *rem breviter exponere, et* probabiliter, *et aperte.*

PROBARE. 1. approbare, *genehmigen*. Rull. I. 9. *haec senatus* probat, *nec populus est in alia voluntate.* Hortens. fr. *Quid? tu soles, quum rationem a dispensatore accipis, si vera singula* probasti, *summam, quae ex his efficitur non* probare? 2. cum dativo personae, efficere ut aliquis aliquid probet. s. ut aliquid alicui rectum verum, iustum videatur. Tusc. III. 10. *Peripatetici — mediocritates vel perturbationum, vel morborum animi mihi non sane* probant. Balb. 20. *possumusne tibi* probare *auctorem exempli Marium.* Sull. 1. Quint. 30. probare *causam alicui.* Att. IV. 13. *libros oratorios in manibus habeo, quos ut spero, tibi*

valde probabo. Cael 15 *vel severissimis disceptatoribus M. Caelii vitam me* probaturum *esse confidam.* 3. *persuadere.* Fam. VII. 26. *quum graviter ex intestinis laborarem, neque iis, qui mea opera uti volebant*, probarem *me non valere.* Rosc. Com 2. *quod sibi* probare *non possit, id persuadere alteri conatur.* 4. *confirmare, demonstrare.* Orat. II. 38. *Carneades nullam unquam rem defendit, quam non* probarit; *nullam oppugnavit, quam non everterit.* 5 examinare et post examen approbare. Rull. II. 31. *hostiae* probatae. Verr III. 31. ut probaret Apronius hoc triticum imperat Verres ut in medimna singula dentur Apronio HS III. *Quid est hoc? tanto numero frumenti — imperato — nummi praeterea exigentur, ut* probetur *frumentum?* 6. inde nonnunquam probare, i. e. ac iudicare. Leg. I. 17. *constans et perpetua ratio vitae quae est virtus itemque inconstantia, quod est vitium, sua natura* probatur.

PROBATIO. 1. examen, inspectio, exploratio, annexa vel approbatione vel improbatione. Fat. 4. *falsum est — ob* probationem *pretium datum, quum multa improbata sint.* Verr. I. 34. probatio *futura est tua.* Off. I. 40. *athletarum probatio* est exploratio, qua ars athletarum experimentis et observatione cognoscitur. 2. *probatio* etiam dicitur, quum ei assentimur, quod probabile sit. Ac. pr. II. 31. *Carneades statuebat tale visum nullum esse*, ut perceptio (*völlig deutliche und zuverlässige Einsicht*) *consequeretur, ut autem* probatio, *multa. Etenim contra naturam esset, si* probabile *nihil esset.*

PROBATOR. Phil. II. 12. *quid interest inter suasorem facti et* probatorem? Caecin. 29. *Sic existimetis — huius rationis non modo non inventorem, sed ne* probatorem *quidem esse me.*

PROBATUS Top. 19. *ingeniosos et opulentos et aetatis spatio* probatos *dignos quibus credatur putant.* Orat. I. 27. *ceterarum homines artium spectati et* probati. Caecin. 4. probatissima *femina.*

PROBE. 1. *recte.* Off I. 19. *Probe definitur a Stoicis fortitudo, quum eam virtutem esse dicunt propugnantem pro aequitate.* Tusc. I. 8. *oculus conturbatus non est* probe *affectus ad suum munus fungendum.* 2. *bene.* Att. XIII. 6. *de aquaeductu* probe *fe-*

cisti. Orat. I. 53. *hominem* probe *nosse et commeminisse se aiebat.*

PROBITAS, *Rechtschaffenheit, Gewissenhaftigkeit.* Orat. I. 26. *Fuit mirificus in Crasso pudor qui non modo non obesset eius orationi sed etiam* probitatis *commendatione prodesset.* Scil. quia est hominis probi dicendi difficultatem variosque eventus orationis exspectationemque pertimescere, ideoque summam in dicendo diligentiam praestare Att. XII. 33. *paedagogi* probitas. Planc. 25. *virtus,* probitas, *integritas in candidato requiri solet.*

PROBROSUS. Font. 12. *de quo vos homine ne ab inimicis quidem fictum* probrosum *crimen, sed ne maledictum quidem audistis.*

PROBRUM. 1. *turpitudo, dedecus.* Sen. 12. *tam perdita libido quae cum* probro *privato coniungeret imperii dedecus.* Rosc. Am. 24. *Sumptus effusi cum* probro *atque dedecore.* Phil. II. 38. probri *insimulasti pudicissimam feminam.* 2. *convitium, maledictum.* Flacc. 20 *aliquem* probris *omnibus maledictisque* (*Vorwürfe und Schmähungen*) *vexare.* 3. Quint. 2. *Id accidit praetoris* (Dolabellae) *iniquitate, iniuria, primum quod contra omnium consuetudinem iudicium prius de* probro *quam de re maluit fieri;* h. e. prius quaeri volebat utrum Quintius vadimonium deseruisset, quod erat probrosum. Idque etiam a censoribus, notabatur. Leg. III. 7. *censores* — probrum *in senatu ne relinquunto.*

PROBUS 1. *rechtschaffen, pflichtbeflissen.* Off. II. 20. *videndum illud est, quod si opulentum fortunatumque defenderis, in uno illo, aut forte in liberis eius manet gratia. Sin autem inopem,* probum *tamen et modestum, omnes non* improbi *humiles — praesidium sibi paratum vident. Quam ob rem melius apud* bonos, *quam apud fortunatos, beneficium collocari puto.* Hic perspicuum est virum probum, et virum bonum plane esse synonyma. Off. I. 29. *ut pueris non omnem ludendi licentiam damus, sed eam, quae ab honestis actionibus non sit aliena, sic in ipso loco aliquod* probi ingenii (i. e. animi honesti) *lumen eluceat.* Tusc. II. 22. *in quo viro erit perfecta sapientia — is igitur si ea ratio quae erit in eo perfecta atque absoluta, sic illi parti* (animi) *imperabit inferiori* (*der Sinnlichkeit*), *ut iustus parens* probis *filiis, nutu quod volet conficiet.* Verr.

D. II. 58. *Perspicuum est, quo compositiones unguentorum, quo ciborum conditiones, quo corporum lenocinia* processerint. Orat. I. 27. *quum causam quaererem, quidnam esset, cur, ut in quoque oratore plurimum esset, ita maxime is pertimesceret, has causas inveniebam duas: unam, quod intelligerent ii, quos usus ac natura docuisset, nonnumquam summis oratoribus non satis ex sententia eventum docendi* procedere etc. Rab. Post. 1. *cui bene quid* processerit *eum multum providisse dicimus.* Phil. XIII. 19. *Pergit in me maledicta* (dicere) *quasi vero pulcherrime ei priora* processerint.

PROCELLA. 1. sensu proprio. N. D. III. 20. *imbres, nimbi,* procellae, *turbines.* 2. metaphorice. Catil. IV. 2. *circumspicite omnes* procellas, *quae impendent, nisi providetis.* Verr. Act. I. 2. *ut quoniam criminum vim subterfugere non poterat,* procellam *temporis devitaret.* Dom. 53. *Tu* procella *patriae, turbo et tempestas pacis.*

PROCERES, principes. Fam. XIII 15.

PROCERITAS. 1. de arboribus. Sen. 17. *quum admiraretur* proceritates *arborum.* 2. de animalibus N. D. II. 48. *quae altiora sunt* (animalia) *ut anseres, ut cygni, ut grues, ut cameli, adiuvantur* proceritate collorum. 3. de hominum statura. Cael. 15. *Candor huius te et* proceritas, *et vultus oculique pepulerunt.* 4. de pedibus metricis. Orat. 63. *Fluit omnino numerus a primo tum incitatius brevitate pedum, tum* proceritate *tardius.*

PROCERUS. 1. de arboribus. Leg. I. 5. procerissima *populus.* Leg. I. 1. procera *et tenera palma.* 2. de membris animalium et hominum. Brut. 91. procerum *et tenue collum.* N. D. I. 36. *corneum* procerumque *rostrum.* 3. de numeris oratoriis. Orat. III. 48. *anapaestus* procerior *quidam numerus,* ibid. 49. *verborum iunctio nascatur a* proceris *numeris ac liberis.*

PROCESSUS. 1. progressus. Manil. 9. *Ex his locis a militibus nostris reditus magis maturus, quam* processus *longior quaerebatur.* 2. profectus in artibus. Brut. 78. *tantos* processus *efficiebat, ut evolare non excurrere videretur,* ibid. 65. *gradus tuos et quasi* processus *dicendi studeo cognoscere.*

PROCUS. 1. sensu proprio, *der Freyer.* Brut. 18. *Carmina quae apud Homerum in Phaeacum et in* procorum *epulis canuntur.* 2. metaphorice, *ein Be-*

Verr. III. 91. ubi vid. Manut. cf. in PRAETOR. Add. Dukerum ad Liv. U. cc. *Ern.*

PROCRASTINARE. Rosc. Am. 9. *primo rem differre quotidie ac* procrastinare *coeperunt.*

PROCRASTINATIO. Phil. VI. 3. *plerisque in rebus gerendis tarditas et* procrastinatio *odiosa est.*

PROCREARE. 1. gignere, de terra. Sen. 15. *Terra quae ex minutissimis seminibus tantos truncos ramosque* procreat. 2. de animalibus. N. D. II. 51. *bestiae, quae multiplices foetus* procreant, *ut sues, ut canes, his mammarum data est multitudo.* 3. de hominibus. Tusc. V. 109. *Demaratus — fugit Tarquinios Corintho et ibi suas fortunas constituit ac liberos* procreavit. 4 parare. Att. II. 22. *mihi periculum* procreatur *ab amicis.* Leg. III. 8. *tribunatum cuius primum ortum — inter arma civium et occupatis et obsessis urbis locis* procreatum *videmus.*

PROCREATIO. Orat. II. 6. *volucres videmus* procreationis *et utilitatis suae causa fingere et construere nidos.* Div. II. 46. *dissimilitudo locorum nonne dissimiles hominum* procreationes *habet?* Tusc. I. 14. *quid procreatio liberorum, quid propagatio nominis — significant, nisi nos futura etiam cogitare?*

PROCREATOR Univ. 8. Procreator *ille mundi deus.* Fin. IV. 7. *primi ex omnibus philosophis a natura tributum esse docuerunt, ut ii qui procreati essent a* procreatoribus *amarentur.*

PROCREATRIX. Orat. I 9. *neque te fugit laudatarum artium omnium* procreatricem *quandam et quasi parentem eam, quam φιλοσοφίαν vocant, ab hominibus doctissimis iudicari.*

PROCUDERE. Orat. III. 30. *non solum acuenda nobis neque* procudenda *lingua est.*

PROCUL. Orat. I. 39. *cuicumque particulae caeli officeretur, quamvis esset* procul, *mutari lumina putabat.* Inv. I. 2. procul *remotus a vero.* Orat. II. 36. *existimari pecudis esse non hominis, quum tantas res Graeci susciperent, profiterentur — non admovere aurem, et si palam audire eos non auderes — subauscultando tamen excipere voces eorum, et* procul, *quid narrarent, attendere.*

PROCURARE. 1. sensu proprio. Fam. XII. 24. procurare *rationes negotiaque alicuius.* Q. Fr. III. 9. *in quo etsi nihil* procuro, *tamen curare nihil vix pos-*

(*verrathen*). Q. Fr. I. 3. *amici partim deseruerunt me, partim prodiderunt.* Caecin. 18. *rem et caussam et utilitatem communem non relinquere solum, sed etiam* prodere. Verr. IV. *Emphyla viri salutem* prodidit. Pis. 24. *quum* prodebas *caput et salutem meam mercede provinciae.* Div. II. 16. *urbem philosophiae mihi crede,* prodis *dum castella defenditis.* 5. negligere, violare; Ac. pr. II. 8. *vir bonus qui statuit omnem cruciatum perferre — potius, quam aut officium* prodat *aut fidem.*

PRODICTUS. Dom. 17. prodicta *die*, i. e. dicta *definita.* Vid. Ryck. ad Tacit. Ann. II. 79. Drakenborch ad Liv. II 61. *Ern.*

PRODIGE. Phil XI. 6. *non possunt non* prodige *vivere, qui nostra bona sperant, dum effundunt sua*

PRODIGIUM. Div. I. 42 *quia — praedicunt —* prodigia *dicuntur.* Verr. IV 49. *Mira quaedam tota Sicilia privatim ac publice religio est Cereris Ennensis. Etenim multa saepe* prodigia *vim eius numenque declarant.* 2 metaphorice Pis. 4. *a P. Clodio fatali portento* prodigioque *reip. lex Aelia et Fufia eversa est.* Verr. III. 73. *non mihi iam furtum sed monstrum ac* prodigium *videbatur.*

PRODIGUS. Off. II. 16. *omnino duo sunt genera largorum. quorum alteri* prodigi, *alteri liberales.* Prodigi *qui epulis et visceratinibus et gladiatorum muneribus ludorum venationumque apparatu pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut brevem aut nullam omnino sint relicturi.*

PRODITIO. Fam. V, 12. *multorum in nos perfidiam, insidias,* proditionem *notabis.* Ac. pr II. 9. *Quum decretum proditur, lex veri rectique* proditur. *Quo e vitio et amicitiarum* proditiones *et rerum publicarum nasci solent.*

PRODITOR. Fam XII. 3. proditor *patriae* p. Red. ad Quir. *quum viderem homines aut* proditores *esse aut desertores salutis meae*

PRODROMUS. Att. XVI. 6. 1. *prodromi* venti, aquilones spirantes paullo ante etesias. 2. praecursor. Att. I. 9. *Pompeiani* prodromi.

PRODUCERE. 1. provehere. Her. IV. 47. productus *studio et viribus.* Sic et alibi dicitur. 2. ornare honoribus. Dom. 9. *quem tu non pro illius digni-*

tate produxeras? Vid. Graev. ad h. l. et Fam. XII. 13. et Lael. 20. 3. *in concione alicui potestatem dare dicendi, sive quod velit, sive testimonium.* Dom. 15. Sext. 14. Brut. 60. 4. item *iubere aliquem in concione respondere ad crimina.* Rull. II. 32. *nemo ad populum Romanum vos adducere, nemo* producere *possit*, ubi via Laureo. et Turneb. — Fam. XII. 5. productus *in concionem a Canutio turpissime discessit.* 5. *Producuntur* etiam qui in spectaculis exhibentur. Att. IV. 15. *Is erat ante manumissus, quam* productus — *palmam tulit.* 6. *differre.* Q. Fr. II. 3. producta *dies est in IV. Id. Febr.* 7. *extrahere* aliquem, *einen aufhalten.* Quint. 8. *conditionibus hunc* producit. 8 gignere, de filio. Verr. I. 12. Ex eo *quem sui simillimum* produxit *cognoscere potestis.* 9. Q. Fr. II. 14. *Maximae mihi curae erit ut Ciceronem tuum nostrumque* (Q Ciceronis filium) *videam — et nisi ille contemnet etiam magistrum* me ei profitebor, cuius *rei nonnullam consuetudinem nactus sum, in hoc horum dierum otio Cicerone nostro minore* producendo. — Hoc non intelligo. *Ern.* H. l. quem Ernestius iure negat se intelligere legendum est ex edd. vett. *perdocendo*, quod sensus et nexus verborum postulat. Pro eo codd. Pall. Gruterus edidit *producendo*, quod habent etiam Victorii et Manutii Edd.

PRODUCTE. Orat. 48. quibus in verbis eae primae literae sunt, quae in *sapiente* atque *felice* producte dicitur IN (*wird gezogen ausgesprochen*) *in ceteris omnibus breviter.* Vid. *Productus.*

PRODUCTIO. Fin. III. 14. opportunitas *non fit maior* productione *temporis.* Orat. III 50. *Quotus quisque est qui teneat artem numerorum ac modorum? at in his si paullum modo offensum est, ut aut contractione brevius fieret, aut* productione *longius, theatra tota reclamant.* Top. 8. *In verbo* postliminium *Servius noster nihil putat esse notandum nisi* post, *et* liminium *illud* productionem *verbi esse vult* (*eine blosse Verlängerung des Wortes* post) *ut in finitimo*, legitimo, aeditimo, non plus esse timum, quam in meditullio tullium.

PRODUCTUS. 1. *adductus.* Flacc. 15. *Coram* producti *aliquid dicent, in quo reprehendantur.* 2. *promotus.* Her. IV. 47. *ut* productus *studio et viribus ultra facile procurras.* 3. *deductus derivatus.* N. D. II. 26. *nomen* productum, *ut Portunus a portu, sic Ne-*

ptunus a nando. 4. continuatus. Tusc. V. 40. *dolores longinquitate* producti *vehementius torquent.* Tusc. III. 17. Zeno dicere solebat, *dolorem si summus foret futurum* brevem, *si* productior, *plus habiturum iucundi quam mali.* 5. *producta syllaba* dicitur longa. Orat. III. 47. Paeon (quartus) *oritur a brevibus deinceps tribus extrema* producta *atque longa, sicut illa sunt* domuerant, sonipedes. 6. Alio modo dicitur producta syllaba, *eine gezogene Sylbe.* Orat. 48. inclitus *dicimus brevi prima litera* (so daſs das IN geschärft ausgesprochen wird, wie INN) insanus producta; (hier wird IN gezogen, wie in IHN). 7. de longioribus periodorum membris. Orat. 55. (animus aurium iudicio) *mutila sentit quaedam, et quasi decurtata, quibus tamquam debito fraudetur, offenditur;* productiora *alia et quasi immoderatius excurrentia, quae magis etiam aspernantur aures.* 8. *producta* dicit Cicero quae Zeno *προηγμένα.* Fin. III. 16. *In vita non ea quae primario loco sunt, sed ea quae secundum locum obtinent προηγμένα id est* producta *nominentur.*

PROFANUS opponitur sacro. Harusp. 5. *loca sacra et religiosa* profana *haberi.* N. D. II. 27. *fores in liminibus* profanarum *aedium ianuae nominantur.*

PROFECTIO. 1 iter, discessus. Phil. I. *exponam vobis consilium* profectionis *et reversionis meae.* Fam. II. 16. nil umquam de profectione nisi vobis approbantibus cogitavi. 2. Cluent. 30. profectio *ipsius pecuniae requiratur,* i. e. quaeratur unde ista pecunia profecta sit, quis eam dederit.

PROFERRE. 1. promere. Rosc. Com. 10. HS IↃↃↃ *tu ex area* proferebas, HS CCCIↃↃↃ *ex disciplina et artificio Roscius* promebat. 2. *edere aliquid, palam commemorare, patefacere.* Arch. 6. *ceteros pudeat, si qui ita se literis abdiderunt, ut nihil possint ex his neque ad communem afferre fructum, neque in aspectum lucemque* proferre. Fam. XV. 2. (dixit rex) *se ante illud tempus eam rem nunquam in medium propter periculi metum,* protulisse. Fin. II. 23 eamne *rationem sequare, qua tecum ipse et cum tuis utare, profiteri autem et in medium* proferre *non audeas?* Ac. pr. II. 19. *Antu quum res occultissimas* (coniurationem Catilinariam) *aperueris in lucemque protuleris — negabis*

esse rem ullam, quae cognosci, comprehendi, percipi possit? 3. invenire, *excogitatum publicare.* Ac. pr. II. 1. *ars quae tum primum* proferebatur. 4. differre. Att. XIII. 14. *laxius* proferre *diem*, ibid. 12. proferre *auctionem.* Div. I. 39. *quid habet haruspex, cur pulmo incisus etiam in bonis extis* dirimat *tempus et* proferat *diem*, scil. comitiis habendis. 5. provehere. Sull. 23. *si paullo longius quam finis quotidiani officii postulat pietas et fraternus amor L. Caecilium* protulisset. Muren. 31. *Isti ipsi mihi videntur vestri praeceptores et virtutis magistri* (Stoici) *fines officiorum paullo longius, quam natura vellet* protulisse. Fin. III. 22. *Si beatus umquam fuisset* (Croesus) *beatam vitam usque ad illum a Cyrro exstructum rogum* protulisset; quae lectio si vera sit, est i. q. provexisset, extendisset. Nuper autem ex aliquot Mss. receptum est *protulisset.*

PROFESSIO. 1. de bonorum apud censorem denuntiatione. Att. XIII. 33. *Semelne putas mihi dixisse Balbum et Faberium* professionem relatam? Nempe post bellum civile Caesar censum egerat, quo bona a civibus profitenda erant, eaque professio in tabulas publicas referebatur Fam. XVI. 23. *tu vero confice* professionem; *etsi haec pecunia ex eo genere est, ut* professione *non egeat.* Similis est *professio civitatis* impetratae apud praetorem. Arch. 5. *immo vero iis tabulis professus, quae solae ex illa* professione *collegioque praetorum obtinent publicarum tabularum auctoritatem.* 2. *permissio.* Fam. X. 8. *non me praeteribat in tam perturbato statu civitatis fructuosissimam esse* professionem *bonae voluntatis.* 3. de arte quam quis profitetur. Orat. I. 6. *vis oratoris*, professioque *bene dicendi hoc suscipere ac polliceri videtur.*

PROFICERE. 1. *assequi, efficere.* Manil. 15. *et quisquam dubitabit, quid virtute* profecturus *sit, qui tantum auctoritate* profecerit. Ligar. 7. *Contentio tamdiu sapiens est, quamdiu* proficit *aliquid.* Orat. II. 51. *neque parvis in rebus adhibendae sunt hae dicendi faces, neque ita animatis hominibus, ut nihil ad eorum mentes oratione flectendas* perficere *possimus.* Att. VII. 13. *qui ut nihil aliud, hoc tamen* profecit, *dedit ei dolorem; sed etiam ad summam* profectum *aliquid puto.* Fam. V. 14. *Non intelligis te querelis quotidianis nihil* proficere? Fam. XII. 2. *nonnihil, ut in tantis malis*

malis est profectum. 2. prodesse. Brut. 24. *Nulla res tantum ad dicendum* proficit, *quantum scriptio*, ibid. 37. *omnia veniebant Antonio in mentem, eaque suo quaeque loco, ubi plurimum* proficere *et valere possent — sic ab illo in maxime opportunis orationis partibus collocabantur.*

PROFICISCI. 1. sensu proprio de itinere. Div. I. 14. *An Achivorum exercitus et tot navium rectores non ita* profecti *sunt ab Ilio, ut* profectione *laeti piscium lasciviam intuerentur, ut ait Pacuvius.* 2. oriri. N. D. II. 55. *Nervi, qui sicut venae et arteriae a corde tractae et* profectae *in corpus omne ducuntur.* Verr. II. 71. *de quibus* (publicanis) *ut eos iudices habeamus legem ab homine non nostri generis, non ex equestri loco* profecto, *sed nobilissimo* (L. Aurelio Cotta patricio) *promulgatam videmus.* 3. de sectatoribus alicuius philosophi. Inv. I. 35. *quam partitionem omnes ab Aristotele* profecti *maxime secuti sunt.* Div. I. 3. *qui a Zenone* profecti *sunt.* 4. *ab aliqua re effici* Inv. I. 38. *ut ex medicina nihil oportet putare* proficisci, *nisi quod ad corporis utilitatem spectet, quoniam eius causa est instituta, sic a legibus nihil convenit arbitrari nisi quod reip. conducat* proficisci, *quoniam eius causa sunt comparatae.* 5. *initium facere.* Leg. I. 5. *placuit* proficisci *a lege.* Fin. II. 14. profectus *a caritate.* Fin. III. 22. *qui convenienter naturae victurus sit, ei et* proficiscendum *est ab omni mundo et ab eius procuratione.* Ibid. I. 21. *a falsis initiis* profecta *vera esse non possunt.*

PROFITERI. 1. aliquid suscipere et se suscepturum ostendere. Cluent. 18. *Quotiescumque dico, toties mihi videor in iudicium venire non ingenii solum, sed etiam virtutis atque officii, ne aut id* profiteri *videar quod non possim implere, quod est impudentiae; aut id non efficere quod possim, quod est aut perfidiae aut negligentiae.* 2. inprimis de artibus quarum quis se peritum habere velit, aut quas docere se posse, ostendit. Planc. 25. *omnes istius modi artes in iis reprehenduntur, qui quum* professi *fuerint satisfacere non possunt, non in iis, qui afuisse ab istis studiis confitentur.* Tusc. II. 4. *ut si grammaticum se* professus *quispiam barbare loquatur, aut si absurde canat is, qui se haberi velit musicum, hoc turpior sit, quod in eo ipso peccet cuius* profitetur *scientiam.* N. D. I. 5. *cuius*

rei tantae tamque difficilis facultatem consecutum esse me non profiteor, *secutum esse prae me fero.* 3. offerre operam et studium. Fam. V. 8. *Ego vero tibi* profiteor *et polliceor eximium et singulare meum studium.* Q. Fr. I. 2. *nostrae causae non videntur homines defuturi; mirandum in modum* profitentur, *offerunt se, pollicentur.* Leg. II. 5. *intelligi par est, eos qui perniciosa et iniusta populis iussa descripserint, quum contra fecerint, quam* polliciti professique sint, *quidvis potius tulisse quam leges.* 4. *prae se ferre, vel palam et suapte sponte aliquid fateri.* Caecin. 9. *confitetur atque ita libenter confitetur, ut non solum fateri, sed etiam* profiteri *videantur* Rab. Perd. 5. *fateor, atque etiam* profiteor, *et prae me fero.* 5. *edere coram magistratu quae ad censum aut rationes publicas pertinent (angeben).* Rull. II 22. *in posterum lex haec imperatoribus vestris constituitur, ut quicumque de provincia decesserit, apud eosdem decemviros, quantum habeat praedae, manubiarum, auri coronacii* profiteatur. Verr. III. 47. *Iugera* professi *sunt aratores omnes imperio atque instituto tuo, non opinor quemquam minus esse* professum, *quam quantum arasset.*

PROFLIGARE. 1. *in die Flucht schlagen.* Phil. XIV. 14. *hostium copias.* Rab. 15. *aciem hostium.* 2. perdere, vexare, *damnis afficere.* Or. III. 1. *quum suis consiliis remp* profligasset. 3. *magnam rei partem conficere.* Tusc. V. 6. profligata *iam quaestio est et paene ad exitum adducta.* Prov Cons 14. *Oporteret ab eodem illa omnia a quo iam* profligata *sunt confici velle.* cf. Fam. XII. 14. 30. VIII. 9. Duker ad Flor. I. 4. *Ern.*

PROFLIGATUS de homine perdito et nequissimo. Rosc. Am. 13. *omnia in homine ad perniciem* profligata *ac perdita.* Verr. III. 26 *haec tu omnium mortalium* profligatissime *ac perditissime quum scires — si sine tuo maximo quaestu fierent, cum tanto tuo periculo fieri paterere?*

PROFLUENS. 1. fluvius. Her. I. 13. *obvolutu[s] corio deiiciatur in* profluentem. 2. fluens. Q. Fr. III. 1 *aquam* profluentem *et eam uberem vidi multis in locis.* 3. de oratione copiosa, et expedita. Orat. II. 38 Stoicus — *genus sermonis affert non liquidum, — no[n] fusum, non* profluens, *sed exile, aridum, concisum a[c] minutum.* Brut. 61. *Curio — proximus optimis nume-*

rabatur propter *verborum bonitatem et expeditam ac* profluentem *quodammodo celeritatem.* Orat. III. 48. *Rudis et impolita putanda est illa sine intervallis loquacitas perennis et* profluens

PROFLUENTER abundanter. Tusc. V. 18. *omnia* profluenter, *absolute, prospere.*

PROFLUENTIA. Partit. 23. *orat riam vim inanis quaedam* profluentia *loquendi* (imitatur).

PROFLUERE. 1. sensu proprio Div. I. 44. *si lacus emissus lapsu et cursu suo ad mare* profluxisset. 2. metaphorice, pervenire Cael. 3. *ego ab his fontibus* profluxi *ad hominum famam* 3. de sermone. Herenn. IV. 33. *cuius ore sermo melle dulcior* profluebat, ex Homer. Iliad. I. 249. de Nestore.

PROFUGERE. Verr. III. 51. *Patres familias extorres* profugerunt. Sen. 14. *Bene Sophocles, quum ex eo quidam iam affecto aetate, quaereret, utereturne rebus venereis. De meliora! inquit. Libenter vero istinc, tanquam a domino agresti et furioso* profugi.

PROFUNDO 1. sensu proprio Cluent. 6. *mulier audax — crudelis — sanguinem suum* profundere *omnem cupit, dummodo profusum huius* (filii sui) *ante videat.* Att. XI. 7. *Lacrymae se subito* profuderunt. Somn. 3. *vim lacrymarum* profudi. 2. *progignere.* Leg. I. 8. *quae frugibus atque baccis terrae foetu* profunduntur. 3. profundere se, de plantis nimium redundantibus. Orat. II. 21. *Facilius sicut in vitibus revocantur ea, quae se nimium* profuderunt. 4. item dicitur *profundere se*, pro vim suam exserere, vel erumpere. Cael 31. *Voluptates, quae quum inclusae diutius et prima aetate compressae et constrictae fuerunt, subito se nonnunquam* profundunt, *et eiiciunt universae.* Orat. II. 78. *Nihil est in natura rerum omnium, quod se universum* profundat, *et quod totum repente evolet* 5. Similis locutio est Att. VII. 3. *si totum se ille in me* profudisset, i. e. si largissima liberalitate et benevolentia me complexus esset. 6. *profundere* est etiam i. q. prodigere. Off. II. 16 *pecunias* profundunt *in eas res, quarum memoriam aut brevem, aut nullam omnino sint relicturi.* Catil. II. 3 *patrimonia sua* profuderunt, *fortunas suas abligurierunt.* Sext 43. *profundat Syrorum veteres illibatasque divitias in profundissimum libidinum suarum gurgitem.* Fam. V. 5. profundere *et perdere laborem.* 7. emittere, exserere

vit, ex Ennio. 3. de posteris. Fam. VIII. 15. *Venere* prognatus dicitur Caesar, qui ultimam familiae suae originem a Venere ducebat. Sueton. Iul. c. 6. in laudatione amitae suae Iuliae Caesar ipse sic dixit: *Amitae meae, Iuliae, maternum genus ab regibus ortum, paternum cum diis immortalibus coniunctum est. Nam ab Anco Martio sunt Marcii Reges, quo nomine fuit mater, a Venere Iulii, cuius gentis familia est nostra.*

PROGNOSTICA. 1. signa futurarum rerum inprimis futurae tempestatis. Div. II. 21. prognosticorum *causas persecuti sunt Boethus Stoicus, — et noster etiam Posidonius.* 2. poema Ciceronis ex Arati Prognosticis translatum. Att. II. 1. XV. 16. Div. I. 8. II. 20.

PROGREDI. 1. de itinere. Div. I. 15. *revertit ex itinere, quum iam* progressus *esset multorum dierum viam.* 2. de tempore. Sen. 10. *isto bono* (virium iuventutis) *utare dum adsit; quum absit, ne requiras. Nisi forte adolescentes pueritiam, paullum aetate* progressi *adolescentiam debent requirere.* 3. exire. Cael. 24. *ex hac domo* (Metelli) progressa *ista mulier* (Clodia) *de veneni celeritate dicere audebit?* Nempe Clodia inciderat in suspicionem Metelli mariti sui veneno interempti. 4. pergere in actionibus. Verr. I. 52. *numquam in eum locum* progressi *fuissent, ut vehementius odio — moverentur.* Fam. IX. 25. *existimavit fratrem suum — impulsu inimicorum eo* progressum *esse.* Phil. XI. 2. *Dolabella pervenisse videtur, quo* progredi *potuerit feri hominis amentia.* Lael. 36. *Videamus quatenus amor in amicitiis* progredi *debeat.* 5. pergere in ratiocinando, vel in oratione. Tusc. I. 9. *ultra quo* progrediar, *quam ut veri videam similia, non habeo.* Phil. II. 4. *quid est minus non dico oratoris sed hominis, quam id obiicere adversario, quod ille si verbo negarit, longius* progredi *non possit, qui obiecerit.* Orat. III. 30. *nunc ad reliqua* progrediar, *meque ad meum munus pensumque revocabo.* Ibid. 47. *in quo* (heroo numerorum genere) *impune* progredi *licet duo duntaxat pedes aut paullo plus, ne plane in versum aut similitudinem versuum incidamus.*

PROGRESSIO. Fin. IV. 24. *Vestri* progressionem *ad virtutem fieri aiunt, levationem vitiorum fieri negant.* Tusc. IV. 1. progressio *admirabilis incredibilisque cursus ad omnem excellentiam factus est, domi-*

natu regio republica liberata. Off. III. 3. *officia quae media Stoici appellant, ea communia sunt et late patent, quae et ingenii bonitate multi assequuntur et progressione discendi.*

PROGRESSUS. 1. de motu corporum. N. D. II. 20 Progressus *et regressus quinque stellarum errantium constantes et rati.* 2. de tempore. Phil. V. 17. *C Caesar* (Octavianus) *ineunte aetate docuit ab excellenti eximiaque virtute* progressum *aetatis exspectari non oportere.* 3. de causis. Off. I. 4. *homo rationis est particeps per quam consequentia cernit, causas rerum videt, earumque* progressus *et quasi antecessiones non ignorat*, id est (ut Heusingerus explicat) qui earum quasi γενεαλογίας perspectas habet causasque rerum persequens non a prioribus solum ad posteriores progredi, sed a posterioribus etiam ad priores reverti potest 4. profectus in artibus et studiis. Tusc IV. 19. *Philosophiae principes nunquam in suis studiis tantos* progressus *sine flagranti cupiditate facere potuissent.* N. D. I. 6 tantos progressus habebat *in Stoicis.* 5. de dialectica Acad. pr. II. 29. *quae primo* progressu (h. e. statim ab initio, s. prima parte) *festive tradit elementa loquendi.*

PROHIBERE. 1. *hindern.* Fam. I. 9. *qui Bibulum exire domo* prohibuissent. 2. arcere, *abhalten.* Att. IV. 3. *qui mecum erant facile operas aditu* prohibuerunt. Phil. II. 18. *patri persuasi ut eum a tua congressione* prohiberet. Off. III. 2. *usu urbis* prohibere *peregrinos inhumanum est.* Or. III. 15. *quum homines tempestatis causa opere* prohibentur. Verr. III. 24. *Eques Romanus biduum cibo tectoque* prohibitus. 3. *defendere.* Manil. 7. prohibere *remp. a periculo.* Off. II. 12. *qui* prohiberet *iniuria tenuiores.* 4. *praecavere.* Rosc. Am. 51. Dii prohibeant (*mögen die Götter verhüten*) *ut hoc praesidium sectorum existimetur.*

PROIECTIO. Or. 13. *Brachii* proiectio *in contentionibus, contractio in remissis.*

PROIECTUS. Verr. IV. 10. *urbs* proiecta *in altera,* in longo isthmo, s. linguae in mare porrectae extremo sita. Hinc. 2. Cluent. 65. proiecta *atque eminens audacia.* 3. *desertus.* Att. III. 19. a consiliariis meis proditus ac proiectus cf. IV. 5. 4. *eiectus,* Phil. XII. 8. *ad saxa* proiectus. *Ern.*

PROIICERE. 1. sensu proprio. Tusc. I. 43. *Diogenes se* proiici *iussit inhumatum.* Sext. II. 11. *vos pro meo capite ad pedes lenonis impurissimi* proiecistis. 2. expellere. Catil. II. 1. *Patria mihi laetari videtur, quae tantam pestem evomuerit forasque* proiecerit. 3. *dimittere, abiicere.* Phil. XIII. 3. *Tu ita vitam corpusque servato, ita fortunas, ita rem familiarem, ut posteriora libertate ducas, itaque his uti velis, si liberare remp. possis, nec pro his libertatem sed pro libertate haec* proiicias *tanquam pignora iniuriae.* 4. *se proiicere* periculum subire. Att. IX. 6. *proximi monent ne me* proiiciam. 5. item ultro se offerre, intrudere. Cael. 9. quam multos esse arbitramini, qui hominibus potentibus — ultro se offerre soleant, — testimonium polliceri? *Hoc ex genere si qui se in hoc iudicium forte* proiecerint, *excluditote eorum cupiditatem.* 6. erumpere. Fin. II. 23. *quod stuprum, quae libido non se proripiet ac* proiiciet.

PROLABI. 1. *verfallen, ausschweifen.* Div. II. 2. *quod munus reip. afferre maius meliusve possumus, quam si docemus atque erudimus iuventutem, his praesertim moribus atque temporibus, quibus ita* prolapsa *est, ut omnium opibus refrenanda atque coercenda sit.* Cael. 20. *Baiae loquuntur — huc unius mulieris libidinem essse* prolapsam, ut ea — *in turpissimis rebus frequentissima celebritate et clarissima luce laetetur.* 2. excurrere in oratione. Caecin. 35 *longius* prolapsus *sum quam ratio vestri iudicii postulabat.* Leg. I. 20. *libenter ad istam orationem tecum* prolaberer. 3. de verbo quod per errorem aut per animi perturbationem inconsideratius excidit. Font. 9. *Recordamini quantopere laborare soleatis nonmodo quid dicatis pro testimonio, sed etiam quibus verbis utamini, ne quod minus moderate positum, ne quod ab aliqua cupiditate* prolapsum *verbum esse videatur.*

PROLAPSIO. Cael. 17. *multas vias adolescentiae lubricas ostendit quibus illa insistere aut ingredi sine casu aliquo aut* prolapsione *vix posset.*

PROLATIO. 1. *commemoratio.* Orat. 34. *commemoratio antiquitatis exemplorumque* prolatio. 2 *dilatio.* Rab. Perd. 3. *quum alteri ad* prolationem *iudicii biduum quaereretur.* 3. Att. VII. 12. *prolatio rerum* est iustitium, aliaeque feriae. 4. *continuatio.* Fam. V. 16. prolatio *temporum perditorum.*

PROLUVIES, *Ueberschwemmung.* Q. Fr. III. 7. *Romae mira* proluvies, — *magna vis aquae usque ad piscinam publicam.*

PROMERERI. 1. de beneficiis. Q. Fr. I. 1. *diligentissimus in* promerendo. Pet. cons. . is suo beneficio promeritus est ut se ames. 2. de maleficiis Inv. II. 28. *levius demonstrando reum punitum, quam sit ille* promeritus.

PROMERITUM, i. q. meritum, ad Qu. p. Red. 3. p. Red. in Sen. 1.

PROMISCUE, *communiter.* Rull. II. 31. promiscue *toto, quam* proprie *parva frui parte malletis.* Font. 4. *iudicium aurium* promiscue *et communiter stultis ac sapientibus a natura datum.* Orat. III. 20. *ex quo* promiscue *haurirent* (oratores et philosophi) *si manere in pristina communione voluissent.*

PROMISSIO. Att. VIII. 10. *scelerum* promissio *et iis, qui exspectant, perniciosa est, et iis qui promittunt.*

PROMISSUM. Off. I. 10. *Nec* promissa *servanda sunt ea, quae sint iis, quibus promiseris inutilia, nec si plus tibi noceant, quam illi prosint cui promiseris.* — *Iam illis* promissis *standum non esse, quis non videt, quae coactus quis metu, quae deceptus dolo promiserit.* Off. III. 24. *pacta et* promissa *semperne servanda sint, quae nec vi nec dolo malo facta sint.* Tusc. V. 7. *cave putes ullam in philosophia vocem emissam clariorem, ullamve esse philosophiae promissum uberius aut maius.* Ibid. I. 40. *si ante mors adventet, quam Chaldaeorum* (astrologorum) promissa *consecuti sumus.*

PROMITTERE. 1. *polliceri.* Cael. 32. Promitto *hoc vobis et reip. spondeo.* Phil. V. 18. promitto *recipio, spondeo,* C. Caesarem (Octavianum) *talem semper fore civem, qualis hodie sit.* Top. 4. *si quis in pariete communi demoliendo damni infecti* promiserit. Div. II. 17. *quae inconstantia deorum est, ut primis minentur extis, bene* promittant *secundis.* 2. *promittere ad aliquem,* est ei addicere se venturum ad praedium, vel ad cenam, (*sich bey einem versagen*). Orat. II. 7. *quum ille dubitaret, quod ad fratrem* promiserat. 3. *promittere* est etiam *praedicere.* Fam. VI. 1. *id ne accideret timebam; praesertim, quum, si mihi alterum utrum de eventu atque exitu rerum* promittendum *esset,*

id futurum, quod evenit, exploratius possem promittere, scil. fore ut Pompeius a Caesare vinceretur. 4. profiteri se aliquid suscepturum vel expositurum. Orat. I. 24. *moderabor ipse, ne — videar, non ipse aliquid a me promisisse, sed fortuito in sermonem vestrum incidisse.*

PROMO. 1. profero. Verr. III. 84. *quum tibi pecuniam ex aerario pecuniam* prompsisset *atque adnumerasset.* Fin. II. 7. *doloris medicamenta illa Epicurea, tanquam de narthecio* promant. 2. alicunde sumo vel haurio. Orat. I. 14. *est aliquid quod — ex obscuriore aliqua scientia sit* promendum *et assumendum.* Top. 2. *loci sunt quasi sedes e quibus argumenta* promuntur.

PROMONTORIUM. Flacc. 13. *omnes sinus,* promontoria, *litora.* Verr. V. 56. *ut illi, quos a poetis accepimus, sinus quosdam obsedisse maritimos, aut aliqua* promontoria *aut praerupta saxa tenuisse dicuntur, ut eos, qui essent appulsi navigiis, interficerent;* Laestrygones significat.

PROMOTUM dicitur id quod Stoici προηγμένον. Fin. III. 16.

PROMOVERE alio loco collocare. Q. Fr. III. 1. *assa in alterum apodyterii angulum* promovi.

PROMPTUS. 1. *paratus.* Rull. II. 30. *ad vim* promptus, *ad seditionem* paratus, *ad caedem* expeditus. Brut. 42. prompta et parata in respondendo celeritas. ib. 36. *M. Marcellus* promptus *et non inexercitatus ad dicendum fuit.* Fam. IV. 13. *cetera quae tibi a multis* prompta *esse certo scio a me sunt* paratissima. 2. *conspicuus, apertus* Planc. 14. *vultu* promptum *habuit et lingua dolorem.* Orat. I. 40. *alacri et* prompto *vultu huc illuc intueri.* Rosc. Am. 43. *hoc quidem minime latet, quod ita* promptum *et propositum est.* Orat. III. 57. *discutienda sunt ea, quae obscurant, et ea, quae sunt eminentia et* prompta, *sumenda.* 3. *alacris, audax* (*dreist*). Verr. IV. 17. *Tu Cacurii* promptissimi *hominis et experientis* (i. e. qui satis alacris esset ad propulsandas iniurias et in usu rerum versatus) *et in primis gratiosi supellectilem omnem auferre non dubitasti.* Verr. II. 14. *hi hominem* (Verrem) *admonent, rem* (Heraclii) *esse praeclaram refertam omnibus rebus; Heraclium hominem esse maiorem natu non* promptissimum. Pis. 23. *quum ego* (Pisonem) *Caelimonta-*

na porta introisse dixissem, sponsione me, ni Esquilina introisset, homo promptissimus *lacessivit.*

PROMULGARE, legem antequam ad populum feratur scriptam palam proponere. Att. I. 11. *quid de* promulgata *rogatione sentiret.* Phil. I. 10. *loquor de legibus* promulgatis *de quibus est integrum vobis.* Sext. 11. promulgantur *uno eodemque tempore rogationes ab eodem tribuno de mea pernicie et de provinciis consularibus nominatim.* Flacc. 7. *quae scisceret plebes aut quae populus iuberet — re multos dies* promulgata *et cognita iuberi vetarique voluerunt.*

PROMULGATIO est legis, quum scripta proponitur ante comitia. Fam. I. 5. *nefaria* promulgatio; Phil. I. 10. *illae leges nulla* promulgatione *latae sunt, antequam scriptae.* Phil. V. 3. *ubi* promulgatio *trinundinum?* Scil leges antequam ad populum ferrentur, scriptae debebant proponi h. e. promulgari per trinundinum.

PROMULSIS cibi quae ante cenam iustam, et ante mulsi potionem gustabantur, apponebanturque in gustatoriis s. promulsidariis. Fam. IX. 16. *Ante meum adventum fama ad te de mea nova lautitia veniet; eam extimesces. Neque est quod in* promulside *spei ponas aliquid, quam totam sustuli. Solebam enim antea debilitari oleis et lucanicis tuis.* Ibid. 20. *habuisse* (me) *non hospitem, sed contubernalem. At quem virum? non eius quem tu es solitus* promulside *conficere*, i. e. saturare.

PRONEPOS. Tusc. III. 12. pronepos Iouis est Thyestes.

PRONOMINATIO. Her. IV. 31. *Pronominatio est, quae sicuti cognomine quodam extraneo demonstrat id, quod suo nomine appellari non potest.*

PRONUNTIARE. 1. est praeconum, qui aliquid proclamando denuntiant. Fam. V. 12. *victorum nomina magna voce* pronuntiare. 2. est magistratuum, qui edictis aliquid imperant. Verr. III. 20. *haec omnia venditis decumis anno tertio edixisse de dico, quae si reip. causa faceres in vendundo essent* pronuntiata. 3. est consulum, *sententias pronuntiare* Fam. I. 2. quod fit, quum diversas senatorum sententias breviter repetunt, ac deinde in eas discessionem fieri iubent. 4. est praetorum in iudiciis Verr. II. 38. (Verres) *palam de sella ac tribunali* pronuntiat. 5. pronuntiare nonnun-

quam i. q. promittere. Cluent. 29. *suppressam esse ab eo pecuniam, quam pro reo* pronuntiasset, *qui erant in concione non intelligebant.* Att. I. 11. *Novi est in lege hoc, ut qui nummos in tribu* pronuntiavit, *si non dederit, impune sit.* — *Dixi hanc legem P. Clodium iam ante servasse;* pronuntiare *enim solitum esse et non dare.* Planc. 18. ubi item de largitione candidatorum ad suffragia captanda agitur: *doce — decuriasse Plancium, conscripsisse, sequestrum fuisse,* pronuntiasse (i. e. *promisisse*) *divisisse.* 6. omnino viva voce eloqui. Div. II. 5. *memoriter* pronuntiare *versus* Orat. I. 61. *Demosthenes summa voce versus multos uno spiritu* pronuntiare *consuescebat.* Ibid. 19. Menedemus — memoriter *multa ex orationibus Demosthenis praeclare scripta* pronuntians. Orat. II. 19. *quinque faciunt quasi membra eloquentiae, invenire quid dicas, inventa disponere, deinde ornare verbis, post memoriae mandare, tum ad extremum agere ac* pronuntiare.

PRONUNTIATIO. 1. Inv. I. 7. Pronuntiatio (*der Vortrag des Redners, mit Inbegriff der Geberden*) est ex rerum et verborum dignitate vocis et corporis moderatio. 2. *der bloſse mündliche Vortrag des Redners.* Orat. II. 8. *qui cantus moderatae orationis* pronuntiatione *dulcior inveniri potest?* 3. sententia iudicum publicata Cluent. 20. *Oppianico re et existimatione iam, lege et* pronuntiatione *nondum condemnato.* 4. enuntiatum s. enuntiatio (*ein Satz*). Fat. 12. *quid est cur non omnis* pronuntiatio *aut vera aut falsa sit?*

PRONUNTIATOR. Brut. 83. *Thucydides rerum gestarum* pronuntiator *sincerus et grandis etiam fuit.*

PRONUNTIATUM, c. q. enuntiatio s. pronuntiatio, *ein Satz.* Tusc. I. 7.

PRONUS. 1. de gravitate corporum. Tusc. I. 18. *Nihil habent haec duo genera* proni, *et supera semper petunt.* 2. in anteriorem partem flexus. Div. I. 53. *Motus corporis* pronus, *obliquus, supinus.*

PROOEMIUM. 1. musicorum, *das Vorspiel, das Ritornell.* Orat. II. 80. *citharaedi* prooemium. 2. orationis exordium Orat. I. 19. inprimis autem species exordii, quod Latine dictum est principium, et insinuationi opponitur Her. I. 4. Cluent. 21. *longum et alte petitum* prooemium. 3. *librorum scriptorum exordium sive praefatio.* Att. XVI. 6. *de gloria librum ad*

te misi, et in eo prooemium *id est, quod in Academico tertio; id evenit, quod habeo volumen* prooemiorum, *ex eo eligere soleo, quum aliquod σύγγραμμα institui. Itaque iam in Tusculano, qui non meminissem me abusum isto* prooemio, *conieci in eum librum, quem tibi misi. Quum autem in navi legerem Academicos, agnovi erratum meum, itaque statim novum* prooemium *exaravi, tibi misi.* 4. praefatio edicti praetoris. Verr. I. 43. *quum a te caput illud* (edicti) *tam multis verbis mea cenario* prooemio *esset ornatum.* 5. *praefatio legis.* Leg. II. 7. *habes legis* prooemium. *Sic enim hoc appellat Plato* (de Legg. lib. X. 4.)

PROPAGARE. 1. de sobole. Phil. I. 6. *Brutus qui regio dominatu remp. liberavit et ad similem virtutem et simile factum stirpem in prope quingentesimum annum* propagavit. 2. de vitae conservatione. Inv. I. 1. *quum homines sibi victu ferino vitam* propagabant. Fin. V. 12. *Philoctetes* propagabat *vitam aucupio sagittarum.* 3. de temporis continuatione. Catil. II. 5. *quos si meus consulatus sustulerit, non breve, nescio quod tempus, sed multa secula* propagarit *reip.* 4. de bonis aut malis vel conservatis, vel amplificatis, vel multiplicatis. Prov. cons. 8. *annus est integer nobis exspectandus, quo interiecto civium calamitas, sociorum aerumna, sceleratissimorum hominum impunitas* propagatur. Off. II. 12. *vera gloria radices agit, atque etiam* propagatur. Top. 18. *ex quibus plura bona* propagentur. 5. *memoriae posteritatis tradere.* Sext. 48. *haec fama celebrantur, monumentis annalium mandantur, posteritati* propagantur.

PROPAGATIO. 1. Sen. 1. 15. propagatio *vitium.* 2. Off. I. 17. propagatio *et soboles origo est rerum publicarum.* Tusc. I. 14. *procreatio liberorum* propagatio *nominis.* 3. Fam. V. 15. *vita in qua nihil insit, nisi* propagatio *miserrimi temporis.* 4. Prov. cons. 12. *finium imperii nostri* propagatio.

PROPAGATOR, prorogator. Att. VIII. 3. *ille provinciae propagator,* de Pompeio qui auctor fuerat ut Caesari provincia Gallia in quinquennium prorogaretur. Codex Maffeij habet *prorogator,* quod Malaspina praeferebat. Vulgatam defendit Graevius.

PROPAGO. *Absenker.* Sen. 15. *malleoli, plantae, syrmenta, vivi radices,* propagines.

causam adiudicaturus sit aut inclinatione voluntatis propendeat *in nos.* — ibid. 41. si se dant judices, — et sua sponte quo impellimus, inclinant atque propendent. 3. *gravitate et magnitudine superare.* Tull. V. 31. *vita, non solum si undique referta bonis est, sed si multo majore et graviore ex parte bona propendent, beata recte dici potest.*

PROPENSE. libenti animo. Fam. XII 15. Rhodios *tanta in pravitate animadverti. — ut hanc concordiam et conspirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem* propense *non crederent esse factam.*

PROPENSIO. Fin. IV. 17 *Natura jure responderit — errare Zenonem, qui nulla in re nisi in virtute* propensionem, *ne minimi quidem momenti ad summum bonum adipiscendum esse diceret.*

PROPENSUS inclinatus, proclivis-Rosc. Am. 30. *natura non tam propensus ad misericordiam quam* inclinatus *ad severitatem videbatur.* N. D. III. 40. *disputatio — ad veritatis similitudinem* propensior. Off. II. 20. *a quo expeditior et celerior remuneratio fore videtur, in eum fere est voluntas nostra* propensior Tusc. IV. 38. *ut optima quisque valitudine affectus potest videri — ad aliquam morbum* proclivior, *sic animus alius ad alia vitia* propensior.

PROPERARE. festinare Fam. XII. Y. *inde ventis remisque in patriam omni festinatione* properavi. Mil. *quae causa erat, cur Romam* properaret. Somn. *quin huc venire* propero? Tusc. I. 31. *veniet tempus* (mortis) *et quidem celeriter, sive retractabis, sive* properabis. *Volat enim aetus.* Mil, 19. properato *opus est.*

PROPERATIO. Fam. V. 12. *ad* properationem *meam quiddam interest non te exspectare dum ad locum venias.*

PROPINARE, einem zutrinken. Tusc. I. *Socrates quum venenum ut sitiens obduxisset reliquum sic e poculo eiecit, ut id resonaret, quo sonitu reddito ridens:* Propino, *inquit hoc pulchro Critiae, qui in eum fuerat teeerrimus. Graeci enim in conviviis solent nominare cui poculum tradituri sint.*

PROPINQUITAS. 1. de loco *die Nähe.* Phil. III. 6. *municipium* propinquitate *prope finitimum* Scaur. fr. propinquitas *et celebritas loci tollit suspicionem.* 2. cognatio. Planc. 11. *maximis vinculis et* propinquitatis *et affinitatis coniunctus.*

gendum affigere Att. II. 21. locus *ubi edicta* proponuntur. Quint. 15. de *quo libelli* (scil. auctionis bonorum) *in celeberrimis locis* proponuntur. Rull. II. 5. *aliquando tandem lex in publicum* proponitur. Muren. 11. *qui singulis diebus* ediscendis *fastos populo* proposuit. 3. de poenis aut praemiis quae constituuntur. Verr. V. 58. *Verres — tantum sibi auctoritatis in rep. suscepit, ut quibus hominibus — in hac urbe in rep. versari liceret, iis omnibus mortem acerbam crudelemque* proponeret, *si fortuna eos ad aliquam partem Siciliae detulisset.* Verr. III. 79. *quum in eo ordine* (scil. senatorio) *videamus esse multos non idoneos, qui ordo industriae* propositus est *et dignitati, mirabimur turpes aliquos ibi* (scil. in ordine scribarum) *esse, quo cuivis licet pretio pervenire.* 4. *praeficere* Sext. 67 *ut consilium senatus reip.* proponerent. 5. de rebus quae animo contemplandae obiiciuntur, N D I. 40. *comprehende animo et* propone *ante oculos deum — nihil aliud nisi: Ego sum beatus, cogitantem.* Dejot. 14. Propone *tibi duos reges, et id animo contemplare quod audire non potes.* Fam. IV. 9. *quae aliis tute praecipere soles, ea tute tibi subiice, atque apud animum tuum* propone. Verr. III. 23.. *Vos ante oculos animosque vestros — huius importunitatem, Apronii regnum* proponite. 6. *Commemorare.* Ligar. 11. *possum notissimos viros* proponere. 7. est philosophorum vel oratorum quum ponunt, de quo dicant. Tusc. V. 4. *Sic est* propositum, *de quo disputaremus.* Brut. 60. *Curio quum tria* proposuisset *aut quartum addebat, aut tertium quaerebat.* 8. de majore propositione syllogismi. Inv. I. 39. *quatuor partibus constat argumentatio, quum aut* proponimus, *aut assumimus etc.* 9. de summa rei Fin. V. 6. *quod* propositum *sit arti* 10. Att V. 10. *nihil erat* propositum *ad scribendum,* h. e. nulla a te data occasio.

PROPORTIO Univ. 4. *id optime assequitur,* quae Graece *ἀναλογία*, Latine (audendum est *enim, quoniam haec primum a nobis novantur*) *comparatio,* proportiove *dici potest* ibid *eius particulae intervallo relicto habebat numerus ad numerum eandem* proportionem *comparationemque in extremis, quam habent* CLVI. *cum* CCLIII. Verr. IV 21. *Fuere aliquando apud Siculos peraequa* proportione *cetera.*

PROPOSITIO 1. consideratio. Tusc. III. 18.

PROPRAETOR qui praetura in urbe gesta mittitur in provinciam cum imperio. Fam. VIII. 8. senatui placere in Ciliciam provinciam in octo reliquas provincias, quas praetorii pro praetore obtinerent, eos qui praetores fuerunt — sortito mitti. Prov. cons. 7. *res in Sardinia — a propraetore gesta.* Phil. IV. 17. Cicero censet decernendum esse Caesarem Octavianum qui nondum praetor fuerat, *propraetorem, senatorem esse, sententiamque loco praetorio dicere.*

PROPRIE. 1. de eo quod singulis est attributum, cui opponitur *communiter* et *promiscue.* Fam. IX. 15. *quod me amas, est tibi id commune cum multis, quod tu ipse tam amandus es. id est* proprie tuum. Sext. 16. *Metelli causam neque Senatus publice, neque ullus ordo* proprie *susceperat.* Off. I. 30. *intelligendum est — duabus quasi nos a natura indutos esse personis, quarum una est* communis, *ex eo quod omnes participes sumus rationis — altera autem quae* proprie *est singulis tributa.* Rull. II. promiscue *toto, quam* proprie *parva frui parte malletis.* 2. proprie dicere, est rem proprio nomine appellare. Partit. 1. proprie *in rebus invenire, in verbis eloqui dicitur.* Phil. II.. *O hominem nequam! quid enim aliud dicam? magis* proprie *nihil possum dicere.* 3. *Proprie dicere* est etiam rebus convenienter dicere. Orat. II. 14. *quam* proprie *de unoquoque dixit*

PROPRIETAS. I. Top. 22. *quum quid sit quaeritur, notio explicanda est et* proprietas. Proprietas *sic: in hominemne solum cadat, an etiam in belluas aegritudo.* Partit. 12. *non dubium est, quin definitio genere declaretur, et* proprietate *quadam.* H. l. proprietas est quod nostri logici dicunt *differentiam specificam.* Ac. pr. II. 18. *Singularum rerum singulae sunt* proprietates. Hac sententia idem enuntiatur, quod Leibnitius *principio* quod appellabat *indiscernibilium.*

PROPRIUS 1. opponitur *communi.* Rosc. Am. 52. *ille adduci non potest, ut quum ademerit nobis omnia, quae nostra erant* propria, *ne lucem quoque hanc, quae* communis *est nobis eripiat.* Orat. I. 10. *id mihi videbitur — Crassus sua quadam* propria *non communi oratorum facultate posse.* Fam. IV. 15. *quare non debes aut* propriam *fortunam, aut praecipuam postulare, aut* communem *recusare.* Leg. II. 22.

Orat. I. 57. *huius paterni iuris defensor et quasi patrimonii* propugnator *sui*.

PROPULSARE, repellere, arcere. Fin. IV. 25. *frigus, famem* propulsare. Phil. V. 4. *sic erant disposita praesidia, ut ab ingressione fori populum tribunosque plebis propulsari videres.* Off I. 7. *iniustitiae genera duo sunt: unum eorum, qui inferunt, alterum eorum, qui ab iis, quibus infertur, si possint, non* propulsant *iniuriam*. Rosc Am. 2. *periculum quod in omnes intenditur* propulsare.

PROPULSATIO. Sull. 1. *Cum huius periculi* propulsatione *coniungam, defensionem officii mei.*

PROPYLAEUM. Off. II 17. *Phalereus Demetrius Periclem, principem Graeciae, vituperat quod tantam pecuniam in praeclara illa* propylaea *coniecerit;* scil. in propylaea quae templo Palladis in arce Athenarum adiecerat, insumptis in ea duobus millibus et duodecim talentis

PROQUAESTOR, qui pro quaestore mittitur in provinciam. Fam. XV. 14. *Saepius* pro quaestore *dicitur.* Verr. Act. I. 4. *eum cui* proquaestore *fuisset, prodidit.*

PRORA. 1. pars anterior navis. Orat. III. 46. *in navigio latera, carinae,* prora, *puppis* 2. metaphorice. Fam. X. 24. *Mihi* prora et puppis, *ut in proverbio Graecorum est, fuit a me tui dimittendi, ut rationes meas explicares.*

PRORIPERE. Verr V. 62. *iubet hominem* proripi Har. 1. *Ille aestuans se e curia repente* proripuit. Fin. II. 22. *quae libido non sese* proripiet *ac proiiciet.*

PROROGARE, differre. Verr. I. 38. *diem* prorogare. Att. XIII. 34. *quid plura? ipse enim adsum nisi quid tu* prorogas. Phil. II. 29. proficiscitur *in Hispaniam Caesar paucis tibi ad solvendum propter inopiam tuam* prorogatis *diebus.* Sic prorogatio *diei.* Att. XIII. 43. Sed *prorogare* est proprie populi per legem alicui magistratum, imperium, provinciam continuantis, semperque dicitur ubi continuatio fit saltem decreto aliquo ut Senatus. *Propagare* autem continuationem quamcumque et quacumque de causa notat Sed inconstantia librariorum hoc discrimen non accurate servavit. Vid. Perizon. Animadv. hist. c. 6. Drakenb. ad Liv. XLII. 30. Graev. ad Epp. ad Att. V. 17. Oudendorp ad Sueton. Aug. 23. *Ern.* Sic prorogare provinciam. Att. V. 2. 11. Q. Fr. I. 1, 4. *quod*

PROSCRIPTURIRE; cupiditate teneri Sullanae proscriptionis instaurandae. Att. IX. 10. hoc *turpe Cnaeus noster* (Pompeius Magnus) *biennio ante cogitavit, ita* sullaturit *animus eius et* proscripturit *diu.* cf. Att. VIII. 11.

PROSCRIPTUS. 1. Att. XII. 48. *horti quem in diem* proscripti sint, *velim ad me scribas.* Verr. I. 54. *iste locare incipit non* proscripta *neque edicta die.* Att. XVI. 16. *Buthrotium agrum* proscriptum *vidimus.* 2. Verr. I. Lex Cornelia (Sullae) proscriptum *iuvare vetat.*

PROSELENUS, ante lunam natus. Fr. orat. pro Fundan. *Arcades se* Proselenos *esse asseverant.* Vid. *Heynii* diss. de Arcadibus luna antiquioribus.

PROSEMINARE. Hortens. fr. *solertiam, quae posset vel in tegulis* proseminare *ostreas.* Orat. III. 16. *nam quum essent plures orti a Socrate* — proseminatae *sunt quasi familiae dissentientes inter se et multum disiunctae.*

PROSEQUI. 1 sensu proprio. Q. Fr. II. 12. *publicani Domitium cum equis* prosecuti *sunt,* Fam. XIII. 6. *quum te* prosequerer *paludatum.* 2. per translationem de honoris et benivolentiae officiis quibus vel absentem vel discedentem vel mortuum complectimur Planc. 30. *Is me in discessu meo non lacrimis solum suis, sed animo, corpore, copiis* prosecutus *est.* Fam. XV, 21. *reliquum est ut tuam profectionem amore prosequar, reditum spe exspectem.* Phil. IV. 1. *Laudo vos,* Quirites, *quum gratissimis animis* prosequimini *nomen clarissimi adolescentis.* Lael 7. *absentes* adsunt (amici) — et, *quod difficile dictu est, mortui vivunt, tantus eos honos, memoria, desiderium* prosequitur *amicorum.* Brut. 2. *opportunitatem mortis illius bonivolentia potius, quam misericordia* prosequamur. Phil. II. 13. *quae tam immemor posteritas, quae tam ingratae literae reperientur, quae eorum gloriam non immortalitatis memoria prosequantur.* (Legendum videtur: non immortali memoria prosequantur. Sic paullo ante: *quae* (res) *commendatior memoriae hominum* sempiternae?). 3. *urgere.* Verr. II. 30. *iratus hominem verbis vehementioribus* prosequitur.

PROSILIRE. Cael. 26. *sed quid ego de dignitate istorum testium loquor? — in balneis delituerunt — deinde temere* prosiluerunt.

PROSTERNERE. 1. *niederwerfen.* Phil. II. 18. *ille se ad pedes meos* prosternens *lacrimans.* 2. *Zu Grunde richten* Cluent. 26. *praecipitantem impellamus et perditum* prosternamus. — 3. *niederschlagen.* Cluent 6. *mulier perfregit ac* prostravit *omnia cupiditate ac furore.* 4 *vernichten.* Fam V. 9. *malivolorum obtrectationes et invidias* prosternere *atque obterere.* 5. *in die Flucht schlagen.* Phil. XIV. 10. *Hirtius hostes* prostravit, *fudit, occidit.*

PROSTRATUS. 1 sensu proprio Ligar 5. prostratus *ad pedes.* 2. valde afflictus et perculsus. Orat. II. 52. *afflicta et* prostrata *virtus.* Catil. II 1 *iacet ille nunc* prostratus *et se perculsum atque abiectum esse sentit.*

PROTECTUS, cavendo securus Phil. XIII 3. *sapientia cautioribus utitur consiliis, in posterum providet, est omni ratione protectior.*

PROTEGERE. 1. sensu proprio. Tusc. IV. 22. *quum* (Africanus) *in acie M. Halienum scuto* protexerit. 2. *defendere* Sull. 18. *Ego iacentem et spoliatum* defendo *et* protego.

PROTERERE. Her. IV. 13. quam (urbem) *Karthago Numantia — Corinthus labefactare non potuit, eam patiemini nunc ab homunculis deterrimis* proteri *atque conculcari?* Flacc. 22. *istum semper illi ipsi domi* proterendum *esse et conculcandum putaverunt.*

PROTERRERE. Caecin. 9. *ferro* proterrui i. e. in fugam conieci terrore ferri.

PROTERVITAS. Cael. 12. *facile est accusare luxuriem — de adulteriis, de* protervitate, *de sumptibus immensa oratio est.*

PROTERVUS. Fin. V. 12. *sessiones quaedam et flexi fractique motus, quales* protervorum *hominum aut mollium esse solent, contra naturam sunt.* Cael. 16. *si* proterva *petulanter, dives effuse viveret.*

PROTINUS. 1. *statim.* Inv. I. 5. *Principium est oratio perspicua et* protinus *perficiens auditorem attentum* 2. deinceps, postea. Inv. II. 3. *qui* protinus *ab hac disciplina sunt profecti.*

PROTRAHERE. Phil. I. 9. *quis accusator tam amens reperietur, qui reo condemnato* obiici se multitudini conductae *velit; aut iudex, qui reum damnare audeat, ut ipse* ad operas mercenarias *statim* protrahatur?

39. dicitis — *materiae universae fictricem et moderatricem divinam esse* providentiam; *hanc igitur quocumque se moveat efficere posse quidquid velit.*

PROVIDENTER. N. D. III. 40. Stoicorum ratio. *quae de providentia deorum ab illis sanctissime et* providentissime *constituta est.*

PROVIDERE. 1. *prospicere, consulere* Manil. 11. *industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in* providendo. Mur. 2. *est boni consulis non solum videre quid agatur, verum etiam* providere, *quid futurum sit.* Div. II. 6. *medicus morbum ingravescentem ratione* providet, *insidias imperator, tempestates gubernator. Et tamen hi saepe falluntur.* Rab. Post. 1. *hoc plerumque facimus, ut consilia eventis ponderemus, et cui bene quid processerit, multum illum* providisse, *cui secus, nihil sensisse dicamus.* Q. Fr. I. 1. *consulere omnibus, mederi incommodis hominum,* providere *saluti.* Cael. 9. *ut eodem tempore et huius saluti, et religioni vestrae, et contra periculosissimas hominum potentias conditioni omnium civium* providisse *videamini.* N. D. I. 2. *Sunt philosophi — nobiles, qui deorum mente atque ratione omnem mundum administrari atque regi censeant, neque vero id solum, sed etiam ab iisdem, vitae hominum consuli et* provideri. 2. *procurare.* N. D. II. 22. *Mens mundi — haec potissimum* providet *et in his maxime est occupata, primum ut mundus quam aptissimus sit ad permanendum, deinde ut nulla re egeat.* Fam. I. 2, *quae ut quam rectissime agantur, omni cura* providebo. Att. XIV. 21. *quod opus erit* provideas *atque administres.* 3. *praecavere.* Q. Fr. I. 1. *ante occupatur animus ab iracundia, quam* providere *ratio potuit, ne occuparetur.* Att. X. 18. *cetera quae consilio* provideri *poterant, cavebantur.* Planc. 22. *Noli putare nullos fuisse, quorum animos tuus ille fortis animus offenderet? qui te incautum fortasse nunc tuo loco demovere potuerunt,* providentem ante et praecaventem *nunquam certe movebunt.*

PROVIDUS. N. D. 22. *Natura non artificiosa solum, sed plane artifex a Zenone dicitur, consultrix et* provida *utilitatum opportunitatumque omnium.* Div. II. 57. *quae vetustas est, quae vim divinam efficere possit? Quid tam divinum autem, quam afflatus ex terra mentem ita movens ut eam* providam *rerum futu-*

cialem *dedit.* Ibid. I. 1, 6. *provinciales homines* sunt Romani in provinciis habitantes, qui opponuntur Graecis. Fam. XV. 1. *provincialis delectus*, est delectus militum e civibus Romanis in provincia habitantibus; quibus opponuntur *auxilia sacrorum*. Att. VI. 2. *aditus ad me minime* provinciales; h. e. multo facilior sum in admittendis qui me adire volunt, hominibus, quam vulgo solent esse in provinciis proconsules aut propraetores. Sext. 3. provincialis *abstinentia* ibid. 5. provincialis *integritas*, est eorum qui in provincia magistratum gerunt.

PROVISIO. 1. praevisio, s. futuri meditatio. Tusc. III. 14. *multum potest* provisio animi et *praeparatio ad minuendum dolorem*. Partit 20. provisio *posteri temporis*. 2. cautio. Orat 56. *inculcamus per imprudentiam saepe — versus; vitiosum genus et longa animi* provisione *fugiendum*. Lael. 21. *omnium horum vitiorum atque incommodorum, una cautio est, atque* una provisio, *ut ne nimis cito diligere incipiamus neve indignos.*

PROVISUS, providendo ne accidat, curatus. Att. II. 1. *a me ita* praecautum *et* provisum *est*. Tusc. III. 22. *quum* videtur *praecaveri potuisse*, si provisum esset, *quasi culpa contractum malum aegritudinem acriorem facit.* 2. praemeditatus, ibid. III. 15. Epicurus *censet, necesse esse omnes in aegritudine esse, qui se in malis esse arbitrentur, sive illa ante* provisa *et exspectata sint, sive inveteraverint. Nam neque vetustate minui mala, nec fieri* praemeditata *leviora.*

PROVOCARE. 1. *evocare*. Fam. I. 9. *Pamphilam cantatum* provocamus. 2. lacessere. Fam. VII. 3. *ego respondere facilius possum, quam* provocare, 3. de provocatione ad populum (*appelliren*) Phil I. 9. *lex ut de maiestate damnati ad populum* provocent *si velint.*

PROVOCATIO. Leg. III. 3. *ni par maiorve potestas populusve prohibessit, ad quos* provocatio *esto.* Ibid. *Militiae ab eo, qui imperabit,* provocatio *ne esto.* Orat. II. 48. *tum illa egi, neque reges ex hac civitate exigi — neque* provocationem, *patronam illam civitatis ac vindicem libertatis populo Romano dari sine nobilium dispensione potuisse.* Roll. II. 13. *poena sine* provocatione, (i. e. ius puniendi, ita ut puniendo haud liceat provocare) *animadversio sine auxilio.*

IX. 13. *non possum non* proxime *atque ille, aut etiam* aeque laborare.

PROXIMUS. 1. nuperrimus, s. proxime superior de tempore. Fam. I. 9. proximis *superioribus* diebus. Catil. I. 1. *quid* proxima, *quid superiore nocte egeris.* Lael. 2. *his* proximis *Nonis tu non affuisti.* 2. de tempore proxime insequente. Fin II. 16. *anno* proximo. Manil. 19. *an C Falcidius, Q. Metellus — quum tribuni plebis fuissent, anno* proximo *legati esse potuerunt?* 3. de vicinia loci Ac. pr. II. 33. *mare dissimile est* proximo *ei continenti.* N. D. II. 20. *Huic* proximum *inferiorem orbem* tenet — *stella Martis.* 3. praecedens in ordine. Orat. 64. proximus a *postremo.* 4. ordine aut dignitate secundus. Cluent. 55 *Eques senatori dignitate* proximus. Brut. 47. duobus summis (oratoribus) *Crasso et Antonio L. Philippus* proximus *accedebat, sed longo intervallo tamen* proximus. Inv. II. 58. *Summa quidem necessitudo videtur esse honestatis, huic* proxima *incolumitatis, tertia ac levissima commoditatis.* 5. propinquus s. affinis. Off. I. 14. *iniuriosi in* proximos. 6. proximi interdum sunt advocati, defensores alicuius rei, qui ei adsunt in iudicio et assident in subselliis. Verr. V. 64. *quum haec — cumulata tuis* proximis *plana fecero,* ibid. II. 44. *qui tabulas tenet, qui scribit, qui* proximus *est.* 7. de via brevissima. Off. II. 12, *Praeclare* Socrates *hanc viam ad gloriam* proximam *et quasi compendiariam dicebat esse, si quis id ageret, ut qualis haberi vellet, talis esset.* 8. Verr. IV. 8. *quia religioni suae non modo in diis patriis repetundis, sed etiam in ipso iureiurando ac testimonio* proximus *fuit,* ab ea non discessit, eam diligenter servavit.

PRUDENS. 1. *providus, cautus.* Leg. I. 16. *quis* prudentem *et ut ita dicam cautum non ex ipsius habitu, sed ex aliqua re externa iudicet?* Partit. 5. *Orator* prudens *et providus.* Div. I. *alii quos* prudentes, *id est,* providentes *possumus dicere.* 2. dicitur etiam de eo qui vel ingenio, vel doctrina, vel iudicio pollet. Cluent. 38. *quis P. Octavio* Balbo *ingenio* prudentior, *iure peritior. — commemorari potest.* Lael. 2. *Atilius* prudens *in iure civili esse putabatur* Brut. 31. *omnes fere Stoici* prudentissimi *in disserendo* ibid. 68. *Torquatus elegans in dicendo, in existimando admodum* prudens. 3. sciens, consilii sui conscius. Att. X. 11. *ne*

te sciens prudensque *eo demittas, unde exitum vides nullum esse.* Fam VI. 6. ut in fabulis *Amphiaraus sic ego* prudens et *sciens* (*mit Wissen und Bedacht*) *ad pestem ante oculos positum sum profectus.*

PRUDENTIA, 1. N. III. 15. Prudentiamne deo *tribuemus, quae constat ex scientia rerum bonarum et malarum et nec bonarum nec malarum.* Inv. II, 53. Prudentia est *rerum bonarum et malarum neutrarumque scientia. Partes eius memoria, intelligentia, providentia* Her. III. 2. Prudentia *est calliditas, quae ratione quadam potest delectum habere bonorum et malorum. Dicitur item* prudentia *scientia cuiusdam artificii. Item appellatur* prudentia *multarum rerum memoria et usus complurium negotiorum* Fin. IV. 1. *omnibus artibus volumus attributam esse eam, quae communis appellatur* prudentia, *quam omnes, qui cuique artificio praesunt debent habere.* Off III. 17 *Astutiae tollendae sunt, eaque malitia, quae vult illa quidem videri se esse* prudentiam, *sed abest ab ea distatque plurimum.* Prudentia *est enim locata in delectu bonorum et malorum, malitia mala bonis ponit ante* Sic Fin. V. 23. prudentia (cernitur) *in delectu bonorum et malorum.* Hoc pressius enuntiatur Leg. I. 23. *animus quum — exacuerit illam, ut oculorum, sic ingenii aciem ad bona* diligenda et reiicienda *contraria, quae virtus ex* providendo *est appellata* prudentia. Partir. 22. prudentia *in suis rebus* domestica, *in publicis* civilis *appellari solet.* Orat. I. 20. *quod consuetudo exercitatioque* et *intelligendi* prudentiam *acueret et eloquendi celeritatem incitaret.* Orat. 8. *Semper oratorum eloquentiae moderatrix fuit auditorum* prudentia (Einsicht). Partit. 8. *facillime auditor discit — si neque* prudentiam (Fassungskraft) *eius impedias confusione partium, nec memoriam multitudine.*

PRUINA. Reif. N. D. II. 10. *aqua neque conglaciaret frigoribus, neque nive pruinaque concresceret, nisi eadem se admisto calore liquefacta et dilapsa diffunderet.* Catil. II. 10. *quo pacto illi Apenninum aut quo illos* pruinas *ac nives perferent?*

PRYTANEUM, curia Athenis a Theseo in arce exstructa, ubi Prytanes conveniebant. In eius cenaculo (θόλῳ) non solum Prytanibus sed aliis quoque de rep. bene meriti victus publice praebebatur. Orat. I. 54. Socrates interrogatus quam poenae aestimationem com-

commeruisse se maxime confiteretur, *respondit sese meruisse — ut ei victus quotidianus in prytaneo publice praeberetur, qui honos apud Graecos maximus habetur.* Verr. IV. 53, *ornatissimum prytaneum* Syracusis.

PSALTERIUM instrumentum musicum. Harusp. 20. Vid. *Psaltria.*

PSALTRIA, mulier cantatrix, et psaltrio canens. Sext. 54. *qui in coetum mulierum pro* psaltria *adducitur*; intelligitur Clodius, qui psaltriae habitu indutus in sacra Bonae Deae irrepserat; teste Plutarcho in vita Ciceronis. Hinc Harusp. 20. *P. Clodius a crocota, a mitra — a strophio, a* psalterio — *est factus repente popularis.*

PSECAS, ancilla quae dominam ornat, comit, fuco vel unguentis capillos conspergit. Caelius Fam. VIII. 15. *vellem quidem Venere prognatus* (i. e. C. Iulius Caesar) *tantum animi habuisset in vestro Domitio, quantum Psecade natus* (i. e. Bellienus verna Demetrii ancilla natus, quem paullo ante nominaverat) *in hoc* (Domitio alio quodam) *habuit* (scil. ut eum occideret).

PSEPHISMA; decretum concionis apud Athenienses. Flacc. 7. *porrexerunt manus* (quod appellatur χειροτονεῖν) psephisma *natum est.* Ibid. 6. sic *sunt expressa ista praeclara, quae recitantur,* psephismata, *non sententiis neque auctoritatibus declarata, nec iureiurando constricta, sed porrigenda manu, profundendeque clamore multitudinis concitatae.*

PSEUDOTHYRUM, falsa ianua, s. postica, et recondita, *eine Hinterthur.* Metaphorice ponitur Verr. II. 21. *Numerantur illa HS ducenta quinquaginta Syracusanis. Ea quemadmodum ad istum postea per* pseudothyrum (i. e. clandestina ratione et occulta) *revertantur, tabulis vobis et testibus planum faciam.* Red. in Sen. 6. ille alter (L. Piso) *Caesoninus* Calventius — quam *intemperans non ianua receptis, sed* pseudothyro *intromissis voluptatibus*, quibus verbis notatur Piso, quod non adversus solum sed aversus quoque fuerit impudicus.

regnum et regis Ptolemaei gaza publicaretur h. e. in populi Rom. potestatem redigeretur.

PUBLICATIO. Planc. 41. *cui* (*M. Lenio Flacco*) *quum omnis metus*, publicatio *bonorum*, *exsilium*, *mors proponeretur*, *haec perpeti si acciderent maluit*, *quam custodiam capitis mei dimittere.*

PUBLICE, reipubl. nomine, in causis publicis; Fam. XV. 1. publice scribere i. e. ad senatum. Caecil. 1. publice *venire* cf. Rosc. Am. 39. Verr. II. 47. III. 73. *Ern.*

PUBLICUS 1. *Publicum* dicitur quod est universi populi. Rull. II. *pecunia* publica. Balb. 13. *publica dicuntur* vectigalia populi Romani. Sic. Q. Fr. I. 1. *hic te ita versari ut et publicanis satisfacias*, *praesertim* publicis *male redemptis*. Prov. Cons. 5. *publicani dicuntur frui* publico. ibid. *ager* publicus *Campanus* Top. 7. *quum de litoribus ageretur*, *quae omnia* publica *esse vultis*. Mil. 27, *tabulae* publicae. Inv. I. 27. publicum (genus occasionis) *est quod civitas universa aliqua de causa frequentat*, *ut ludi*, *dies festus*, *bellum*. 2. *Publicum iudicium* opponitur *privato* Cluent. 27. 3 *Publicum* opponitur *domestico*. Verr. I. 31. *prodeundi tibi in* publicum *potestatem factam negas*. Mil. 7. *caruit foro postea Pompeius*, *caruit senatu*, *caruit* publico; *ianua se ac parietibus texit.*

PUDENS verecundus. Phil. III. 11. *nihil apparet in eo ingenuum*, *nihil moderatum*, *nihil* pudens, *nihil pudicum* Verr. III. 69. *Navus et* pudens *et probus filius*. ibid. pudentissima *femina*. Her. III. 13. *Risus* pudens *et liberalis.*

PUDENTER. Quint. 11. *quem nunc interficere nefarie cupis*, *eum tu* pudenter *appellare* (*bescheiden mahnen*) nolebas? Orat. II. 39. *Crassum sciebam vel* pudentius *vel invitius ad hoc genus sermonis accedere*. Att. XVI. 15. pudentissime *hoc Cicero* (filius) *petierat.*

PUDET. Dom. 11. *me non solum piget stultitiae meae sed etiam* pudet. Verr. Act. I. 12. *Sunt homines*, *quos libidinis infamiaeque suae neque* pudeat, *neque taedeat*. Orat. I. 10. *haec aetas nostra praeter te Crasse — quod interdum* pudeat *iuris ignara est.* Flacc. 22.

nonne esset puditum, *si hanc causam ageres severe, non modo legatum sed Trallianum omnino dici Maeandrium.* N. D. I. 39. *Fluentium* (ait Epicurus) *frequenter transitio fit visionum, ut e multis una videatur.* Puderet *me dicere non intelligere, si vos ipsi intelligeretis, qui ista defenditis.* Orat. 43. *Versus ille qui vetat artem* pudere *proloqui quam factites.* Orat. I. 26. *Non* pudendo, *sed non faciendo id, quod non decet impudentiae nomen effugere debemus.* Brut. 50. *audiens multitudo — ducitur oratione — gaudet, dolet — ad misericordiam adducitur, ad* pudendum, *ad pigendum.*

PUDICITIA. 1. de maribus Rab. Perd. 3. *perscriptum hunc nec suae nec alienae* pudicitiae *pepercisse.* Cael. 18. *parcat iuventus* pudicitiae *suae, ne spoliet alienam,* Mil. 4, pudicitiam *quum eriperet* (*i. e. eripere conaretur*) *militi tribunus militaris in exercitu C. Marii, propinquus eius imperatoris, interfectus ab eo est, cui vim afferebat. Facere enim probus adolescens periculose, quam perpeti turpiter maluit.* Leg. I. 19. *erubescunt* pudici *etiam loqui de* pudicitia. 2. de feminis. Cluent. 5. *Ita flagrare coepit amentia, sic inflammata ferri libidine, ut eam non pudor, non* pudicitia *— a cupiditate revocaret.*

PUDICUS. Phil. III. 11. *nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil* pudens, *nihil* pudicum.

PUDOR. 1. sensu proprio Tusc. II. 21. *saepe videmus fractos* pudore *qui ratione nulla vincerentur.* Fin. II. 34. *inest* (in animis) *moderator cupiditatis* pudor. Prov. cons. 6. *quae homini, in quo aliquis, si non famae* pudor, *at supplicii timor est, gravior poena accidere potuit?* Catil. II. 11. *Ex hac parte* pudor *pugnat, illinc petulantia; hinc* pudicitia, *illinc stuprum.* 2. *Bescheidenheit.* Orat. II. 3. pudore *a dicendo et timiditate ingenua quadam refugisti* Fam. V. 19. *non dimittam* pudorem *in rogando meum.*

PUELLA. Att. I. 4. *de tutela legitima in qua dicitur esse* puella *nihil usucapi potest.*

PUER. 1. sensu proprio de impubere. Arch. 2. *ut primum ex pueris excessit Archias.* Orat. 34. *nescire, quid antea, quam natus sis, acciderit, id est semper esse* pue-

rum. Rosc. Am. 53. (*proscriptio nova et crudelior*) *quae ad liberos et infantium* puerorum *incunabula pertinet*. Sen. 21. *quod* pueri, *quum artes difficiles discunt ita celeriter res innumerabiles arripiant, ut eos non tum primum accipere videantur, sed reminisci et recordari*. Verr. IV. 61. *Theomnastus quidam homo ridicule insanus – qui illic* (Syracusis) *eiusmodi est, ut eum* pueri *sectentur, ut omnes, quum loqui coeperit, irrideant*. 2. de adolescentibus quindecim annis maioribus. Sic de Caesare Octaviano XIX annos nato. Fam. XII. 25. puer *egregius praesidium sibi primum et nobis, deinde summae reip. comparavit* Phil IV. 1. laudo *vos* Quirites, *quum gratissimis animis prosequimini nomen clarissimi adolescentis vel* pueri *potius*. Fam. X. 28. puer *egregius Caesar, de quo spero equidem reliqua*. Ibid. XI. 7. *ne adolescentem vel* puerum *potius Caesarem iudices temere fecisse, qui tantam causam publicam privato consilio susceperit*. Att. XVI. 11. *is tamen* (Octavianus). *egit sane strenue et agit, Romam veniet cum manu magna, sed est plane puer* (nimis calide sperando) *Putat senatum statim*, (scil. conventurum) *Quis veniet?* 3. de puerili aetate utriusque sexus. Att. XVI. 11. *Atticae quoniam, quod optimum in* pueris *est, hilarula est, meis verbis suavium des*. 4. pueri dicuntur servi. Att. II. 7. pueri *tui mihi literas reddiderunt* ibid. I. 13. *Eunti mihi Antium venit obviam* puer *tuus*.

PUERILIS. Arch. 2. *aetas* puerilis Orat. II. 25. *exercitatio paene* puerilis Fin. I. 21. *delectatio* puerilis. Orat. III. 21. pueriles *deliciae*.

PUERILITER. Fin. I. 6. de atomorum declinatione e doctrina Epicuri. *Quae* quum res *tota ficta sit* pueriliter, *tum ne efficit quidem quod vult*. Ac. pr. II. 17. *similitudines aut geminorum, aut signorum parvulis impressorum* pueriliter *consectantur*,

PUERITIA. 1. sensu proprio. Sen. 10. *isto bono* (virium corporis) *utare, quum adsit, quum absit, ne requiras*. *Nisi forte* adolescentes pueritiam, *paulum aetate progressi, adolescentiam debeant requirere*. ibid. 2. *obrepere aiunt* (senectutem) *citius quam putassent*. — *Quis coegit eos falsum putare? Qui enim citius adolescentiae senectus quam* pueritiae *adolescentia obrepit?* (Top.

PUGNA. 1. sensu proprio. Mil. 21. *incerti exitus* pugnarum, *Marsque communis* Muren. 16. Pugna Pompeii, quae cum rege commissa est et summa contentione pugnata. 2. de certamine inter singulos. Verr. V. 11. *nonnunquam etiam res ad manus atque ad* pugnam *veniebat.* 3. de concertatione philosophorum Div. II. 51. *hic vero quanta* pugna *est doctissimorum hominum.*

PUGNACITER. Ac. pr. II. 20. de omni statu consilioque totius vitae *certare cum aliis* pugnaciter. ibid. 3. *nescio quomodo plerique errare malunt, eamque sententiam, quam adamaverunt* pugnacissime *defendere, quam sine pertinacia, quid constantissime dicatur exquirere.*

PUGNANS *widersprechend.* Tusc. I. 7. pugnantia *te loqui non vides?* Orat. 12. *conferre* pugnantia *et comparare, contraria.*

PUGNARE. 1. sensu proprio. Balb. 9. *qui cum hoste nostro cominus in acie saepe* pugnavit 2. disputare, altercari Fin. II. 21. Pugnant *Stoici cum Peripateticis.* 3. in aliqua re contendere, conniti. Fam. III. 10. illud pugna *et enitere ne quid nobis temporis prorogetur* scil. ad provinciae administrationem. 4. *secum* pugnare est pugnantia *loqui* (*sich selbst widersprechen*) Phil. II. 8. *tota in oratione tecum* pugna *ut res et non modo non cohaerentia inter se diceres, sed maxime disiuncta atque contraria.*

PUGNAX. 1. Phil. VIII. 9. *centuriones* pugnaces *et lacertosos inter mimorum et mimarum greges collocavit?* 2. in disputando contentiosus Pis. 29. *Graecus facilis et valde venustus nimis* pugnax *contra senatorem populi Rom. esse noluit.* 3. de oratione vehementi. Orat. II. 78. *neque est dubium quin exordium dicendi vehemens et* pugnax *non saepe esse debeat.* 4. Caelius Fam. VIII. 13. *non est* pugnax *in vitiis* i. e. *pertinax.*

PUGNUS. 1. Verr. III. 23. pugnis *et calcibus conscissus* Brut. 69. *pugiles exercitati* pugnos *et plagas ferre possunt.* Orat. 32. *Zeno quum compresserat digitos* pugnumque *fecerat, dialecticam aiebat eiusmodi esse.* Fin. II. 6. *Zeno rhetoricam palmae, dialecticam* pugno

liberati pulli *non pascerentur, mergi eos in aquam iussit, ut biberent quoniam esse nollent.* 3. pullus *milvinus* Q. Fr. I. 2. dicitur Licinii plagiarii filius furtis scil. et rapinis notus, quia milvii sunt ex avibus rapacibus.

PULMENTUM obsonium Tusc. V. 32. *mihi* — pulmentum *fames.*

PULMO. N. D. II. 55. in pulmonibus *inest raritas quaedam et assimilis spongiis mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima.* Tusc. I. 16. *has tamen* (mortuorum) *imagines loqui volunt; quod fieri nec sine lingua, nec sine palato, nec sine faucium, laterumve et* pulmonum *vi et figura potest.* Div. I. 39. *quid habet haruspex, cur* pulmo *incisus etiam in bonis extis dirimat tempus et proferat diem?*

PULPA. Fam. IX. 22. *hanc* pulpam *maiorem an illam dicam.* Ernestius interpretatur de partibus scorti obscenis. Sed lectio incerta. Vulgo *hanc culpam* etc.

PULS. Div. II. 35. (avis) *inclusa in cavea et fame enecta, si in offam* pultis *invadit et si aliquid ex ore excidit, hoc tu auspicium putas?*

PULSARE. 1. verberare Verr. II. 27. *si quis cum* pulsasset *edixit sese iudicium iniuriarum non daturum.* 2. impellere, agitare N. D. I. 41. *nec tamen video, quo modo non vereatur iste deus beatus, quum sine ulla intermissione pulsetur incursione atomorum sempiterna* Div. II. 58. *utrum censemus dormientium animos — externa et adventicia visione* pulsari?

PULSATIO verberatio Her. II. 26. exemplum falsae definitionis: *si quis dicat iniuriam esse nullam, nisi quae ex* pulsatione *aut convicio constat.*

PULSUS. Acad. *unda quum est* pulsa *remis purpurascit.* Orat. III. 57. *omnes voces ut nervi in fidibus, ita sonant, ut a motu animi* pulsi *sunt* N. D. I. 11. Anaxagoras — *non vidit neque motum sensui iunctum et continentem in infinito ullum esse posse, neque sensum omnino, quo non ipsa natura* pulsa *sentiret.*

PULSUS. 1. *Stofs, Schlag.* Orat. I. 33. *concitato navigio quum remiges sustinuerunt retinet tamen ipsa*

navis motum et cursum suum intermisso impetu pulsuque *remorum.* 2, *Eindruck* Tusc. V. 23. *inanimum est omne quod* pulsu *agitatur externo* Div. II. 61. *sive externus et adventicius* pulsus *animos dormientium commovet, sive per se ipsi animi moventur.*

PULVERULENTUS. N. 24. *aestuosa et* pulverulenta *via.*

PULVINAR lectus deo in templo positus, item ipsum templum Catil. III. 10. *ad omnia* pulvinaria *supplicatio decreta est.* Phil. II. 43. *quem (Caesar) maiorem honorem consecutus erat, quam ut haberet* pulvinar, *simulacrum, fastigium, flaminem,* 2. epulae ad pulvinaria deorum Tusc. IV. 2. *nec vero illud non eruditorum temporum argumentum est, quod et deorum* pulvinaribus *et epulis magistratuum fides praecinunt.*

PULVINUS *Kissen, Polster,* Fam. IX. 18. *sella tibi erit in ludo, eam* pulvinus *sequetur* Orat. I. 8. *Crassum* pulvinos *poposcisse, et omnes in iis sedibus qui erant sub platano consedisse* dicebat. Verr. I. 11. *Lectica in qua erat* pulvinus *perlucidus Melitensi rosa farctus.*

PULVIS. 1. *Staub.* Inv. I. 30. *multus erat in calceis* pulvis. fr. inc. *in Narniensi agro siccitate lutum fieri, imbre* pulverem. 2. *Sand* Q. Fr. III. 1. *eo loco* pulvis, *non glarea iniecta est.* 3. metaphorice N. D. II. 18. *eruditus* pulvis dicitur ars mathematicorum, inprimis geometrarum, quoniam figuras in tabula, quae erat arena oppleta describebant. Sic. Tusc. V. 23. *homo a* pulvere *et radio excitari* dicitur scil. Archimedes. 4. pulvis dicitur acies forensis et opponitur exercitationi oratorum umbratili. Orat. I. 34. *educenda dictio est ex hac domestica exercitatione et umbratili medium in agmen, in* pulverem — *atque aciem forensem.* Brut. 9. *Demetrius Phalereus processerat in solem et* pulverem *non ut e militari tabernaculo, sed ut e Theophrasti — umbraculis.*

PUNCTUM. 1. *lineae extremum.* Acad. pr. II. 36. Punctum *est, quod magnitudinem nullam habet.* 2. *punctum temporis momentum, (Augenblick, Minute)* Flacc. 25. *Uno* puncto *temporis* N. D. I. 20. *nullo* puncto *temporis intermisso* ibid. 24. *omnibus minimis* temporum pun-

liberati pulli *non pascerentur, mergi eos in aquam iussit, ut biberent quoniam esse nollent.* 3. pullus *milvinus* Q. Fr. I. 2. dicitur Licinii plagiarii filius furtis scil. et rapinis notus, quia milvii sunt ex avibus rapacibus.

PULMENTUM obsonium Tusc. V. 32. *mihi* — pulmentum *fames.*

PULMO. N. D. II. 55. in pulmonibus *inest raritas quaedam et assimilis spongiis mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima.* Tusc. I. 16. *has tamen* (mortuorum) *imagines loqui volunt; quod fieri nec sine lingua, nec sine palato, nec sine faucium, laterumve et* pulmonum *vi et figura potest.* Div. I. 39. *quid habet haruspex, cur* pulmo *incisus etiam in bonis extis dirimat tempus et proferat diem?*

PULPA. Fam. IX. 22. *hanc* pulpam *maiorem an illam dicam.* Ernestius interpretatur de partibus scorti obscenis. Sed lectio incerta. Vulgo *hanc culpam* etc.

PULS. Div. II. 35. (avis) *inclusa in cavea et fame enecta, si in offam* pultis *invadit et si aliquid ex ore excidit, hoc tu auspicium putas?*

PULSARE. 1. verberare Verr. II. 27. *si quis eum* pulsasset *edixit sese iudicium iniuriarum non daturum.* 2. impellere, agitare N. D. I. 41. *nec tamen video, quo modo non vereatur iste deus beatus, quum sine ulla intermissione pulsetur incursione atomorum sempiterna* Div. II. 58. *utrum censemus dormientium animos — externa et adventicia visione* pulsari?

PULSATIO verberatio Her. II. 26. exemplum falsae definitionis: *si quis dicat iniuriam esse nullam, nisi quae ex* pulsatione *aut convicio constat.*

PULSUS. Acad. *unda quum est* pulsa *remis purpurascit.* Orat. III. 57. *omnes voces ut nervi in fidibus, ita sonant, ut a motu animi pulsi sunt* N. D. I. 11. Anaxagoras — *non vidit neque motum sensui iunctum et continentem in infinito ullum esse posse, neque sensum omnino, quo non ipsa natura* pulsa *sentiret.*

PULSUS. 1. *Stoss, Schlag.* Orat. I. 33. *concitato navigio quum remiges sustinuerunt retinet tamen ipsa*

navis motum et cursum suum intermisso impetu pulsuque *remorum.* 2, *Eindruck* Tusc. V. 23. *inanimum est omne quod* pulsu *agitatur externo* Div. II. 61. *sive externus et adventicius* pulsus *animos dormientium commovet, sive per se ipsi animi moventur.*

PULVERULENTUS. N. 24. *aestuosa et* pulverulenta *via.*

PULVINAR lectus deo in templo positus, item ipsum templum Catil. III. 10. *ad omnia* pulvinaria *supplicatio decreta est.* Phil. II. 43. *quem* (Caesar) *maiorem honorem consecutus erat, quam ut haberet* pulvinar, *simulacrum, fastigium, flaminem,* 2. epulae ad pulvinaria deorum Tusc. IV. 2. *nec vero illud non eruditorum temporum argumentum est, quod et deorum* pulvinaribus *et epulis magistratuum fides praecinunt.*

PULVINUS *Kissen, Polster,* Fam. IX. 18. *sella tibi erit in ludo, eam* pulvinus *sequetur* Orat. I. 8. *Crassum* pulvinos *poposcisse, et omnes in iis sedibus qui erant sub platano consedisse* dicebat. Verr. I. 11. *Lectica in qua erat* pulvinus *perlucidus Melitensi rosa farctus.*

PULVIS. 1. *Staub.* Inv. I. 30 *multus erat in calceis* pulvis. fr. inc. *in Narniensi agro siccitate lutum fieri, imbre* pulverem. 2. *Sand* Q. Fr. III. 1. *eo loco* pulvis, *non glarea iniecta est.* 3. metaphorice N. D. II. 18. *eruditus* pulvis dicitur ars mathematicorum, inprimis geometrarum, quoniam figuras in tabula, quae erat arena oppleta describebant. -Sic. Tusc. V. 23. *homo a* pulvere *et radio excitari* dicitur scil. Archimedes. 4. pulvis dicitur acies forensis et opponitur exercitationi oratorum umbratili. Orat. I. 34. *educenda dictio est ex hac domestica exercitatione et umbratili medium in agmen, in* pulverem — *atque aciem forensem.* Brut. 9. *Demetrius Phalereus processerat in solem et* pulverem *non ut e militari tabernaculo, sed ut e Theophrasti — umbraculis,*

PUNCTUM. 1. *lineae extremum.* Acad. pr. II. 36. Punctum *est, quod magnitudinem nullam habet.* 2. *punctum temporis momentum,* (*Augenblick, Minute*) Flacc. 25. *Uno* puncto *temporis* N. D. I. 20. *nullo* puncto temporis *intermisso* ibid. 24. *omnibus minimis* temporum pun-

PU-

PUPILLUS. Rosc. Com. 6. *aeque perfidiosum est* — pupillum *fraudare, qui in tutelam pervenit, et socium fallere, qui se in negotio coniunxit.* Verr. I. 58. *iste infanti* pupillae *fortunas patrias ademit.*

PUPPIS. 1. sensu proprio. Sen. 6. *Gubernator sedens in* puppi *clavum tenet.* 2. metaphorice. Div. I. 50. *ex Taygeto* monte *extrema montis quasi* puppis *avulsa est.* Fam. IX. 15. *Sedebamus in* puppi *clavumque tenebamus* h. c. remp. regebamus.

PUPULA. i. q. pupilla N. D. II. 57.

PURE. N. D. I. 1. pure *et caste deos venerari.* Sen. 5. *Est quiete et* pure, *et eleganter actae aetatis placida ac lenis senectus.* Opt. gen. or. 2. pure *et emendate loqui.*

PURGARE. 1. de alvo. Div. I. 10. *quid Scammoneae radix ad* purgandum *possit.* 2. de locis Tusc. V. 23. *immissi cum falcibus multi* purgarunt *et aperuerunt locum.* Catil. I. 5. *educ tecum* omnes tuos, purga *urbem* 3. de personis, excusare, culpa liberare. Fam. XII. 25. *quod te mihi de Sempronio* purgas, *accipio excusationem.*

PURGATIO. 1. de alvo. N. D. III. 22. *Aesculapius* (Arsippi et Arsinoae fil.) *primus* purgationem *alvi dentisque evulsionem ut ferunt, invenit.* Fam. XVI. 10. *inedia et* purgationibus *et vi ipsius morbi consumptus es* 2. excusatio. Sull. 13. *cuius scientiam de omnibus constat fuisse, eius ignoratio de aliquo* purgatio *debet videri.* Inv. I. 11. Purgatio *est, quum factum conceditur, culpa removetur.*

PURPURA. 1. color. Orat. 58. *quos numeros cum quibus tanquam,* purpuram *misceri oporteat, nunc dicendum est.* 2. de tunica purpureo clavo praetexta. Cluent. 40. illa usque ad talos demissa purpura. Sext. 8. *Vestitus asper* (s. aspere) *nostra hac* purpura *plebeia ac paene fusca;* ad h. l. Graevius: „illa fuit violacea, qua usi sunt antiquis temporibus in praetextis et clavis; postea frequentius usi sunt rubra Tarentina et tandem pretiosissima Tyria, ut ex Plinio et aliis multis declarat Octav. Ferrar. II. de Re Vestiar. 7. Hinc Piso, qui aus eritatem affectabat, ea purpura utebatur in praetexta, aeque ut Cato, de quo Plutarchus tradit: ἐπεὶ πορφύραν ἑώρα τὴν κατάκορον ἐρυθρὰν, καὶ ὀξεῖαν

ἀγαπωμένην, αὐτὸς ἐφόρει τὴν μέλαιναν. Quum purpuram *saturi coloris et acuto rubore splendentem in pretio videret esse, ipse fuscam et obtusam gerebat.* Flacc. 29. purpura Tyria.

PURPURASCERE. Acad. I. fragm. ep. Non. 00. *Quid? mare nonne caeruleum? at eius unda quum est pulsa remis* purpurascit.

PURPURATUS. dicuntur apud reges et tyrannos aulici, et reip. ministri primarii Catil. IV. 6. *Quum mihi proposui regnantem Lentulum, sicut ipse se ex fatis sperasse confessus est,* purpuratum *esse hunc Gabinium.* Tusc. I. 42. *quum Theodoro Cyrenaeo Lysimachus rex crucem minaretur, istis quaeso,* inquit, *ista horribilia minitare* purpuratis *tuis, Theodori quidem nihil interest humine an sublime putrescat.*

PURPUREUS. Div. I. 32. *Caesar quum immolaret illo die, quo primum in sella aurea sedit, et cum* purpurea *veste processit in extis bovis opimi cor non fuit.* ibid. II. 16. *Tu vero quid habes, quare putes si paullo ante cor fuerit in tauro opimo, subito id in ipsa immolatione interisse! An quod aspexit vestitu* purpureo *excordem Caesarem, ipse corde privatus est?* Acad. pr. II 33. *Mare quod nunc Favonio nascente* purpureum *videtur.*

PURUS. 1. de corporibus Sen. 17. *humus subacta atque* pura N. D. II. 13. *aër* purus *ac tenuis* Verr. IV. 22. *argentum* purum opponitur caelato. 2. de animo Div. I. 53. *animus castus et* purus Mil. 23. pura *mens atque integra.* Rosc. Com. 6. estne quisquam qui tibi purior, pudentior videatur? 3. de pecunia. Verr. III. 88. *quid his rebus detractis possit ad dominos* puri *ac reliqui (reiner Ertrag) pervenire.*

PUSILLUS 1. de corporibus. Fam. XII. 26. *villula valde* pusilla Verr. II. 75. *Libelli* pusilli. 2. de hominibus Orat. II. 60. pusillus *testis processit.* 2. de animo. Fam. II. 17. *Illud vero* pusilli *animi et ipsa malivolentia ieiuni atque inanis quod* (Bibulus) *Ariobarzanem — in literis non regem, sed regis Ariobarzanem filium appellat.*

PUSIO parvulus puer Cael. 15. (Clodius) *qui*

tecum semper pusio *cum maiore sorore* (Clodia) *cubitavit.*

PUTAMEN. Tusc. V. 20. Dionysius *instituit*, ut (filius) candentibus iuglandium putaminibus *barbam sibi et capillum adurerent*,

PUTARE. 1. *existimare.* Brut. 29. *In Scauri oratione — gravitas summa et naturalis quaedam inerat auctoritas, non ut causam, sed ut testimonium dicere* putares, *quum pro reo diceret* 2. *aestimare.* Pin. II. 8. *omnia quae cadere in hominem possint, despicere et pro nihilo putare* Verr. IV. 7. *si denariis quadringentis illum Cupidinem* putasset. 3. de rationibus, *subducere, conferre.* Att. IV. 11. *ut rationes cum publicanis* putarent.

PUTATIO, amputatio. Orat. I. 58. *arborum* putatio *ac vitium.*

PUTEAL. 1. proprie *operculum* putei Div. I. 17. *supra cotem impositum* puteal. Att. I. 10. putealia *sigillata* h. e. puteorum opercula signis vel imagunculis ornata. Sunt qui legant, putealia sigilla; alii plutealia sigilla, i. e. signa ornandis marmoreis pluteis idonea. 2. Sext. 8. puteal est ora ad quam feneratores consistere et tractare fenora solebant. Vid. Salmas. ad Solin. p. 802. sq. Spanhem de Usu et Praestantia Numism. Diss. X. p. 189. Burm. ad Ovid. Rem. Am. 50. *Ern.*

PUTEUS. N. D. II. 9. *videmus etiam ex* puteis *iugibus aquam calidam trahi.* Div. II. 13. *Pherecydes quum aquam vidisset ex* puteo *haustam, terrae motum dixit futurum.*

PUTIDE, 1. nimis accurate Orat. III. 11. *Nolo exprimi literas* putidius, *nolo obscurari negligentius.* 2. Brut. 82. *nec inepte dicere, nec odiose, nec* putide (*nicht gezwungen und übertrieben.*)

PUTIDIUSCULUS. *nimis diligens* Fam. VII. 5. *sumus enim* putidiusculi (i. e. paullo plus satis diligentes in commendando) *quod per te vix licet.*

PUTIDUS. 1. *male olens ex putredine.* s. immeditie Pis. 8. *Ego istius pecudis et* putidae carnis (Sic melius legitur quam ut alii putidae canis) *consilio scilicet aut praesidio nisi volebam?* 2. odiosus propter

